
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 F
6 11

# ENCHIRIDION
## SCHOLASTICVM,

*Contradictionum quodlibetalium Doct. subtilis.*

Authore F. PADVANO DE GRASSIS Barolita, Franciscano Conuentuali, & Sacræ paginæ Magistro, & olim in gymnasio domus magnę Venetiarum Regente.

*A F. CONSTANTIO SARNANO, EIVSDEM Ord. recognitum, marginalibusq. appostillis ornatum;*

Cui adiectus est Dialogus DE CONCILIO PAVLI, in quo. Apost. ipsum cum Euang. optime conuenire ostenditur:

*ET DE ECCLESIASTICA REPVBLICA LIBER, Eodem Magistro PADVANO Authore.*


OPVSCVLA, NEDVM SACRAM PAGINAM, SED ET Philosophiam profitentibus vtilia pariter, & necessaria.

*CVM COPIOSISSIMIS RERVM INDICIBVS.*

CVM PRIVILEGIIS.





*VENETIIS, Apud Felicem Valgrisium. 1583.*



# ILLVSTRISSIMO, AC REVER. DOMINO, D. FELICI PERETTO A MONTE ALTO

*S. R. E. Cardinali Ampliss.*



*FRATER CONSTANTIVS* SARNANVS. S.



*VM multis sanè, Cardinalis amplissime, tùm verò, inter cætera omnia (quæ hic consultò silentio inuoluenda intelligo) literis potissimum, earumque studiis homines perpetua sibi, atque immortalia comparare nomina omnibus exploratum vtique est. Literæ nanq; (vt apud nos testatum reliquit Cicero) posteritatis causa repertæ sunt, quæ*

*obliuioni subsidio esse possent. Uniuersa alia, quæ in toto hoc terrarum orbe agitantur, caduca, interituique obnoxia esse vnusquisque apertè perspicit, dignitates enim, honores, diuitias, cæteraque fortunæ bona nunquàm in eodem permanere statu; sed continuò corruere, de medioque tolli in dies intuemur: Literæ verò nulla rerum vicissitudine, nulla fortunæ vi, nulla temporis diuturnitate, extinguuntur obliuioneve afficiuntur: Verùm perpetuò vigent, ac florescunt; continuo per ora virorum volitant; ab omnibus amplectuntur, ac fouentur; hæ denique solæ sunt, quæ homines immortali insignire, atque illustrare fama in primis valent; Quod quidem plurimorum exemplo comprobari potest; Nonne enim Aristotiles ob maximam, eandemque præclarissimam literarum copiam, æterna viuet secula? Nonne Zeno, Pytagoras, Socrates, Plato, totque, tantique alii, qui literis excelluerunt, grauissimi Philosophi immortalitati sua consecrarunt nomina? Quid verò de sacratissimæ Thæologiæ consultis dicam? Viget adhuc profectò, vigebitque æternum fulgentissima illa nostræ religionis lampas; Scotus inquàm (vt alios omnes sileam) omnium doctissimus, atque argutissimus Doctor; cuius doctrina tam clara, tanque profunda est, vt eius memoria nullo vnquàm interritura sit tempore: Tot præterea, ac tanti, quos (cum eorum vnusquisque luce manifestior sit) silentio prætereo, literis Clarissimi ex eadem hac nostra religione exorti sunt viri, vt vel ex his, quanta*

*ipsa-*

*ipsarum literarum laus, ac præstantia sit, facilè intelligi possit. At verò omnibus aliis Patrem Magistrum Paduanum Barolitam, cum ob singularem, multiplicemque eius doctrinam; tùm inumerabiles propemodum, quibus prædictus fuit, tùm virtutes, tùm probos mores; non postponendum; sed maximè præferendum equidem duco; extat siquidem præclarum hoc acerrimi eius ingenii monumentum: hoc inquàm Scolasticum Enchiridium contradictionum Doctoris nostri subtilis, adeò doctrina, atque acumine refertum, vt vel hoc duntaxat nomen eius æternitati commendare satis superque fuisset. Cum ergò tanti viri doctrinam magis, ac magis ab omnibus imposterum conspectu, atque amplexu maximè dignam existimassem; cumque, & meum apud te animum testatiorem relinquere, & ingentia tua in me, vel studia, vel officia, quibus equidem re ipsa respondere nequeo, grata recordatione, ac memoria recolere, exoptarem; librum hunc, meis nonnullis exornatum marginibus, nouis imprimi Typis, amplitudiniique tuæ, vt omnia alia mea, offerre, ac dedicare volui; Cum præsertim in illo ea contineatur doctrina, quam semper ab ineunte vsque ætate. omni studio, ac diligentia te prosequutum; immo assequutum omnino esse haud ignoro. Hanc igitur singularis meæ erga te obseruantiæ notam vt, qua soles, humanitate suscipies, te etiam, atque etiam rogo, atque obtestor. Vale; meque, vt amas, ama.*

*Patauii ex ędib. D. Antonii. Cal. Febr.* 1583.

# INDEX RERVM,

## ac verborum, quæ hoc in ENCHIRIDIO CONTINENTVR.



### A.



*Agere*

D

Ens

L



M

O



P



Pec-

Statum

T



V



F I N I S.

# INDEX RERVM,

## ac verborum,

### QVAE IN HOC CONCILIO PAVLI CONTINENTVR.

### A

Christus

D.

Fa-

F



G



H



I

L

M



N



O



P

## R



## S



Ser-

V



FINIS

# INDEX CAPITVLORVM QVAE in hac ecclesiastica Republica continentur.




*F I N I S.*


# ENCHIRIDION SCHOLASTICVM

*Contradictionum quolibetalium Doct. ſubtilis:*

AVTHORE FRATRE PADVANO DE GRASSIS Barolita Franciſcano conuentuali, & S. Theolog. magiſtro, olim in gymnaſio domus magnę Venetiarum Regente.



## *EXISTENTIA EST DE INTRINSECA ratione Dei: Ex I. quæſt. quolibet. contradictiones.*



SCOTVS prima q. quol. ar. 1. dicit, ꝙ exiſtentia eſt de intrinſeca ratione Dei, ſicut ſpecies, & eſſentia, ſeu ſubſtantia, ſicut non ſit modus intrinſecus in Deo, uelut in creatura. Sed huiuſmodi propoſitio, videlicet Deus eſt, eſt prima, & immediata, ad quã omnes aliæ reſoluuntur. Hoc idẽ adſtruit Scotus in 1. diſt. 2. q. 2. Huius tamen oppoſitum aſſerere videtur in. 1. diſt. 8. q 3 ad calcem, vbi inquit infinitatem pręcedere exiſtẽtiam in diuinis. ſed infinitas eſt modus intrinſecus in Deo, ut liquet. 5. q. quol. ergo à fortiori exiſtentia erit modus intrinſecus: Nam ſi eſſet prædicatum quiditatiuum, præcederet ipſam infinitatem quæ eſt modus intrinſecus. Nã prædicata quiditatiua præcedunt prædicata modalia, quoniam quiditatiua in primo modo prædicantur, & modalia in ſecundo modo. Conſtat enim primum modum præcedere ſecundum modum dicendi per ſe, in doctrina Peripatetica, primo poſt. te. com. 9.

I. In 8. diſt. 1. q. 3. Scot⁹ nõ dicit infinitatẽ pcedere exiſtẽtiã, &, ꝙ infinitate De⁹ ſit De⁹, ſed tm̃ dicit, ꝙ ex ſe eſt infinitus, qd intelligit ex ſe. i. nõ p aliã formalitatẽ: ſed nõ itelligitur, ꝙ ſit ex ſe, ideſt ſua qditate infinitus. nã ſua

quiditate & Deus. Infinitas uerò non est iutimior ipsa existentia. bene est in timiori ĩ genere modo rũ intrinsecorum Dei. quia est primus mod' intrinsecus sm̃ Scotum 5.q.quolib.

SOLVTIO.

Perspicuum extat in doctrina Scoti, existentia esse de intrinseca ratione Dei. Inquit enim.4.q. quol. art.2. in diuinis est vnica existentia, sicut unica essentia, ergo nõn est modus intrinsecus, quoniã modi intrinseci multiplicantur saltem formaliter. Similiter 6.q.quol. art.1. ait sicut essentia habet modum intrinsecum sibi proprium, qui est infinitas, ita, & existentia, ergo existentia nõ est modus intrinsecus, quia modi intrinseci non est modus intrinsecus. Et non aliter sentire Scotus debet, quoniam Exo.c.3. dicitur. Qui est, misit me ad uos. Ibi enim essentia Dei exprimitur per esse. Similiter Ioan.c.8. Est qui quærat, & iudicet. Quapropter non nulli doctores in gymnasio subtilium non uulgares quidem, hanc insectantur normam, uidelicet author formalitatũ, magister Parisiensis, Mauritius Hybernicus, archiepiscopus, Ioannes Vigerius episcopus, Cornelius episcopus, Laurentius Spatha episcopus, Costacearius generalis, Lechetus Brixiẽsis, Gadius Bononiensis, Symon Ardeus Venetus, quamuis alij præclari scotistæ aliam sequantur semitam, videlicet Franciscus Mayronis in 16. q. prologia. Antonius Trombetta episcopus, Barges Metaphysicus. Et ad formam contradictionis dico, quòd nunquam Scotus dixit infinitatem præcedere existentiam in diuinis: Sed.8.dist.1.q.3. asseruit infinitatem in diuinis præcedere hecheitatem, ac si dicat, non est Deus infinitus, quia de se hic, sed est de se hic, non hecheitate superaddita, quia infinitus. Vnde dicimus quodlibet infinitum esse de se hoc, nec quodlibet immateriale est de se, hoc, licet sanctus Thomas, & Auerro. habeant hanc propositionem quasi pro primo principio.

## ESSENTIA DIVINA, QVAE Deus est, est simpliciter simplex.

II. Simpliciter simplex. pôt accipi duob' modis. uno modo vt opponitur cõpositioni, & cõponibilitati. alio mõ ut opponit mul tiplicitati rationũ for

PRima.q.quo.art.1. inquit Scotus. Essentia diuina, quæ Deus est, est simpliciter simplex, quia omnis perfectio simpliciter est simpliciter simplex. Huius oppositum asserere uidetur in.1.dist. 2. q. de propositione per se, dicens, Ens infinitum non est simplex, immo ibi dicit, quòd nullus conceptus proprius, quem nos habemus de Deo, pro statu isto est simpliciter simplex, &.7. questio. quolib. articu.2. dicit, quòd Deus non est simpliciter simplex.

SOLVTIO.

Simpliciter simplex bifariam capi consueuit in doctrina Scoti. Est enim simpliciter simplex illud, quod non resoluitur in quid, & quale, & hoc

& hoc modo loquitur de conceptu simpliciter simplici ipse Scotus, cum diffinitur illud in.1.dist.2.q.2. dicens. Voco āt conceptum simpliciter simplicem, qui non est resolubilis in alios conceptus, quorum quilibet possit actu distincte concipi. & hoc modo fatemur Deum esse simpliciter simplicem, quia non cōponitur ex genere, & differentia seu ex actu, & potentia. Non est enim in genere, nec aliquid formaliter dictum de Deo est in genere. 8. dist. 1. q. 3. Altero modo dicitur simpliciter simplex, quod non resoluitur in qualitatem, & modum, & sic, Deus non est simpliciter simplex. quia resoluitur in entitatem, & infinitatem, in substantiam, & æternitatem, in spiritum, & incompræhēsibilitatem. Est nanque Deus ens infinitum, & substantia æterna, est denique spiritus incompræhēsibilis. Ioan. cap. 2. Deus spiritus est cap. 1. Deum nemo vidit unquam. Hinc est, quòd Deus nō totaliter scitur à nobis, nec totaliter ignoratur, quia non est simpliciter simplex omnibus modis, ueluti ens, & differentiæ ultimæ rerum, quæ aut totaliter sciuntur, aut totaliter ignorantur. 9. meth. te. com. ulti. Deum enim cognoscimus confuse tantum, & in ęnigmate. 1. Cor. 13. testimonio Scoti in primo distin. 3. q. 1.

maliū. primo modo, De⁹ simpliciter simplex, q̄a nō cōpositus, nec compo nibilis.

Secundo modo solū ens est simpliciter simplex, quia icludit multiplices rationes formalium.

*DEVS EST, DEVS VVLT, quare prædestinat?*

DOctor subtilis. 1. q. quoli. art. 1. ait, quòd ista propositio, videlicet Deus est, est prima, & immediata, ad quam omnes aliæ propositiones resoluuntur. Hoc idem adstruit in. 1. di. 2. q. Huius tamen oppositum innuit in prologo primi. q. 5. de praxi, & practica, dicēs, hanc propositionem esse primam, ad quam omnes aliæ resoluuntur, scilicet Deus vult.

III. Prima propositio inter oēs propositiones necessarias, ad quā oēs resoluūtur, quę est, Deus est, ē enī prima, & imediata. nam ad propositionē p se non tā requiritur, φ sit ꝓpositio immediata, & necessaria, & ideo nulla propositio contin

SOLVTIO.

Duo propositionum genera de diuinis à nobis formari consueuere. Aliquæ enim propositiones necessariæ sunt, ut illa, in quibus prędicata ad intra prædicantur de ipso Deo, ut Deus est spiritus, Deus est intellectualis, bonus, sapiens, longæuus, pater generat, pater, & filius spirant. Alias vero contingentes nuncupare solemus, quæ sunt. Déus creat, Deus prædestinat, Deus præscit, Deus punit, Deus retribuit, & aliæ his similes propositiones, in quibus prædicantur de Deo prædicata per comparationem ad extra. Tunc ad ormam contradictionis dico, quando Scotus asseruit illam esse primam, ad quam omnes resoluuntur, quæ est, Deus est, loquitur in ordine propositionum necessa-

gẽs eſt ꝑ ſe nota. riarum, vt quare Deus eſt ſpiritus? reſpõdetur, quia eſt. Quare bonus? quia eſt. Quare ſapiens? quia eſt. Dum vero protulit hanc eſſe primã, videlicet Deus vult, loquitur in ordine propoſitionũ contingentium, vtputa ſi petamus. Quare Deus creauit mundum? Reſpondetur, quia voluit. Quare prædeſtinat? quia vult. Quare præſcit? quia vult. Quare punit? quia vult. Pſalm. 113. Omnia quæcunque voluit, fecit. Paulus Rom. cap. 9. ergo cuius vult, miſeretur, & quem vult, indurat.

Dico quòd iſta eſt prima contingẽs, ad quã pẽdent oẽs aliæ, Deus vult aliud a ſe, & ab iſta pendẽt oẽs aliꝫ, vt iſtꝫ, Deus gubernat mũdum, Deus vult verbũ incarnari, Deus vult Cõſtantiũ ſaluari, & iſta eſt clara ſentẽtia Scoti in 3. q. prologi.

Sed emergit dubium; quoniam ſi ſic eſſet, ergo Scotus nihil habet contra S. Thomam in primo diſt. 41. q. vnica. Tenet enim diuus Thomas, quòd neq; prædeſtinationis, neque reprobationis eſt aliqua cauſa, niſi ſola voluntas Dei, vt quare prædeſtinauit Petrum? quia uoluit: Quare reprobauit Iudam? quia uoluit. Illud idem uidetur dicere hic Scotus, & tamen ibi negat, quia potius carpit diuum Thomam hoc aſſerentem. Reſpondeo, quòd diſcrimen Scoti, & diui Thomæ non eſt in cauſa ex parte prædeſtinationis, & reprobationis, quia omnes theologi conueniunt in hac veritate, cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat Rom. 9. Sed iurgium ſtat in cauſa ex parte prędeſtinati, & reprobati, an. ſ. Deus elegit Petrum ex præuiſione meritorum, quæ ſunt opera bona, & an præſciuerit Iudam ex præuiſione demeritorum? Diuus Thomas uidetur negare vtranque cauſam tam ex parte electi, quàm ex parte reprobati. Scotus verò ponit cauſam meritoriã ex parte præſciti, ſeu reprobati, & determinat, quòd Deus ab ęterno elegit Petrum ex immenſa ſua miſericordia, quia placuit ei, & concors eſt cum diuo Thoma in hoc, quoniam non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori. Rom. 9. Reprobauit uerò Iudam ab æterno ex præuiſione demeritorum: Et hanc poſitionẽ adſtruit diuus Bonauentura in primo diſtin. 41. Hæc eadem eſt determinatio Auguſtini lib. 11. ſuper Gene. cap. 24. dicẽtis. Non prius Deus eſt ultor, quàm aliquis ſit peccator. Et in lib. de prædeſti. & gratia. c. 3. & 16. Damnatis iuſta pœna redditur, ſaluatis autem indebita confertur gratia. Nec non lib. de prædeſti. & gratia cap. 15 ait Auguſtinus de Pharaone loquẽs. Nec talis futurus eſt, quia talem præſciuit eum Deus, ſed talem præſciuit eum Deus, quia ipſe talis futurus erat. Hæc eadem eſt poſitio Ambroſij ſuper epiſtolas Pauli ad Rom. c. 8. & 9.

## NOTIONALE QVID SIT.

IIII. Scito relões notinoalis ſũt ꝗ cõpetunt

IN prima q. quo. ar. 1. dicit Scotus. Notionale eſt illud, quod dicit reſpectum ad intra, ut paternitas, filiatio, & ſpiratio. Oppoſitum uidetur affirmare in 1. diſtin. 30. q. vnica, ubi dicit ęqualitatem dicere reſpe-

ſpectum ad intra, quia ęqualis pater, ęqualis filius, ęqualis ſpiritus ſanctus, teſte Athanaſio in ſymbolo: & tamē ęqualitas eſt patri eſſentiale, quia commune tribus. Et ipſe Scotus ponit in prima q. quol. & 2. q. quol. expreſsius declarat, nec non Franciſcus Maironis in primo diſt. 34. & 35. quæſt. unica.

SOLVTIO.

Verba Scoti vno indigēt gloſemate tali. Notionale eſt, quod dicit reſpectum ad intra ſpectātem ad originem, ut generatio, paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, & paſsiua. Et licet ęqualitas dicat reſpectum ad intra, non tamen ſpectat talis reſpectus ad originem, ut patet. Sed curioſi ſcholares mihi Paduæ legenti anno domini 1537. petiere, an relationes communes, cuiuſmodi ſunt, ſimilitudo, idemptitas, & ęqualitas ſint appellandę eſſentialia? Quibus reſponſum præbui tale, quòd eſſentiale ſolet bifariam ſumi. Aliquando.n. eſt, eſſentiale, quod aſsimilatur eſſentiæ in modo eſſendi, & in modo prædicandi, hoc eſt, eſt ens abſolutum, ut eſſentia, & etiā commune tribus. Huiuſmodi enim ſunt bonitas, ſapientia, iuſtitia, clementia. & his ſimilia prædicata. Altero modo dicitur eſſentiale largè, & eſt illud, quod aſsimilatur eſſentiæ in modo prędicandi tantum: & ſic relationes communes dicuntur eſſentialia, quia communes ſunt tribus. Hoc.n. pacto arbitror intelligendum eſſe dictum Scoti in primo diſt. 19. q. 1. in ſolutione ſecundi arg. principalis aſſerentis, eſſentiale aſsimilari eſſentiæ in modo prædicandi, & in modo eſſendi. Quod utique verum eſt, de eſſentiali proprie ſumpto.

vni pſonæ tm, aut duabus, ſicut paternitas, aut ſperatio actiua relationes cōes ſunt q̄ competunt oīb. perſonis diuinis, ſicut identitas, ſimilitudo, & æqualitas, quarū quælibet reperitur formaliter in oīb. & iō recte uir doctiſſimus ſoluit argumētū illius curioſi ſcholaris.

*PARTES DIFFINITIONIS ſunt partes reales.*

Scotus prima q. quol. ar. 1. partes diffinitionis appellat partes rationis. Sed in lib. vniuer. q. 20. vocat partes diffinitionis, quæ ſunt genus, & differentia pro prima intentione partes reales, exemplum ponens de diffinitione hominis, cuius partes ſunt animal, & rationale.

SOLVTIO.

Aliqua dicuntur entia rationis dupliciter, vel quia cauſantur à ratione. i. ab intellectu per actum collatiuum, & ſic ſunt ſecundæ intentiones, uel quia abſtrahuntur per rationem. i. per intellectum à rebus, &

V. Aduerte tñ q licet homo, vt ꝯfuſe conceptus ſit, tm ens rōnis, in ſe tamē, ēt pſcindit ab oī ſingularitate eſt ēns præter actū intellectus pari.

formiter dico q aĩal et rõnale, vt ſunt c once pta ab intellectu ſunt tm̃ ens rõnis vt vero in ſe conſiderant, sũt præter omne opus intellectus.

& ſic ſunt realia. Animal ergo & rationale, quæ ſunt partes diffinitionis ipſius hominis, ſunt entia rationis per abſtractionē, non ſunt entia rationis .i. cauſata à ratione per actum collatiuum intellectus. Abſtrahitur.n. animal à materia, & rationalitas a forma, ut declarat Scotus in primo diſt. 18. q. 3. adſtipulatus Porphirio dicenti in c. de differentia. Proportionale.n. materiæ genus eſt, & differentia formæ. Nec non Auer. aſſerenti in 1. de anima co. 5. partes diffinitionis ſumũtur à principijs, quæ ſunt in re. Hoc modo etiam indicaui ſedari poſſe contradictionem Auerrois, qui primo phi. com. 5. appellat partes diffinitionis, partes ſecundum imaginationem, & com. 28. uocat res partes reales.

## INTELLECTVS, ET VOLVNTAS in Deo ſunt prædicata quidditatiua.

VI. Attributũ capitur duob. modis, vno modo proprie, hoc modo est omne illud qd nõ ē q̃ litatiue idem Deo, vel eſſentię diuinæ, & tamen eſt vn uoce in Deo, et creatura, & ſic intellectus & voluntas non ſunt attributa alio modo im p̄prie, & ſic oē qđ ē vni voce idē in Deo, & creatura; dr̃ attributum. iſto mō intellectus & volũtas sũt attributa.

Prima q. quol. in declinatione ſecundi termini dicit doctor, intellectum, & uoluntatem in Deo eſſe prædicata quidditatiua, veluti ſpiritus, & exiſtentia, ſic ut ſi Deus poſſet diffiniri, intellectualitas, & uita uoluptuoſa ponerentur in eius diffinitione. Hoc idem adſtruit in primo diſtin. 26. q. vnica. Et in reportatis diſtin. 35. Huius tamen oppoſitum affirmare oſtendit in primo diſtin. 26. quæſtione unica in calce, dum appellat intellectum, & uoluntatem Dei attributa Deo.

## SOLVTIO.

Neutiquàm negandum eſſe ducimus, intellectum, & uoluntatē in Deo eſſe prædicata eſſentialia, & quidditatiua, quoniam hoc ponit Auguſt. lib. 6. de trini. & Auerr. 12. mei. co. 39. Quoniam.n. Scotus appellat intellectum Dei, & uoluntatem attributa, loquitur de attributis large, cuiuſmodi ſpiritus, & exiſtentia, non de attributis proprie, qualia ſunt bonitas, ſapientia, clemētia, omnia prędicata, quæ in Deo quaſi qualitatē dicunt, teſte Damaſceno. Sed adhuc videtur ſtare contradictio. Nam Scotus ipſe in 1. diſtin. 26. q. vnica de mente propria appellat intellectum Dei modum intrinſecum ipſius Dei, ſicut infinitus eſt modus intrinſecus. Reſpondeo, quòd ibi Scotus loquitur comparatiue, non abſolute, ac ſi dicat, eſt modus intrinſecus, hoc eſt, non eſt attributum proprie ſumptum, velut iuſtitia, & ſapientia.

## IVSTVS EST DEVS.

VII. Videtur eſſe opinio

Doctor ſubtilis prima q. quol. ar. 1. ponit in Deo iuſtitiam formaliter, & realiter, ita quòd ipſe vere iuſtus eſt appellandus auctoritate

tate

tate August.lib. 15. de trini. & Anselmi monologion. 15. Cuius tamen oppositum adstruit in 4. dist. 46. q. 1. vbi de mente Ari. primo & decimo ethicorum cap. 10. negat ab eo iustitiam, sicut & cæteras virtutes morales. Ait enim ibi philosophus, inconueniens est laudare substantias abstractas ex operatione virtutum.

## SOLVTIO.

Iustitia consideratur dupliciter, vno modo vt est virtus moralis acquisita ex frequentatis actibus, inclinans hominem naturaliter, & necessario ad reddendum vnicuiq; debitum, & regulatiua voluntatis ad alterum, vel quasi ad alterũ, & sic nõ adscribenda ipsi Deo, quoniam voluntas diuina non est regulabilis, cum sit inobliquabilis, nec virtus aliqua acquiritur in Deo ex frequentatis actibus, nec necessario, & naturaliter inclinatur Deus, sed mere libere. Hoc pacto etiam negatur a Deo prudentia, ut ipsa est virtus moralis, dictans de agibilibus, & tali prudentia Deus non est censendus prudens. Altero modo iustitia est rectitudo uoluntatis, qua cuncta recte distribuit, & talis iustitia est in Deo. Ait enim Dauid Psal. 10 Iustus dominus, & iustitias dilexit. & Psalm. 47. Iustitia plena est dextera tua Dextera enim Dei eius potentia infinita est. Et Psal 118 Iustus domine, & rectum iudicium tuum. Cui adstipulatus Esaias de Messia verba faciens. cap. 11. inquit. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Ob id Paulus secundus. Timoth. capitulo quarto, appellat ipsum iustum iudicem dicens. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Pari passu Deus prudens est, prudentia, quæ est æterna ratio diuinæ mentis, qua cuncta recte disponit. Ait enim Anselmus. Domine cum punis malos, iustum est, quia sic eorum congruit demeritis, cum præmias bonos, iustum est, quia sic tuam decet bonitatem. Proinde recte sentit ibi Scotus, quòd Deus iuste posset damnare iustum, ut in lege naturæ Abraam, in lege scripta Hieremiam, in lege euangelica Ioannem Baptistam, & hoc per accidens, si ordo, & cõseruatio vniuersi hoc exigeret. Exempli gratia. Si mundus ex toto rueret, nisi Abraam damnaretur, si Deus damnaret eum ad inferna modo, iuste dãnaret. Et quamuis sanctus Thomas videatur prima facie sentire contrarium, tamen consentit Scoto. Nam Scotus tenet, quòd per accidens posset iuste damnare iustum, ut dictum est. Diuus vero Thomas negat hoc posse fieri per se, hoc est causa demeritoria existente in damnato, nec ex condecentia bonitatis Dei per se, & absolute, bene condecet diuinam bonita-

Scoti in 4. q. 46. q in ipso Deo ẽ tm̃ vna iustitia, & illa est volũtas Dei, q̃ simpliciter determinat se ad iustum cõe, & mere cõtingẽter ad iusta particularia. oẽs virtutes morales aliæ iustitia semp important aliquid imperfectionis, & ideo nõ sunt ponendæ in Deo, quia important semper ĩperfectionẽ, dat exẽplũ de temperantia. vide ibi.

tem conseruare potius totum uniuersum, quàm unum hominem, & potius sinat perire unum, quàm totus orbis penitus ruat.

## *QVID SIT SECVNDA INTENTIO.*

VIII. Secunda intentio nihil aliud est, quã res pect⁹ ratio nis productus p actũ cõparatiuũ intellectus, pro quo nota, quod duplex ẽ actus intellectus, s. simplex, quo res cognosci ab solute, idest non in ordine ad aliã alius est cõparatiuus, s. quo cognoscitur aliqd in ordine ad aliud. ex ista cõparatiõe p actũ intellectus producitur una secũda intentio, ex quo sequit, q̃ illę secũdę intentiones nõ magis durant quam ille actus cõparatiuus.

PRima. q. quol. art. 1. in declaratione secundi termini dicit doctor, quòd secunda intentio est comparatio passiua intellectus, qua ab intellectu duo obiecta cognita ad inuicem cõparãtur. Idem adstruit in quarto distin. prima q. 2. in diffinitione sacramenti. Hanc viam insectatur author forma. art. 1. principali, & dominus Trombetta in formalitatibus. Huius tamen oppositũ Scotus adstruere videtur in quarto disti. 1. 2. ubi uocat eam comparationem actiuam, qua intellectus duo obiecta cognita ad inuicem comparat. Hanc uiam insectatur Antonius Andreas, lib. 7. Met. q. 16. vbi diffiniens secundam intentionem ait. Voco autem secundam intentionem quandam relationem, siue comparationem intellectus, qua intellectus unum obiectum cognitum ad aliud comparat.

## SOLVTIO.

Nulla penitus est contradictio, nisi apparens, & uerbalis duntaxat. Nam eadem comparatio est actiua, & passiua respectu diuersorum, sicut idem motus numero est actio, & passio. 3. phi. test. comen. 21. Actio pro quanto prouenit ab agente, passio pro quãto recipitur in passo, vt percussio. qua manus manus percutit, pro quanto uenit a manu percutiente, actio dicitur: pro quanto recipitur in manu patiente, passio nuncupatur, denominatiue tamen. Sic eadem comparatio intellectus denominatur actiua, & passiua, actiua quidem pro quanto venit ab intellectu cõparante: passiua vero pro quanto terminatur ad obiecta cognita comparata. Sed dubitant Scotistæ adhuc, quoniam magister Parisiensis in gymnasio subtilium vocat secundam intentionem relationem rationis causatam per actum comparatiuum intellectus, ergo nõ est comparatio actiua, neque passiua. Respondeo, q̃ per actum comparatiuum nil causatur, nisi comparatio illa, quæ est relatio rationis, sicut per actũ agendi causatur actio, quæ est relatio realis, uel forte derelinquitur illa cõparatio ex actu illo comparatiuo, & tunc intelligimus secundam intentionem causari per actum comparatiuum derelictiue tantum, nihilominus dum uolet illa dies, quæ nil, nisi corporis huius ius habet, in alia uita petemus a Scoto, ut aperiat nobis esse secundarum intentionum.

*AT-*

## ATTRIBVTA SVNT IN Deo ex natura rei.

Scotus prima quæst quol.art.primo in declaratione secundi termini ponit attributa in Deo ex natura rei, ut iustitia, sapientia, bonitas, & his similia. Diffusius hoc declarat in primo dist.8.q.4 sic, q talia attributa distinguantur ex natura rei, siue formaliter, etiam ab essentia diuina,& sunt idem realiter inter se,& cum essentia. Istud ipse ponit in primo distin.2.parte 2. Huius tamen oppositum autumare demõstrat in quarto distinct.46.quęst.tertia, ubi de mente propria ponit hanc regulam: similis est distinctio rei & rei, realitatis, & formalitatis & formalitatis, sed distinctio rei & rei est realis proprie: ergo distinctio realitatis & realitatis, puta bonitatis & sapientiæ, quæ sunt realitates in Deo, est realis proprie, & non ex natura rei tantum: Similiter distinctio intellectus,& uoluntatis in anima, quæ sunt animæ formalitates, quia perfectiones reales ex natura rei distinguntur realiter proprie.

IX. Attributa distiguũtura se inuicẽ, & ab essentia diuina formaliter, & rõ ẽ, quia alia ẽ formalitas, & rõ obiectiualis, vel conceptus intrinsecus iustitię, alia sapientiæ, alia bonitatis, ita etiã est alia formalitas, ipsius diuinæ essẽ ię, alia est attributorum.

## SOLVTIO.

Animaduersione dignum arbitror, quòd sanctus Tho. Auer.& Sco. in uno conueniunt, in alio disconueniunt, Tenet.n.sanctus Thomas in 1.distin.2 q in Deo sunt attributa ex natura rei: similiter Auer.12. met.co.39.in destructione destructionum dispu.5.dubio 3.& 4. sed talia attributa sunt idem realiter penitus inter se,& cum essentia diuina, & sola ratione distinguũtur. Vnde dicit Auer. multiplicitas perfectionum in Deo non est, nisi per intellectum. Scotus uero ponit, quòd sunt ibi ex natura rei, & q ex natura rei inter se, & ab essentia distinguuntur. Idcirco dico ad formam contradictionis bifariam. Primo Scotus non dicit eadem est distinctio rei & rei, realitatis & realitatis, formalitatis & formalitatis: sed similis est distinctio, hoc est, siut res distinguũtur realiter proprie, ita realitas & realitas distinguuntur ex natura rei, & formalitas & formalitas distinguuntur formaliter. Aliter dicendum ad mentem Scoti ibi, vtra est propositio eius, stante dualitate simpliciter, hoc est: si duæ realitates essent duæ dualitate simpliciter, sicut duo lapides, duo homines, duo equi: essent distinctæ simili distinctione reali, sicut duæ res: sed sunt duæ dualitate secundum quid. Exemplũ ex beato Cassiodoro in expositione Psalm. 50. vbi loquens de misericordia & iustitia dicit, hæ duæ res in vijs domini semper sunt adiunctæ.s.misericordia,& ueritas. Appellat.n. Cassiodorus misericordiã & iustitiam duas res dualitate secundum quid, non duas res dualitate simpli-

simpliciter, velut duo lapides sunt duo, quoniam si essent duæ res dua litate simpliciter, uere realiter distinguerentur.

## NOTIONALIA PRAECEDUNT *essentialia ad extra.*

X. Multa prædicata con ueniũt tũc Deo, cõi tribus per sonis prius naturaliter q̃ supposi tis diuinis, vt Deus creat & si miles, vbi D:us nõ capitur p aliqua pso na, sed pro cõi realiter oĩb. psonis, cuius ratio est, quia il lud q prin cipaliter creat, ẽ rõ creationis, sed nulla p sonalitas ẽ rõ alicuius actus.

PONit Scotus prima q.quol.ar.2.notionalia in diuinis præcedere essentialia ad extra, sic q prius conueniunt Deo paternitas, filiatio, & spiratio, quàm creatio, prædestinatio, reprobatio, punitio, præmiatio, & huiusmodi, quæ dicuntur essentialia ad extra, quæ de formali di cunt uoluntatem diuinam, quæ est principium formale talium operationum, de connotato uero relationem ad creaturam, quæ est relatio rationis teste Scoto 30.dist.1.sen.q.1.& 2.Hoc idem dicit in 1.dist.26. q vni.quam uiam imitatur Fran. Mayronis in 1.dist.19.q.1. Huius tamen oppositum asserere uidetur Sco.in primo distin 4.q.2.vbi dicit, q ipsi Deo, ut Deus est, nullum claudens suppositum incommunicabile, competunt aliqua prædicata, ut creatio, & ei similia. Igitur creatio, quæ est essentiale ad extra prius cõuenit Deo, quàm paternitas, filiatio, & spiratio, & sic essentialia ad extra præcedunt notionalia ipsa.

## SOLVTIO.

Scotus in primo distin.4.q.2.nil aliud declarare intendit, nisi q ista prædicata, uidelicet creatio, prædestinatio, punitio, præmiatio, gubernatio conueniunt ipsi Deo, & non per personas, ita quod si Deus esset vnicus in essentia, & in persona, velut Auerroes posuit.12.meth.co. 39.& in destructionum disputatione.5.dubio.3. adhuc Deus crearet mũdum, adhuc gubernaret, adhuc puniret, & præmia præstaret, quod luce lucentius Scotus ipse aperuit, in 2.dist.1.q.3.Inde non sequitur essentialia illa ad extra præcedere ipsa notionalia, modo de facto, sed bene sequitur, ergo talia prædicata nõ conueniunt Deo per personas.

## PATER EST PERFECTE *beatus antequàm generet.*

XI. Doctissimus Bargius dt q ista p̃dicata esse beatũ, & gñare

SCotus.1.q.quo.in calce dicit, natura, quæ est de se hæc, & cõicabilis non determinatur ad aliquod incommunicabile, nisi per incõ municabile, ut essentia diuina non determinatur ad patrem, nisi per paternitatem, hoc idem ponit in 1.dist.26.q.uni.& 4.quæst.quol.Huius oppositum uidetur dicere in 1.dist.1.q.2i& in 2.dist.1.q.1.ubi po nit

nit illam regulam famosam, pater est perfecte beatus, antequam generet. Si pater est perfecte beatus antequam generet, ergo prius est pater, quàm habeat generationem, sed generatio in diuinis, & paternitas sunt penitus idem realiter, & ex natura rei, teste Scoto. 4. quæst. quol. quod non concedunt. S. Thomas & Franciscus Mayronis, ergo prius est pater, quàm habeat paternitatem, igitur non constituitur paternitate.

pst cōparari, uel inter se, uel ī ordine ad subiectū, si inter se cōparātur. sic propositio est vera, qa in diuinis prius sunt p̄dicata essentialia, q̄ notiōalia, cō i parantur sic sta p̄dicata ad subiectum, i. q̄ prius pater habet istā opanonē, s. est beatus. & postmodū hēt eē suū p generationē, sic propositio ē falsa.

## SOLVTIO.

Quidam excellens methaphi. volens huiusce contradictionis nodū dissoluere ait, quod pater capitur dupliciter uno modo personaliter, & est essentia cum paternitate, quę est prima persona diuinæ: alio modo capitur pater essentialiter, non personaliter, ac si dicat, hic Deus est perfecte beatus antequam generet. Sed pace tanti uiri dixerim, Huiusmodi concordia destruit Scot. Aug. Auselmum, & Arist. nec non Auerro. ad risum rapit, quoniam si hic Deus generat, & generans distinguitur realiter a genito, primo de trini. cap. primo, nihil generat seipsum. & secundo de anima, t. co. 47. ergo hic Deus distinguitur realiter a filio generato, & sic statuimus quaternitatem in diuinis. Ob id ridet Auerr. 12. meth. col. 39. & in destruct. disput. 5. dubio 3. impie inuehens contra sanctissimam trinitatem. Non minus emergit sumersus Ioachim Abbas extra de sum. trinit. & fide Catholica. damnamus. Idcirco dicendum arbitror, quod ista propositio, uidelicet, pater est perfecte beatus, antequam generet hoc sonat, beatitudo patris præsupponitur generationi, hoc est, num est beatus pater per generationem, quoniam si per imposibile non generaret filium, adhuc esset perfecte beatus: quia est Deus semper fœlix. primo cœli. textu co. 100.

### *QVOD CONVENIT HVIC, ET REpugnat alij eiusdem rationis præexigit distinctionem in eis. Ex II. quæst. quolibet contradictiones.*



Ecunda quæstio. quolibet articulo primo, Scotus ponit hanc regulam intendens probare contra sanctum Bonauenturam, & sanctum Thomam, animam non indiuiduari per vnionem aptitudinalem ad materiam, qm̄ aptitudo ad informandum hanc materiam conuenit huic animæ, & repugnat alteri animæ eiusdem rationis, ergo præexigit ista aptitudo distinctionem in his duabus animabus, ergo animæ istæ non distinguū tur

1. Poterit hic primo adducere obiectionē cōtra Thomistas, q̄ hr in prologo primi,

tur per istam aptitudinem, quia prius sunt distinctæ, Oppositum huius regulæ uidetur asserere ipse Scotus in 2. distin. 3. q. 6. ubi tenet hecheitatem esse principium indiuiduationis. Arguitur enim sic, quod conuenit huic, & repugnat alii eiusdem rationis, præexigit distinctionem in eis, forteitas conuenit sorti, & repugnat Platoni, & Sortes, & Plato sunt eiusdem rationis, ergo forteitas præexigit distinctionem inter Sortem, & Platonem, igitur Sortes, non distinguitur a Platone per forteitatem Si præexigit ea esse distincta.

q de praxi, ꝙ nihil est formaliter tale per aliquē respectū aptitudinalem, si bi ī existētē, tamē Gaietanus dicit ꝙ ista ō aptitudo substātialis quæ vocat̄ cōmensuratio. oppositū hēt Scotus in 2. distin. 3. q. 1. ꝙ natura specifica ñ est de se hæc in 2. q quolibet asserit, ꝙ homo est, sua humanitate hic homo.

## S O L V T I O.

Regula Scoti infalsificabilis est vno addito glosemate tali. Quod cōuenit huic per se, & repugnat alii eiusdem rationis per se, præexigit distinctionem in eis, modo aptitudo ad informandam hanc naturam cōuenit per se huic animæ, & repugnat alii animæ per se secundum Auicennam, sanctum Bonauenturam, & diuum Thomam, ergo talis aptitudo non est principium indiuiduationis, neque distinctionis. Nam idem est principium indiuiduandi, & distinguendi. Modo argumentum de differentia indiniduali nihil ualet, quoniam licet forteitas per se conueniat sorti, quia est eadem realiter cum natura humana, & distincte tantum formaliter, non tamen repugnat Platoni, per se, sed per accidens duntaxat, pro quanto ipsa est in sorte, & in Platone est platoneitas; regula ergo illa ueritatem sapit ad hominem, &c.

## *QVO ALIQVID EST IN ACTV excra causam & intellectum, eo est hoc primo.*

Scotus, 2. q quolibet arti. 1. ponit hanc maximam, intendens probare contra sanctum Thomam, & Auerroem immaterialitatem non esse causam alicui formæ, ipsam essendi hanc. Scotus enim tenet formam immaterialem fieri hāc per differentiam indiuidualem, nam nō quęlibet forma immaterialis est de se hæc per immaterialitatem suam ut tenet Auerroes & sanctus doctor. Oppositum tamen huius regulæ adstruitur ab eo, in 2. dist. 3. q. 1. & 6. dum dicit naturam indiuiduari, & fieri hanc per hecheitatem superadditam. Arguitur .n sic, quo aliquid est in actu extra causam, & intellectum, eo est hoc primo, sed natura humana seipsa habet esse extra causam & intellectum primo, idest adequate, ergo seipsa est hæc.

II. Respondeo ꝙ in 2. q. quolibet nō dicit ꝙ hō sit hic sua humanitate, qua si humanitas sit de se hæc, sed dicit tūc, hō q ē ex̄ cām & intelle-

S O-

## SOLVTIO.

Maiores nostri multa dixere ad istam enucleandam veritatem, qb. dictis non contradicam, ne videar oblectari in contradicendo. Dicendum itaque, quod illa regula adducitur a Scoto, ad probandum intentum ad hominem, non tamen est Scoti, Immo Doctor subtilis impugnat istam propositionem in 2. distin. 3 q. 1. & 6. Est namque propositio fratris Adæ lib. 1. dist. 33. Gotphredi de fontibus quoli. 6. q. 16. & venerabilis inceptoris Ocham. in 1. distin. 2.

ctum, se ipso, in gñe causæ formalis, est hic hō sua hac humanitate, tñ hęc humanitas, non est hæc p̄cise sua humanitate, sed est hęc ꝑ dr̄am indiuidual ē

## *QVALIS EST PER SE ORDO REALIS inter aliqua, vbi realiter distinguuntur, talis est ordo rationis, vbi sola ratione distinguuntur.*

SCotus, 3. q. quolibet art. 1. dicit quod actus intelligendi, in nobis, præcedit ipsam intellectionem, & distinguitur realiter ab ea: quoniam est actus productiuus, quo producitur ipsa intellectio: in diuinis vero non est ita, nam prima intellectio essentialis, qua Deus ipse intelligit essentiam suam, nō producitur per actum productiuum, seu actū intelligēdi priorem, sed appellatur intellectio, actus operatiuus, & notitia essentialis. Hoc idem adstruit, in 1. dist. 3. q. 7. & 13. quolibet. Verum oppositum uidetur asserere, dum prima quæst. quolibet adducit regulam illam famosam. Qualis est per se ordo realis inter aliqua, ubi realiter distinguuntur. & talis est per se ordo rationis, ubi sola ratione distinguuntur, si ergo in creaturis actus intelligendi præcedit intellectionem, quia distinguuntur realiter, ergo in diuinis, ubi sola ratione distinguuntur.

III. Dico q regula Scoti intelligēda est, quā do intellectus fabricat distinctionē, ex distinctione, quam videt ĩ re. & tūc qualis ordo af ferẽ sibi in re, talis erit in intellectu nō est aūt intelligendū, de ea q̄ facit intellectus. vide Franci. de Ma. 14. dist. 2.

## SOLVTIO.

Vera est regula Scoti realiter etiam in diuinis, actus intelligendi, qui est productiuus verbi, præcedit ipsum uerbum origine, nam pater per memoriam fecundam producit filium, 7. dist. primi, quando vero Deus intelligit essentiam suam intellectione prima, & essentiali, secūdum nostrum modum cōsiderandi, antequam producat filium, & spiret Spiritumsanctum, ibi nullus est actus productiuus, sed operatiuus tantum, qui est ipsamet intellectio.

## *FILIVS DEI NON POTEST generare alium filium.*

SEcunda q. quoli, tenet Scotus, quod filius Dei non potest generare alium filiū, & hoc tribus ex causis. Tum quia uirtus generatiua in

Hic notādū, q Frā-

par-

parte est exhausta, sententia Henrici: Tum quo generatio habet terminum adæquatum: Tũ quia quodlibet, quod est in diuinis, est de se hoc. Illud idem ponit Scotus in primo distinct. 2. q. 7. & dist. 20. q. uni. Huius tamen oppositum uidetur asseuerare dum in 2. quæst. quoli. ar. 3. adducit auctoritatem Augustini, lib. 1. contra Maximinum hæreticum dicentis. Absit vt ideo potentior sit pater filio, quia pater genuit filium creatorem, filius autem non genuit creatorem: non. n. non potuit, sed non oportuit. Immoderata enim esset generatio, si filius patri nepotem non gigneret, ergo secundum Scotum (testimonio Augusti.) filius potest generare alium filium, sed non generat, quia non oportet, & tunc sequitur in bona consequentia, filius Dei potest generare, ergo generat, quia in æternis non differt esse a posse. 3. phy. test. com. 32. hoc est, in diuinis ad intra non est potentia ante actum. Nam quicquid est ibi in potentia, est in simplici actualitate: & tunc non esset trinitas tantum personarum: contra dictum Ioan. 1. cano. c. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & Spiritussanctus, & ij tres unum sunt: & determinationis ecclesiæ. extra de summa trin. & fide catholica cap. firmiter.

ciscus de May. in 7. distin. primi, q. 3. & 4. assignat duplicem rõnẽ, quare filius cũ habeat memoriã nõ producat, q est duplex cã s. a posteriore, & a priori. q aũt a posteriori adhuc est triplex. Prima, q a talis actus generationis diuinę est semp stans. Secunda est, q a talis generatio est adę quata. Tertia, q a talis generatio ẽ necessaria. Quæ autẽ a priori secũdũ Frãcis. est ex rõne formale ipsius memoria.

## SOLVTIO.

Filium Dei posse generare alium filium bifariam intelligere possumus. In potentia remota, & in potentia propinqua. in potentia remota est posse habere principium formale generandi, quod est memoria fecunda, & sic potest, quia de facto habet memoriam fecundam, licet non vt fecundam. In potentia propinqua est actualiter posse exire, in actualem generationem, & sic non potest, quia non oportet, nec decet ex causis supra notatis. Sed arguitur contra sic, ergo Maximinus qui dicebat patrem omnipotentiorem filio, habet intentum: quoniã pater potuit generare filium in potentia propinqua: filius non potest, ergo pater potentior filio. Respondet Scotus, in 1. distin. 20. q. unica, & 2. quæst. quolibet. negando consequentiam. Nam obiectum omnipotentiæ est ens causabile. i. creatura, non ens producibile tantum, cuiusmodi est filius Dei sine nouitate generali. Si enim pater posset creare aliquam creaturam, & filius non posset, verum quidem pater esset potentior filio. sed unica est causalitas in tribus ex secundo, distin. 1. q. prima Ex hoc vero, quod pater producit filium productione æterna, & filius alium filium producere nequit, non sequitur patrem esse filio potentiorem.

## NATVRA PLVRIFICABILIS IN plura eiusdem rationis quantum est de se potest esse in infinitis.

POnit doctor hanc regulam in 2.q.quolibet arti.2. Huius oppositũ sentire videtur in 1.dist.2.q.5.& dist 5.q.2.in 2.dist.2.q prima, vbi declarat qualiter essentia diuina communicatur tribus personis, quæ sunt eiusdem rationis,& tamen non potest communicari pluribus, minime ergo infinitis personis.

V. Contra hãc regulam Scoti Francisc. de May. arguit. Primo.n. dicit, q̃ si Deus põt facere plures angelos, ergo & infinitos, p̃ istã regulam Scoti, sed cõsequẽs ẽ falsum. quia non sunt infiniti Angeli sub una specie speciali ssia.

## SOLVTIO.

Contradictio hærcle nulla est, quoniam aliud est communicari pluribus, aliud uero plurificari, seu multiplicari in plura. Essentia enim diuina communicatur pluribus, non tamen multiplicatur, quoniam vnica,& singularis essentia, sine partitione sui tribus personis communicatur. Præterea tres personæ diuinæ licet sint eiusdem rationis ratione essentiæ, tamen ratione relationis quasi specie distinguuntur, 26.distin.prima q.vnica. Sed obiicitur adhuc contra. Scotus, in 2.dist.3.q.7 tenet naturam angelicam multiplicari in plures angelos eiusdem rationis, quoniam ponit plures angelos sub una specie, contra sanctum Thomam, contra Auer.& Ari.primo cœli.te.co.90.tunc arguitur sic. Species plurificabilis in plura eiusdem rationis, quantum est de se potest esse in infinitis, sed natura angelica est species plurificabilis in plures angelos eiusdem rationis secundum Scotum, ergo quantum est de se potest esse in infinitis, ergo possunt dari infiniti angeli sub una specie, si possunt esse plures sub illa specie, consequens est falsum, ergo & regula illa, ex qua pendet. Respondeo, quod Scotus apponit glosema tale, natura plurificabilis in plura eiusdem rationis, quantum est de se potest esse in infinitis (nisi determinetur aliunde ad certum numerũ) modo natura angelica multiplicatur in plures angelos eiusdem rationis, non tamen potest multiplicari in infinitis, quia determinatur ad certum numerum angelorum aliunde, s.a voluntate diuina, quæ est regula determinatiua omnium rerum. Ait Dauid Psal.113.omnia quæ cunque voluit, fecit.

Solutio. Distinguo vel simul, & sic nego. vel successiue, & sic non habeo pro inconuenienti, alioqñ nõ posset ppetuare mũdum. De facto tamẽ determinat̃ a volũtate diuina cõtingenter

## QVICQVID EST IN diuinis, est de se hoc.

HAnc maximam statuit Scotus in 2.q.quo.ar.2. & in 1.dist.2.q.7. Eius tamen oppositum adstruere videtur in 1.dist.23.quæst.vnica

VI. Si persona de se

includit i cō cabilitatē, quam pôt eē cō n unis tribus. Respōdeo φ ρſona i communi ḡ communicatur p. ſonis, eſt p ſona v. qd ſed eſt na t ra ur modus, & no eſt p ona, ut modus, pſona tria importat, vt docet Baſſolus

Primum eſt illa duplex in cōicabilitas. Secundū ē aliqd poſitiuū φ cōmēratur iſta duplex negatio.

Tertium ē φ illud po ſitiuū m ſit in natura i telle&t ali.

ca & in 3.diſtin.1.q.1.& etiam 18.quæſt.quol.b. vbi docet perſonam diuinam multiplicari in tres, ita quod uera eſt hæc propo. perſona patris eſt perſona, perſona filii eſt perſona, perſona Spiritus ſancti eſt perſona: tamen Franci. Mayronis in 1.diſt.7.q.4. arguit ſic contra Scotū: perſona in diuinis eſt quid reale, non ſecunda intentio (vt arbitrati ſunt Henricus & Egidius) multiplicatur, ergo non omne, quod eſt in diuinis, eſt de ſe hoc.

## SOLVTIO.

Perſona eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia, ex diffinitione Riccardi. 4. de trin. per quam diffinitionem corrigitur, vel exponitur diffinitio Boetii libro de duab. naturis, & una perſona Chriſti diffinientis perſonam ſic. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, exemplum in natura angelica, Gabriel, Raphael, Vriel ſunt perſonæ, quia incommunicabiles, vt quo, & vt quod, & ſunt ſuppoſita in natura intellectuali. In ſpecie humana, Sortes, Plato, Cicero. Anima autem non eſt perſona, quia communicabilis, vt quo, eſt enim forma corporis ſecundum Scotum, in 4. diſtin. 43. q. 2. Aſinus, equus, & Bos ſunt ſuppoſita incommunicabilia vt quod, & ut quo, non tamen ſunt perſonæ, quia non ſunt in natura intellectuali. Perſona ergo de formali dicit duplicem negationem, uidelicet, negationem communicabilitatis, ut quod, & negationem communicabilitatis vt quo. Tunc ad formam contradictionis dico, quod perſona in diuinis multiplicatur in tria, & cum Scotus dicit quodlibet quod eſt in diuinis, eſt de ſe hoc, & non multiplicatur, verum eſt de omni eo, quod eſt reale, & poſitiuum. Perſona autem in diuinis, licet ſit quid reale, nil dicit de formali, niſi duplicem negationem, de connotato vero dicit naturam intellectualem.

## *MOTVS SPECIFICANTVR A termino ad quem.*

SEcunda quæſt. quolibet ait Scotus, motum capere denominationem a termino ad quem, ita quod ſi termini motus diſtinguuntur ſpecie, & ipſi motus diſtinguūtur ſpecie, nec poſſunt diſtingui motus ſpecie, niſi termini ad quos diſtinguantur ſpecie, ut augumentatio, & alteratio. Augumentatio eſt ad quantitatem, alteratio ad qualitatem: ſimiliter alteratio de caliditate ad frigiditatem, & alteratio de frigitate ad caliditatem, ſpecie diſtinguuntur, quoniam calidiras & frigiditas

tas

tas specie distinguũtur. Et ista regula est ab Ar.5.phi.te.com.4.18.& 48.quæ glosatur ab ipso Scoto in 1.dist.2.q.7.quãdo formę fluentes distinguũtur specie,& forma fluens est eiusdem rationis cum forma terminante. Oppositum huius videtur asserere Scotus, in primo distinctione, secunda quæstione, septima, & distinctione decimatertia, quæstione, uni. vbi dicit, qđ motus rectus, & motus circularis ad eundem terminum numero, distinguuntur specie, vt si quispiam moueatur ad terminum, a per arcum,& alter ad eũ dem terminum, per cordam, sunt duo motus distincti specie, primus circularis, secundus rectus,& tamẽ terminus est idẽ numero,& est doctrina phylosophy. 7.lib phi.test.comẽ.21.& 24.ubi appellat motum rectum,& circularem motus incomparabiles.

VII. Motus multis modis Specificatur. Primo per suã ultimã drñam nobis ignotã. Secundo p terminũ ad quẽ totalẽ. Tertio per terminũ ad quẽ formalem. Quarto p mensurã in qua fit. Quinto p suum subiectum. Sexto p terminũ a quo uide Icoiũ, in 13. quo; libet.

## SOLVTIO.

Motus distingui specie, cõtingit dupliciter, vno modo per se,& sic solum illi motus distinguũtur, quorum termini distinguuntur specie altero modo per accidẽs,& sic motus rectus & circularis distinguũtur specie per accidẽs, licet terminus ad quẽ sit idem numero. Quod quidem declarat Auer.7.phi.co.48.tum quoniam distinguũtur in velocitate & tarditate, nam velocitas dicta de motu recto,& velocitas dicta de uelocitate motus circularis est equiuoca, sicut acuties est equiuoca ad acutiem in stilo, in vino, & in neumate, hoc est inconsonantia uocis, Secundo ratione magnitudinis diuersæ, per quam fit uterq; motus, scilicet rectus & circularis, quod est dictum ratione spacii diuersi.

## GENERATIO, ET SPIRATIO *quasi specie distinguuntur.*

SEcunda q quolibet ar.5.dicit doctor, generationẽ & spirationem in diuinis distingui quasi specie, ex principiis formalibus, vt qm gẽneratio fit per memoriam secundã, spiratio uero per voluntatẽ fecũdã,& memoria fecunda,& uoluntas fecunda quasi specie distinguuntur. Idem adstruit.16.q.quolibet.vbi appellat generationem filii, productionem naturalem. Spirationem Spiritussancti, productionem, per modum artis. Huius oppositum videtur dicere in primo, distinctio.decimatertia, quæstio. uni. vbi de mente propria ponit has duas productiones distingui quasi specie seipsis formaliter, velut duę differentiæ ultimæ seipsis distinguuntur.

VIII. In diuinis sunt tm̃ duæ pductiones, s.gñatio, & spiratio, q̃ sunt duæ q. ditates, qui ditatiuæ distinctæ, & habẽt, duo principia p

## SOLVTIO.

ductiua formaliter distincta, scilicet memoriam fecundam, & voluntatem fecundam.

Vbi Scotus dicit generationem, & spirationem in diuinis distingui quasi specie, per memoriam fecundam, & voluntatem fecundam, intelligit originatiue, seu principatiue, quoniam memoria fecunda est principium formale generandi filium septima distinctione primi. Et voluntas fecunda est principium formale spirandi spiritum paracletū 11. distinctio. primi. Quaudo vero ait has duas productiones seipsis distingui, vernm est formaliter, exempli gratia, risibilitas, & rudibilitas distinguuntur originatiue quasi specie, quoniam fluit risibilitas a principijs quidditatiuis, quæ sunt in homine, rudibilitas vero a principijs quidditatiuis, quæ sunt in asino, formaliter tamen risibilitas, & rudibilitas distinguuntur seipsis. Si petamus cur risibilitas non est rudibilitas, equidem respōdemus, quia hoc est hoc, & illud est illud, formaliter & secundum se. Principatiue vero risibilitas non est rudibilitas, quia risibilitas est passio hominis, & rudibilitas asini.

## *INTELLIGENTIA ASSISTIT orbi, non sicut albedo clausa in bursa.*

IX. Quō cælum sit animal rōnale

Ait Doctor secunda quæstione quolibet articulo tertio siquis haberet albedinem clausam in bursa ex hoc non diceretur albus, quia non haberetur vt forma, sed per assistentiam tantum, & sic ipsa non albificaret. Huius oppositum videtur sentire in secunda distinct. decimaquarta quæstione prima vbi tenet, quòd intelligentia assistit orbi de mente Aristot. primo cæli. test. com. 8. & 61. sicut sustinet Gādauensis secundo libro cœli. quæstione quarta de mente Auerro. comento decimosecundo eiusdem libri, & tamen intelligentia mouet orbem, & animal ipsum, quoniam cœlum per illam intelligentiam assistentem, intelligit, & viuit vita nobilissima decimasecunda meth. te. comēto trigesimonono, & Auerro. appellat cœlum animal magnum secūdo cœli. comento 42. & 74. & indestructionibus disputatione tertia insolutione dubij decimotertio appellat cęlum animal rationale, animal quidem, quia viuit, rationale vero, quoniam per illam intelligentiam intelligit.

## SOLVTIO.

Intelligentia, q̄ Aſſi

Alia est enim assistentia, qua intelligentia assistit orbi, ab assistentia, qua albedo clausa in burba assistit ipsi bursæ. Nam intelligentia

assistit orbi, tanquam principium motus, & operationis, non vt contentum a cœlo continente & locante: Albedo vero clausa in bursa, assistit bursæ, tanquàm locatum in loco. Ideo vtrunque Scoti dictum veritatem sapit, nec unum dictum alteri contradicit.

Sed dubitatur quoniam Scotus in primo distinctione tertia quæstione 7. dicit, quòd si memoria fecunda esset in filio tantum per assistentiam, non esset in eo principium producendi, ergo cum intelligentia sit in cœlo per assistentiam tantum, non erit ipsi cœlo principium mouendi & operandi. Respondeo uerum est quod dicit de memoria, quoniam memoria est apta nata esse in patre & in filio, vt forma: & regula est, quando aliquid est aptum natum inesse alicui, vt forma, si inest illi tantum per assistentiam, nõ potest esse in eo principium operandi, sic de albedine clausa in bursa, quæ est apta nata inesse, vt forma. Intelligentia vero non est apta nata inesse cœlo, vt forma (quicquid dicat Achillinus) quoniam forma informans habet rationẽ partis, idcirco licet insit cœlo per assistentiam duntaxat: adhuc est ei principium mouendi & operandi: Sed contra arguitur sic. Scotus in primo distinctione tertia quæstione 7. inquit, quòd si species intelligibilis inesset intellectui possibili tantum per assistentiam, & non informaret ipsum, adhuc concurreret cum ipso intellectu possibili ad productionem notitiæ. Et tamen species intelligibilis est apta nata informare ipsum intellectum, & de facto informat accidentaliter. Respondeo quòd inter intellectum possibilem & speciem intelligibilem est ordo essentialis in producendo notitiam, seu intellectionem, sic quòd intellectus solus non sufficit 3. de anima te. co. 30. oportet intelligentem phantasmata speculari: & Auerrois tertio de anima co. 5. & 18. Abstrahere est facere intentiones imaginatas in potentia actu imaginatas, sicut lumen facit potentia colores, actu colores: Ideo quomodocunque species intelligibilis sit in ipso intellectu, semper est in eo vt partiale & secundarium principium producendi notitiam, non est sic de albedine clausa in bursa, ut luce lucentius elucescit: nec de memoria fecunda in filio, quia filius non potest producere alium filium, ve luti superius explosum est.

stat orbi. pẽ hẽt memoriam ꝑprie, qui habet eam vt formam & non solum vt formam qua meminit sui, sed ẽt eam hẽt, ut sibi est principiũ generationis, & iõ ꝑprie hẽt eã At filius nõ habet eam, nec ut formã qua meminit sui, nec etiã hẽt eam ut sit sibi principium generationis alterius filij. filius nõ potest producere filium licet hẽat memoriam quia nõ habet eã a se.

## DATVR DISTINCTIO *media inter realem & rationis.*

SCotus secunda quæstione quolibet articulo tertio dicit, quòd magis distinguuntur extrema inter se, quam vnum extremum, & me-

X. Minus distinguit medius color

puta grise ad albo, q̃ album a nigro, similiter minor distinctio ex iter calidũ & tepidũ, q̃ iter calidũ, & frigidũ.

dium exempli gratia, magis distinguitur albedo a nigredine quàm albedo a nigredine quàm albedo a rubedine, videtur enim destruere positionem, quam omnes formalistæ insectantur, de distinctione media inter realem & rationis, quam Scotus adstruit in primo distinctiõ secunda quæstione quarta Dicent enim aduersarij, sicut albedo, & nigredo distinguuntur specie, magis tamen, quàm albedo & rubedo, ita homo & risibile distinguuntur sola ratione magis tamen, quam homo a semetipso. Et sic homo & alia distinguuntur ratione, sicut homo & rationalitas, magis tamen: & tunc omnis distinctio vel erit realis vel rationis. In distinctione tamen reali & rationis dabũtur gradus, quos videtur Scotus statuere in hoc dicto suo.

## SOLVTIO.

Identitas logica est duplex vniuoca, exequiuoca, distinctio etiã triplex, scilicet generica, specifica, & numeralis, generica est maior in õne distinctionis.

Idemtitas logica est duplex quædam vniuoca, quædam vero equiuoca. Similiter & distinctio, vniuoca est illa de qua articulo quinto met. test. comento decimosecundo numerando quatuor species eius dicit, unum numero, vnum specie, unum genere, & unum proportione, seu analogia. Et in his identitatibus & distinctionibus dantur gradus. albedo enim & nigredo distinguntur specie magis. quàm albedo & rubedo, quoniam extremi colores sunt in medio formaliter secundum Auer. primo phisico. co. quinquagesimosexto, & quinto physico. com. quinquagesimosecundo, secundum esse refractum tamen. Et secundum Scotum extremi colores sunt in medio uirtualiter, in secundo. dist. 15. q. vnica identitas equiuoca, & distinctio est illa de qua Scotus & ueri formalistæ, quæ est communis tantum secundum vocem, ad 7. genera distinctionis, & identitatis quæ sunt distinctio rationis ex natura rei, formalis, realis, essentialis, se totis subiectiuæ, & se totis obiectiuæ: velut canis est uox communis ad tria, ad canem latrabilem ad piscem marinum & sydus cœleste. Et in inhuiusmodi distinctionibus non dantur gradus. Contradictio ergo nulla est.

Secũdo specifica. Tertio numeralis.

Sed emergit dubium. Quoniam Scotus ipse libro vniuer. quæstione sexta dicit, quod est minus ens ente rationis, est non ens, ergo concedit dari gradus in entibus ratioais: aliquid est enim ens rationis magis, aliquid uero minus. Respondeo concedendo totum nec valet consequentia, dantur gradus in entibus rationis, ergo in distinctione rationis, quoniam distinctio rationis est genus quoddam distinctionis, distinctum ab alijs distinctionibus, sicut canis latrabilis est distinctus ab alijs canibus. Et hoc nondum uidit Permenides.

CON-

## CONTRADICTORIA INTELLIGVNTVR ab intellectu, ex tertia quæstione quolibet contradictiones.



ERTIA quæstione quol.ar.dicit Sco. intellectus nullo modo intelligit illa quæ includunt contradictionem. qui tamen in secunda distinctione primi, quæstione tertia, dicit, contradictoria possunt apprehendi ab intellectu, & simul apprehenduntur.

I. Intellectū intelligere ɔ̄dictoria contingit duob. modis. Vno\ modo notitia qd nois, & sic concedi tur alio mō notitia qd rei, et sic ne gat, vel notitia per accidens, vel p se. Scotis

## SOLVTIO.

Duplex est cognitio quædam apprehensiua tantum, quædam vero adhæsiua: cum Scotus dicit, intellectum intelligere contradictoria, loquitur de intellectione appræhensiua tantum: cnm negat contradictoria intelligi ab intellectu: de cognitione loquitur adhæsiua: vt si proponatur cuipiam hoc claudens contradictionem: videlicet homo Asinus: intellectus perfecte intelligit, sed non assentit immo dissentit: ob hoc dicunt doctores, quòd ens claudens contradictionem, vt homo irrationalis Chymera, Hyrcoceruus, & Tragelaphus, nec est ens in anima neque extra animam.

## SECVNDA INTENTIO EST subiectiue in prima.

SCotus 3. quæstio. quolibet ar. primo ait, secunda intentio habet esse præcise in intellectu considerante. Huius oppositum ponit in li. vniuers. quæstione 9. dicens vniuersale pro secunda intentione esse subiectiue in re.

II. Intentio est Dum sit in eē actualis, semper ē in eē quiditatiuo vide Mauritiū. 3. q. vniuersaliū', secūda intētio siue vniuersale est in ītellectu mediate, quia iure q̄ hēt esse ī intellectū ī mediate, sicut albedo q̄ immedia

## SOLVTIO.

Scotistæ scindunt Scoti tunicam in hac positione Magister Parisiensis nempe lib. vniuer. tenet quæstione tertia, quòd secunda intentio tamdiu est, quàmdiu fit, & non est subiectiue in re, etiā adstipulatur Trombetta in primordio formalitatum Antonius Andreas libro vniuersal. quæstione illa qua quærit vtrum uniuersale sit aliquid in re. Tenet quod habet esse: permanens: & subiectiuę in re & hác fuisse mentem Scoti, opinor equidem quoniam lib. vniuer. quæst. 5. dicit quòd 2. intētio intelligitur ab intellectu reflexo: igitur est in esse per-

> te inhæret quãtitati dr̃ eẽ n ſubſtã tia ſicut me diate, vide Scotum. ſe- met q.1. de relatione ɔ̃ cluſione 3. ad finem.

manenti, quoad vſque ſaltem reflectatur intellectus ſupra ſe, & ſupra ſuam operationem & modum operandi. ſic quæſtio.9. dicit Scotus vniuerſale eſt obiectiue in re, in intellectu vero, vt in efficiente, & vt cognitum in cognoſcente. Si teneamus iſtam uiam, dicimus ad formam conditionis, vbicunque Scotus dicit ſecundam intentionem habere eſſe præciſe in intellectu: verum eſt vt in efficiente, & vt cognitum in cognoſcente. Si aliam viam agredi uoluerimus, dicemus: quotienſcumque Scotus ponit vniuerſale eſſe obiectiue in re, intelligit per denominationem, non per inheſionem: ſic quòd prima intentio eſt ſubiectum ſecundæ intentionis, ſubiectum inquàm denominationis, non autem inhæſionis. Eligas tutiorem viam ſolertia tua argute logice.

## ENS EST PRIMUM OBIECTUM *intellectus.*

> III. Obiectũ intellectus aliud eſt terminatiuũ, & ſic ẽ ens in ſua maxima cõitate, & vnalogia, aliud motiuũ, &c. hoc vel naturale, vel ſupernaturale.

SCotus in tertia quæſtione quolibet ar. primo dicit, quòd ens commune enti naturæ & enti rationis, quod eſt equiuocum: eſt primum obiectum intellectus noſtri. Huius oppoſitum ponit in prologo primi. quæſtio.1. & in 1. diſtinct.3. quæſtio.3. vbi aſſerit ens reale eſſe primum obiectum intellectus. Similiter. 14. queſtio. quolib. dicit quòd quiditas rei ſenſibilis eſt primum obiectum intellectus.

## SOLVTIO.

> Primo mõ ad huc ẽ duplex, q. vel ex nã potẽtiæ vel pro iſto ſtatu, Primo mõ eſt ens finitum abſolutũ. Secũdo mõ eſt q̃ditas rei ſenſibilis. Motiuũ ſupnaturale ẽ Deus.

Quinque hæ concluſiones veræ ſunt in doctrina Scoti. Prima eſt, ens commune enti reali, & enti rationis quod eſt equiuocum, eſt primum obiectum intellectus noſtri: primum obiectum communitatis. 2. Ens reale eſt primum obiectum intellectus noſtri, primum inclinationis, quia eſt illud, ad quod intellectus naturaliter inclinatur. 3. ens reale finitum, & abſolutum, eſt primum obiectum intellectus noſtri motiue ex natura potentiæ: hoc eſt ſecundum quòd intellectus eſt.

Quarta ens reale finitum eſt primum obiectum intellectus noſtri terminatiuum. Quinta quidditas rei ſenſibilis eſt primum obiectum motiuum intellectus noſtri pro ſtatu iſto: contra ſanctum Thomam aſſerentem quidditatem rei naturalis eſſe primum obiectum motiuum intellectus noſtri pro ſtatu iſto, hoc eſt intellectus coniuncti.

Sed dubitatur, quoniam intelligimus ſubſtãtiam pro ſtatu iſto, & ipſam diffinimus, Immo ſolius ſubſtantię eſt diffinitio: Simpliciter. 7. Met.

Met.t.con.14. & tamen non continetur sub quidditate rei sensibilis. Respondeo quòd non intelligimus substãtiam motiue pro statu isto secundum Scotum, quoniam substantia nõ concurrit cum intellectu ad producendam notitiam sui, sed intelligimus tantum terminatiuè via cõpositionis, uel diuisionis, venando eius diffinitionem. Ideo posita est. 4. conclu. Ens reale finitum est primum obiectum terminatiuum intellectus nostri: quoniam intellectus noster coniunctus intelligit materialiter omne ens reale finitum: & nihil intelligit sub ratione infiniti: licet cognoscat Deum naturaliter, qui est infinitus in primo distinctione secunda, quæstione prima, distinctione tertia, quæstione prima.

## *QVO ALIQVID HABET entitatem, eo est vnum.*

Tertia quęstio. quol. ar. 2. doctor subtilis talem attulit maximam, cuius oppositum ponere uidetur in 2. distinct. 3. quæstio. 1. & 6. Asserens principium indiuiduationis esse differentiam indiuidualem: & Sortem fieri Sortem, & vnum indiuisum a se, & diuisum a quo cumque quod non est ipse per sorteitatem, & tamen Sortes habet entitatem suam a principijs intrinsecis, quæ sunt materia & forma. 12. Met. t. cõ. vigesimæseptimo, & 2. phi. t. con. 38. ergo ab illis principijs, habet vnitatem suam, & non ab hecheitate: & sic contradicit sibi ipsi Scotus.

III. Sicut ad entitatẽ in cõis, sequit vnitas incõ musis, sic hanc entitatẽ sequitur hęc vnitas, exẽplũ hõ formaliter humanitate, & vnus vnitate specifica, ita hic homo est unus numeralit er

## SOLVTIO.

Primo dicendum quòd Sortes habet entitatem naturæ & fit homo per materiam & formam, fit autem hic homo per hanc materiam & hanc formam. 2. phi. co. 38. causæ vniuersales effectus vniuersalis, effectus particularis. causæ particulares, & econ. 12. Met. t. con. 27. Aliud est enim tua materia & mea. Deinde ad formam contradictionis dico ꝙ Scotus apponit isti maxime tale ante murale. Quo aliquid habet entitatem eo est vnum, vnitate correspondente tali entitati. Concedo ergo, Sortem habere entitatem naturæ per materiam & formam, a quibus habet talem entitatem, vnitatem vero huius hominis per hanc materiam & hanc formam, a quibus hanc trahit entitatem. Cum autem habeat esse Sortis per sorteitatem, consequenter habet vnitatem Sortis per illam sorteitatem.

## MORS DEXTRVIT ILLVD cui aduenit.

V. In morte non corrumpitur i aliquo entitas cũ mors fit tm̃ separatio, & dissolutio cõiũctorum, non autẽ corruptio alicuius absoluti hoc dicit Dionysius. V. cap. ecclesia hyer.

SCotus 3.q.quolib.ar.2.hanc normam nobis præstat. Habitudo adueniens cuicunque, siue absoluto, siue respectiuo, siue sit realis, siue rationis, non destruit illud cui aduenit, exempli gratia. Albedo adueniens alicui non destruit substantiam cui aduenit. Similiter paternitas adueniens cuipiam, dum generat filium non destruit illum, patet. Huius oppositum statuit in tertio distinctione 22. quæstione vnica vbi dicit, quòd mors destruit illud cui aduenit. Et tamen mors, est habitudo adueniens.

## SOLVTIO.

Auerr.1.phi.com.53. dicit in trãsmutatione substantiali perditur nomen & diffinitio, quod intelligendum arbitror quantum ad omne esse reale, subsistentiæ, existentiæ, & essentiæ, licet remaneat esse cognitum, quia Cæsare non existente, Cæsar est homo secundum Scotum in 3.distin.22.q.vnica tũc ad formam contradictionis dico, quòd non est mors adueniens quæ destruit. Sed in morte quæ est separatio coniunctorum fit destructio, & causa est materia quæ semper machinatur maleficium, & appetit formam, sicut turpe bonum, & femina marem 1.phi.t.co.81. & Plato dicebat, mors est de necessitate ylæ, quamuis poetæ finxerint mortem destruere. Ait enim. Oratius pallida mors æquo pulsat pede, pauperum tabernas, regumque turres, o beate Sexti, & si quandoque in sacris litteris comperimus, mortem destruere hominem, glosandum est ad bonum sensum, hoc pacto, in morte fit destructio, causante natura, quoniam corpus compaginatur ex contrarijs.

## RELATIVA SVNT SIMVL NATVRA.

Vj. Quòd si de patre, & filio q̃s obijciat, patrẽ esse causam filij, ac ꝑ nde priorem esse patrẽ filio spi-

TErtia quæstione quolibet ar.tertio dicit Scotus, quòd pater, & filius sunt simul natura, quia correlatiua, sic, quòd intellectus non potest intelligere vnum non intellecto altero: & est doctrina peripatetica: in prædictis cap. de ad aliquid: & 5.met.t.co.20. Relatiua sunt simul natura, hoc est naturali intelligentia. Huius tamen oppositum dicit quarta quæstione quolib. Asserens patrem præcedere filium natura.

SO-

## SOLVTIO.

Prioritas naturæ duobus modis sumi consueuit: Aliquando. n. est præsuppositio huius ab hoc tantum, & conuertitur cum prioritate originis, & sic intellectus diuinus est prior natura voluntate, & homo est prior natura risibilitate, & pater prior natuta filio: Alio modo prius natura est, a quo non conuertitur subsistendi consequentia: velut diffinit illam prioritatem Ari. in de priori, hoc modo pater nō est prior ipso filio, immo simul natura; bene sequitur, est pater, ergo filius, est filius ergo pater.

ritum naturam. Respōdetur, iuxta sententiam Boetij, uerum quidē esse hominem illū q̄ est pr̄ cām substantiæ, atq; hominis illius, q̄ & filius nō tamen causam filij.

## PATER GENERAT, AN *sit propositio idemtica?*

DOctor subtilis 3. q. quolib. ar. 3. asseuerat hanc propositionem in diuinis, videlicet pater generat esse formalem, quia generat est verbum adiectiuum. Eius oppositum de directo ponit in 1. dist. 5. q. 1. & 4. q. quol. ad calcem. vbi dicit huiusmodi propositionem esse idemticam & non formalem, immo ibi adstruit notionalem non prædicari formaliter de aliqua persona diuina, nam prædicatum formale præsupponit substantiā? relatio autem notionalis non præsupponit personam, sed constituit 26. distin. 1. q. 8. & quarta quæstione quolib.

VII. Generare, & generari, spirare, & spirari, & similia, i media te prædicātur de solis suppositis, & de nullo alio, de Deo verò, & de alijs cōcretis essentialibus mediate qm̄ hæc ē vera, media te tñ, Deus generat, ge neret generat.

## SOLVTIO.

Dicendum primo arbitror, quòd est idemtica, sed non formalis & cū Scotus in 3. q. quolib. dicit ipsam esse formalem, disiunctiue loquitur, vt patet, ad veritatem autem disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram: Aliter nihilominus dissoluere poterimus huiusmodi contradictionem, vt dicamus: quòd pater capitur dupliciter, vno modo essentialiter, & idem est quod Deus: & si capiatur sic propositio erit formalis, & sonat. Istum Deus generat 5 dist. 1. quæst. 1. quæ formalis est. Alio modo personaliter, & sic est prima persona, quæ constituitur per generationem, & sic ista propositio est, idemtica: parte, generat & valet ista prima persona est generetio realiter & realiter illa constituitur. Tertio dico, quod est essentialis velut ista homo est rationalis quarta quolibet.

## IN HAERENTIA AN SIT *eadem realiter.*

SCotus 3. quæst. quolibet ar. 3. dicit, q̄ si ponantur duo similia puta duo parietes albi necessario insurgit similitndo, quoniam similitudo

VIII. Inhærentia ſimilitudinis neque ē reſpectus intrinſecus adueniens, neque extrinſecus adueniens, q̄ licet ſit idē realiter cū ſimilitudine, iſi differt formaliter, q̄ d̄ſtā ſufficit, ad hoc ꝙ licet ſimilitudo, ſit reſpect⁹ intrinſecus adueniēs, ī hęrentia actualis nō. ſed dices, quid de Scotū, qui dicit, in 4. diſt. 12. q. 1. ꝙ talis inhærentia eſt reſpect⁹ extrīſecus adueniens.

do eſt relatio equiparantiæ de prædicamento relationis, quæ eſt intrinſecus adueniens, ſic quod neceſſario poſitis fundamento, & termino. Infert Scotus, quod inhærentia, qua hæc ſimilitudo inhæret huic ſimili, puta huic parieti albo, eſt eadem realiter cum ipſa ſimilitudine, & diſtincta formaliter. Oppoſitum dicit in 4. diſt. 18. q. prima, vbi aſſerit, quod nulla inhærentia accidentis, ſiue abſoluti ſiue reſpectiui eſt eadem realiter accidenti inhærenti. Cum ergo ſimilitudo inhærēs parieti albo ſit accidens reſpectiuus, ergo inhærentia, qua inhæret illa ſimilitudo non eſt eadem realiter ei.

## S O L V T I O.

Primum dictum Scoti. Inhęrentia accidentis abſoluti eſt reſpectus extrinſecus adueniens, vt inhærentia, qua albedo inhæret parieti: quā eſt reſpectus extrinſecus non neceſſario inſurgens poſitis fundamento & termino. Poſita enim ſubſtantia, & accidentibus poſitis non inſurgit inhærentia actualis, quia per potentiam diuinam, ſunt accidentia abſoluta ſine ſubiecto in ſacramento Euchariſtiæ, ut Scotus ponit in quarto diſtinctione vndecima, quæſtione tertia, & decima, quæſtione, quolibet adſtipulatus ſacris canonibus, extra de ſumma Trin. & fide Cath ca. firmiter paraph. vna vero. Ex Auguſtino libro ſententiarum proſperi, & Ambroſi. libro primo, de ſacramentis: (quicquid dicant naturaliter loquentes)

Secundum dictum inhærentia actualis, quia accidens reſpectiuū inhæret, ut inhærentia, qua ſimilitudo, inhæret parieti albo, eſt eadē realiter cum ſimilitudine, & eſt reſpectus intrinſecus adueniens, quia neceſſario ponitur, poſitis fundamento & termino. Poſito. n. pariete albo, & ſimilitudine neceſſario illa ſimilitudo inhæret parieti illi. Tertium dictum eſt ſolutio contradictionis, quam afferunt maiores noſtri, dicentes dum Scotus dixit inhærētiam ſimilitudinis diſtingui realiter a ſimilitudine dormiebat, nec mirum, quandoque enim bonus dormitat Homerus.

Aliter ego ſoluere ſolitus ſum, dico quod inhærentia, quia ſimilitudo inhæret parieti albo, eſt reſpectus intrinſecus formaliter, extrinſecus vero denominatiue. Cum ergo Scotus dicit, quod inhærentia accidentis reſpectiui eſt reſpectus extrinſecus adueniens, & diſtinctus realiter ab illo accidente reſpectiuo uerum eſt denominatiue.

Dico, ꝙ intentio Scoti ē ibi, ꝙ hē.

Et ſi petas: inhærentia, qua illa inhærentia inhæret, eſt eadem ſibi? vel alia? Reſpondeo quod non eſt alia, quoniam illa prima inhærentia eſt, qua, & non quæ.

EA-

EADEM REALITER SVNT QVORUM unum non potest separari ab alio, absque contradictione.

at aliq̃ simi litudinẽ cũ illa.

TErtia.q.quolibet ar.3.ponit Scotus huiusmodi regulam. Illa sunt eadem realiter, quorum unum non potest separari ab alio sine cõtradictione, quam regulam firmauit ipse, in 2.distin. prima, quæstio. 4. Huius oppositum dicere ostendit, dum in 3.distin.secunda, quęst.2. docet totum physicum dicere. Tertiam entitatem realem, realiter à partibus distinctam, simul sumptis, & tamen totum phisicum non potest separari a partibus simul sumptis.

IX. Totum hẽt depen dẽt iã essen tialẽ, a suis ptib.iõ im. plicat con. tradictionẽ totũ esse si. ne suis par tibus.

SOLVTIO.

Non est ambigendum profecto, totum phisicum dicere tertiam entitatem realem realiter distinctam a partibus simul sumptis in uia Scoti, quin talem quęstionem sustinendam esse censet doctissimus Zimara in uia Auer. quamuis Auerrois ipse primo phi.co.17. dicat esse sophisma compositionis, & diuisionis intendens concludere totũ non esse aliud, quam suæ partes compositæ, siue simul sumptæ, quod est intelligendum constitutiue. Inquit enim tertio de anima co.5. ex intellectu, & intelligibili fit ut uerius unum, quàm ex materia & forma, quoniam in illis non est unum tertium distinctum a partibus, sicut in compositis ex materia & forma, Ob id dico regulam Scoti esse ueram quæ est, quando aliqua sic se habent, quod unum, non potest separari, ab alio sine contradictione, illa sunt eadem realiter. Normã hanc præstat nobis Arist.4.Met.t.co.3.& 7.lib. Copico, cap.8.& 9 vbi docet construere, & dextruere problema, hoc modo, homo non est asinus, probatur homo est, asinus non est, ergo vnum non est aliud similiter construendo. Homo est rationalis, non potest separari homo a rationali, neque rationale ab homine, ergo hoc est illud. Ad formã contradictionis dico, quod regula hæc quattuor glosemata apportat primum est. vera est ista, dummodo talis inseparabilitas, non proueniat ab extrinseco; mouetur enim assidue cęlum.8.phi.2.cœli, & 12. Meta. motus cœli est æternus. Cœlum igitur non potest esse sine motu, & tamen non est idem realiter cum motu, quoniam talis inseparabilitas prouenit ab extrinseco. Ab intelligentia, scilicet æterno mouente motu.

Nota hæc. quatuor glosemata.

Primũ glosema.

Secundum est, quod non se habeãt, sicut originans & originatum seu non sicut correlatiua: pater & filius non possunt separari, & tamen non sunt idem realiter.

Secundum glosema

Ter-

Tertiũ glosema.

Tertium eſt, quod non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis: paternitas.n.& filiatio in diuinis non poſſunt ſeparari, & tamen nõ ſunt idem realiter ſuppoſitaliter, quia ſunt in pluribus ſuppoſitis: realiter diſtinctis, licet oĩa, q̃ ſunt in diuinis vnica realitate reanẽ eſſentialiter.

Quartum gloſema.

Quartum gloſema eſt, ꝙ inter illa non ſit dependentia eſſentialis. Et ideo licet totum phiſicum non poſſit ſeparari a partibus, non tamen eſt idem realiter cum partibus, quoniam talis inſeparabilitas prouenit ex dependentia eſſentiali, qua totum dependet à partibus eſſentialiter.

Partes ſimul sũptæ ꝑ modũ informantis, & informati, ſũmnaturaliter priores toto, & non dependẽt à toto, & ſi nõ ꝑñt ſic eſſe per modũ iſformãtis, & in formati, q̃d ſint totum, quia eẽntialiter, & qui ditatiuæ includuntur in toto.

Sed arguet quiſpiam ſic: partes ſimul ſumptæ non poſſunt ſeparari à toto: ſed ipſum totum à partibus (vt iam dictum eſt) Reſpondeo licet partes non dependeant eſſentialiter à toto, includuntur tamen neceſſario in toto, & propter iſtam incluſionem non poſſunt eſſe ſine toto, licet diſtinguantur à toto. Totum ergo non poteſt eſſe ſine partibus, propter realem & eſſentialem dependentiam, partes non poſſunt eſſe ſine toto, propter neceſſariam incluſionem: quàmuis inter ipſas ſit realis diſtinctio. Argues tamen hoc pacto. Animal eſt idem realiter cum homine, & tamen poteſt eſſe ſine homine: quia poteſt ſaluari in aſino, in leone, in boue, ergo regula falſa: Reſpondeo 3. primo dicendum opinor, ꝙ animal eſt idem realiter homini per indifferentiam, non per realem actualitatem, Sic & idem realiter aſino, leoni, & boui. Ideo poteſt eſſe ſine homine, ſecundo dico, Animal ſecundum ſe ita eſt idem realiter homini, ſicut aſino, leoni, & boui, & ideo licet poſſit eſſe abſque homine, non tamen abſque abſque quacunq; ſui ſpecie. Tertio dico quòd animal ſecundum eſſe, quod habet in homine, eſt idem realiter homini, & ſecundum illud eſſe non poteſt ſeparari ab homine.

## ALBEDO EST ALBA.

X. Inhęrere eſt dare eẽ, ſm quid alicui enti, ut ſi ſorti inhęreat albedo, per albedinẽ ſortes nõ hẽt eſſe ſubſtãtiale, immo eius eſſe ſubſtã

Scotus 3.q. quolibet ar. 3. concedit iſtam propoſitionem, videlicet inhærentia inhæret, vt qua tamen & ſeipſa, hanc eandem concedit in 2. diſtin. prima, q. 5. & in 4. diſt. 12. q. 3. Qui tamen in 1. diſt. q. 3. & 7. dicit, ꝙ iſta propoſitio eſt falſa, albedo eſt alba: & rationẽ apponit in lib. vniuer. q. 16. quia ſubiectum & prædicatum ſumunrur ſub diuerſis modis ſignificandi, ſubiectum.n. eſt abſtractum (vt patet) & prædicatum ponitur in concrerto.

## SOLVTIO.

Primo dicendum, quòd propoſitio eſt concedenda, vt quo, non vt quod

quòd,inhærentia inhæret, vt quæ non ut quæ, sic quòd est illud mediante quo inhærens inhæret,sic etiam concedi posset,ista,albedo est alba.i.aliquid est album albedine,dum Scotus negat illam propositionem uidelicet albedo est alba,intelligit ut que.

Aliter Respondeo, quòd multæ propositiones sunt vere phisicæ, quæ tamen logicæ falsitatem sapiunt. Exemplum sortes est hnmanitas. Homo est animalitas, equidē huius modi propositiones phisicæ vere sunt,quoniā sortes est humanitas realiter,& formaliter ipsam includens, similiter homo animalitatem, sed quoniam subiectum & prædicatum sumuntur sub diuersis modis significandi. Idcirco dicimus eas esse falsas logice loquentes, pari passu ista propositio, albedo est alba,vera est phisice,quia albedo albedinem claudit,logice vero falsam eam censemus.

tia!e ppositionē,sed p albedinem hēt esse f'm quid, nā p inhęrere albedinis fit albus.

## DATVR MEDIVM INTER SVBstantiam & accidens.

TErtia q. quolibet ar. 3. ait Scotus non dari medium per abnegationem extremorum inter substantiam & accidens ita, quòd omne quod est,aut est substantia,aut accidens:hoc idem dixit 1.quęstio. quolibet art.1.& recte quidem in doctrina perhipnthetica:quoniam Arist.in ante prędicamentis inquit:singulum eorum, quę sunt,aut significat substātiam,aut quantitatem,aut ad aliquid,aut qualitatem, aut vbi,aut quando:aut situm,aut habere,aut facere,aut pati,ubi decem enumerat cathegorias Architam Tarentinum imitatus. Et 7. meta.te.comen.8.& 12 hoc idem ponit.Huius tamen oppositum ad struere videtur doctor subtilis,in secundo,distinctio.12. quęstio.1. & distinctio.16.quæstio.uni. ubi tenet dari potentiam obiectiuam, quæ nec est substantia, nec accidens, sed potentia substantiæ, ut rosa non existente in hyeme, ipsa est in potentia obiectiua, hoc est,non est & potest esse, & antichristus modo non est, & potest esse,ipse est in potentia obiectiua.

XI. Priuatio non est substantia, neque accidēs, sed est negatio substantiæ, vel accidentis, omne q̄d est, vel est substantia, vel accidēs vera est ista ppositio ī creaturis, non aūt in diuinis.

## SOLVTIO.

Ens duplex quod est perfectum in genere, & tale ens aut est substantia,aut accidens,nullum enim est ens perfectum in genere, quod non sit substantia,aut accidens. Aliquid uero est ens imperfectum, cuiusmodi sunt priuatio, & potentia obiectiua entis, & tale ens datur,quod non est substantia,neque accidens. Auerr. enim 1.phisi.comen.79.& priuatio non est accidens,nedū non est substantia, & ratio est,

est,quia priuatio non est ens completum in genere ,sed priuatio talis entis,& ideo ponit principium rerum naturalium per accidens, pari passu potentia obiectiua non est substantia, neq; accidens,quia non est ens proprie,sed aliquid entis.

Et sic est tenendum,quoniam si esset substantia,aut accidens, cum sit æterna,esset necesse esse, quia omne sempiternum est necesse esse primo celi.t.com.138. & 9.metha.t.com.17.

## *QVOD PRIVS EST NATVRA, perfectius est suo posteriori: Ex quarta quæstione quolibet contradictiones.*

> 1.Iste vir nō Scotizat in hoc, vid be ne nam sensus Aristē, q primæ substantiæ dñr maxime substantiæ, eo q maxime sit subiectæ.nē pe oīb.accidētibus, & oīb. secundis substātijs, genus est pfectius ipsa specie, vt est,de pfectione extensiua, vel permissiua, non aūt intensiua, vide D.Mauritium in 7. q. vniuersalium.

SCotus 4.q quolibet ar.primo dicit, prioritas naturæ dicit imperfectionem in posteriori,ac si dicat semper illud,quod est prius natura aliquo,est nobilius suo posteriori. Et sic animal est nobilius,& perfectius homine,quoniam est prius natura,à quo non conuertitur sub sistendi consequentia: teste philosopho cap.de priori: Qui tamen Scotus 9.q.quolibet tenens totum esse perfectius quacunq; sui parte cōtra Auer.& 7.met.q.5. dicit hominem esse perfectiorem animali, & rationabile, quia Ari.dicit cap.de substantia speciem esse magis substantiam,quàm genus,hoc est perfectiorem,& nobiliorem,quoniam includit genus,vt homo includit essentialiter animal, non econtra.

## SOLVTIO.

Auerr,& Scotus in hac positione non sunt discordes, si rite eorum verba librabimus, Auerrois enim.7.met.com.7. tenet formam esse perfectiorem materia, & ipso quod ex vtriusque est.i.composito ratione dependentiæ essentialis,quoniam totum dependet a forma,nō forma a toto. Scotus vero dicit, totū esse perfectius forma,quoniam totum includit formam,& cum hoc aliquid ultra puta,materiam,pariformiter dicimus ad formam contradictionis,quando Scotus dixit animal esse perfectius homine, verum est pro quanto homo dependet essentialiter ab animali,quia constituitur (methaphisice loquendo) ex animalitate & rationalitate. 8.met.t.com.15. Cum vero dixit hominem esse perfectius animali,verum est quidem ratione inclusionis,qm̄ includit animal in actu,& formaliter. Animal autē hominem tantum includit seu continet in potentia.

Sed emergit dubium,si prius natura est perfectius posteriori,ergo intellectus Dei est perfectior uoluntate ipsius Dei. Nam Scotus dicit in 4. distin.49.q.4. q intellectus Dei ordine naturæ præcedit volun-

luntatem, secundo sequitur, quòd actus intellectus in nobis, est perfectior actu voluntatis, quod nos Scotistæ negamus tenentes cum Scoto in 4. dist. 49. q. 4. quod actus voluntatis est perfectior, ob id in eo stat beatitudo completiue, quā tenet. Nam isti actus sunt ordinati secundum ordinem naturæ, sic quod nil volitum, nisi præcognitum. Ita vt voluntas in suis actibus sit cæca. 9. lib. de trini. docet Augusti. Respondeo prioritas naturæ bifariā ponitur. Quædā est præsupposito huius ab hoc tantum, & sic intellectus est prior natura voluntate in Deo & in nobis, & de priori tali prioritate nō habet veritatem regula Scoti, non valet hoc præsupponitur huic, ergo perfectius. Alia est prioritas naturæ, a qua non conuertitur subsistendi consequentia, vt animal est prius natura homine & forma ipso cōposito, & est cū causalitate, & dependētia, sic quod posterius dependet essentialiter ab illo priori, & in tali priori veritatem sortitur regula Scoti, de quo priori loquitur Philosophus in post prædicamentis capit. de priori. & 5. met. te. com. 17. & 7. met. te. com. 4.

## RATIONES PER APTITVDINEM non sunt efficaces.

QVarta quæstione quolibet art. 2. ait Scotus, quòd responsiones per aptitudinē sunt minus efficaces, nisi detur aliquid, per quod sit illa aptitudo. Exemplum si petamus quare lapis tendit deorsum, non est sufficiens responsio, si dicamus, quia est aptus natus tendere deorsūm, sed oportet dicere, quia graue Et omne graue tendit deorsum, omneque leue sursum. 4. cœli. te. comen. 26. Huius oppositum docet Scotus in secundo, distin. secunda, quæstio. 10. Vbi dicit Arestotelem & Auerroēm in huiusmodi petitionibus respondere per aptitudinem. 8. phisi. te. com. 32. & 4. cœli te. com. 26.

Il. Respondeo quòd tā phylosophus, quā Scotus ibi per aptitudinē intellexit principium aptitudinis .s. formam substātialē vide textū Arist.

## SOLVTIO.

Respondere ad aliquod quæsitū contingit dupliciter, aut assumendo causam immediatam, aut primariam, & vltimatam. Vt si petamus, quare homo ridet? Si assignare voluerimus causam immediatam, dicemus, quia est risibilis seu aptus natus ridere. Et si assignare voluerimus causam primariam, & ultimatam, dicemus, quia est rationalis. A pari si quæramus, quare ignis tendit sursum? Respondendo per causam immediatā, dicemus, quia est aptus natus tēdere sursum. Et si denique petamus, quare est aptus natus tendere sursum. Et lapi

vide in 3. di sti. 17. in solutione, ad hac.

tendere deorsum. Respondebimus, quoniam ignis leuis est, & lapis grauis, vnde Auerro. 8. phi. co. 3. ait Essentia enim leuis, & grauis facit, quod leue habitet superius, & graue inferius.

## PATERNITAS DISTINGVITVR à patre sola ratione.

III Dictum authoris formalitatum, hetveritate de constitutiuo alteri denominationis.

Scotus. 4. q quolibet ar. 2. dicit quod inter paternitatem, & patrem est distinctio solius rationis. Oppositum huius uidetur adstruere in primo distinctio. secunda, quæstio. secunda, dum dicit. Constitutiuū ex natura rei distinguitur a suo constituto ex natura rei. Paternitas autem est constitutiuum patris, ut patet in diuinis, & in creaturis. Ait. n. Aug. 7. li. de tri. Alio pater est, alio pater est pater. Pater enim est essentia, est autem pater paternitate, ergo paternitas distinguitur a patre ex natura rei, ne sola ratione, & stat contradictio.

## SOLVTIO.

Ista propositio, videlicet constitutiuum ex natura rei, distinguitur, a suo constituto ex natura rei, habet veritatem in absolutis, non autē in relatiuis, sicut declarat author formalitatum ar. 2. partiali, Et ratio est, qunniam pater de formali significato paternitatem significat Igitur inter partem, & paternitatem, nulla est distinctio ex parte rei, nisi ratione connotati. Album. n. solam qualitatem significat, teste philosopho, cap. de substantia.

## IN GENERATIONE VNIVOca semper generatur aliquod suppositum.

vide Scotū in primo sēten. disti. 2. quæst. 7.

Scotus. 4. q. quolibet, ar. 3. dicit quod ista consequentia non ualet. Hoc generans generat genitum sibi simile in specie, ergo generat genitum incommunicabile ex his. Huius oppositum asserit in 1. dist. 2. q. 7. soluēdo principale, ubi dicit, quod in generatione uniuoca, semper generatur aliquod suppositum, ut homo hominē generat, equus equum, ignis ignem.

## SOLVTIO.

Generatio uniuoca est, quando generans, & genitom sunt eiusdē spe-

speciei,quæ appellatur generatio non cessabilis ab Auerro.7.Met.co. 28.& 12.Met.com.24.& 8.phy.com.46. æquiuoca uero quando generans & genitum non sunt eiusdem rationis, ut musca genita a sole ea materia putri.patet ergo in quacumque uniuoca generatione generari aliquod suppositum. Et tamen Scotus, dicit quod non ualet hæc consequentia,hoc generans generat sibi simile in natura,ergo generat incommunicabile existens,per incommunicabile existens, non intelligit suppositum tantum. Sed suppositum non potens amplius generare,ualet tantum in diuinis,pater genuit sibi filium in natura similem,qui tamen non potest alium filium sibi generare. In creaturis vero,pater generat filium, qui alium filium potest propagare vt patet.Immo Scotus dicit,quod generata ex materia putri sunt eiusdem speciei,cum generatis ex propagatione,& possunt propagare sibi similia in specie,Contra Auer.8.phi.com.46.

Sed duo Ar. dicta videntur ad oppositum primum est, libro primo de generatione animalium cap primo,& libro tertio,cap.primo Quæ generantur ex materia putri,non propagant. Et si propagant, diuersa quidem genere,ab iis,ex quibus generantur, & genitum, ex eis non est mas, nec femella.

valet tñ in diuinis, pater genũ,& sibi filium, in natura similem.

Secundum est lib. secundo de anima te.co.34. naturalissimum est omnium uiuentium quæcunque perfecta sunt,& non orbata, neque spontaneam generationem habentia,facere alterum quale ipsum animal,planta autem plantam,ergo quæ habent spontaneam generationem,qualia sunt genita ex materia putri, non faciunt alterum quale ipsa sunt, &c.

Respondeo quod Arist.in ijs dictis non loquitur vniuersaliter, sed indefinite dumtaxat. Ideo verum est generata ex materia putri, non propagare sibi similia, quia sunt tanta imperfectione imperfecta, ꝙ non possunt producere sibi simile.Cuiusmodi sunt,mussillones, & papilliones. Quædam vero propagant,nec hoc negabat Philosophus.

Paulus sontinatus fidet,ꝙ phisicus non loquitur uniuersaliter, sed pticulariter, & tñ de his q̃ mediate gñantur, vult.n. dicere, ꝙ aliqd hn.ói aíal in mediate gñat, oua, vel aliqd aliud tale ꝙ est alie

Sed obiicitur adhuc,nam videtur Philosophum asseruisse, etiam hominem generari posse ex putri materia. At enim secundo libro politi.Putandum est illos priscos homines,siue ex terra geniti fuerint,siue ex aliqua corruptione seminati,simul fuisse ignaros, & imprudentes,ergo uidetur dicere priscos patres,& genitos fuisse ex natura.Rñdeo ꝙ Euripides, Tragicus,quem insectatus est Ouid.primo Methamorphosis opinatus est homines, ex materia putri genitos fuisse tempore diluuii,nam seruatis Pyrra,& Deucalione,ex proiectis lapidib. generabantur mares & famellæ eos immitatus est Auicennas in codicillo suo de diluuio.Peripatetici vero hanc positionẽ penitus abnegarunt.

rius rõnis, & eo mediáte generat aliud animal sibi simile ĩ spẽ

runt. Ideo dicimus Arist. in illa propositione loqui disiũctiue, ab una parte ponens opinionẽ Euripidis de generatione hominũ ex materia putri, & Moysis ab alia parte, Gen. capit. 7. & 8. quòd homines prisci fuerint seruati ex diluuio, Noe scilicet & vxor eius, tres filij cum trib. vxoribus, ex quibus totum reparatum est genus humanum.

## ABSTRACTIO A SVPPOSITIS & ab vltimis constitutiuis.

V. ad Scotũ in pñsenti loco respõdebis ex his, q̃ hẽt Scotus inferius distin. 26. vbi vtrũq; def tur, conceptus cõis ĩ qn d nõ a mẽ est ille conceptus cõis realis, vide Scotũ, & hẽbis ex Docto. per optimã solutionem.

Quarta quæstione quolibet art. 4. dicit Scotus, quòd a duobus suppositis in communicabilibus abstrahitur vnus cõceptus realis communis in communicabilitatis, ut Sortes est incommunicabilis hic pater est incommunicabilis. Simile ponit in primo distinct. 26. q. vnica asserens ab vltimis constitutiuis personarum abstrahi conceptus realis Huius oppositum dicit in primo dist. 23. q. vnica ꝙ ab vltimis cõstitutiuis personarum, non põt abstrahi conceptus cõis realis.

## SOLVTIO.

Dum Scotus dicit, quòd non potest abstrahi conceptus communis realis, verum est quiditatiue, & vniuoce dictum, qualis est conceptus entis causatus per operationem intellectus possibilis abstrahentis illum a substantia, & accidente. Abstrahere enim quod est intelligere unum, non intellecto alio actinet ad intellectum possibilem, de qua Aristo. secundo phisi. test. co. 18. Abstrahentium non est mendacium. Abstrahere vero, quod est transferre de ordine in ordinem, ad intellectum agẽtem, tertio de anima co. 5. & co. 18. Cum vero ait Scotus posse causare couceptum realem communem realiter ultimis cõstitutiuis verum est, realiter, & denominatiue dictum de illo, si quispiã dicat pater est incommunicabilis, Sortes est incommunicabilis, ly incommunicabile, non prædicatur, de eis quiditatiue, sed realiter, & denominatiue.

## NON DATVR INFINITVM IN actu, nec dabile, Ex V. quæstione quolibet contradictiones.

I. Franci. de Mayronis, in 1. dist. 44 q. 10. ostendit, ꝙ in finita multi.

Quinta quæstione quolibet dicit Scotus, quod natura abhorret infinitum in actu in quantitate, hoc idem ait in tertio distione prima. Qui tamen in tertio distinctio. decimatertia, quæstione prima, ponit regulam quandam Aristo. tertio phi. te. com. 69. Quantum contingit esse in potentia, tantum con-

tin-

tingit esse in actu. Tunc sic, contingit dari numerum infinitum in potentia, ergo contingit dari infinitum in actu, similiter contigit dari lineam infinitam in potentia, ergo infinitum actu, & sic erit possibile infinitum in actu.

## SOLVTIO.

Vera est propositio Aristo. & Auer. quod non datur infinitum, in actu, sed in potentia tantum. tertio phisico. te. com. quinquagesimo-octauo & sexagesimotertio. Et cum dicunt, quantum contingit esse in actu. Respondet Auerr. tertio, phisico com. sexagesimooctauo, quod illa propositio non tenet in numeris. Et ratio eius est quia numerus causatur ex diuisione continui. Continuum autem est diuisibile in infinitum, ergo semper dabilis est aliquis numerus maior in potentia, quam ipse sit in actu. Scotus in tertio distinctione decimatertia quæstione prima, dicit cum Auer. quod illa propositio habet ueritatem in quantitate continua tantum, sic quod quanta linea est potentia, tanta erit semper in actu, quoniam agens naturale non potest maiorare aliquod quantum, nisi accipiat ab alio quanto.

Sed duo emergunt dubia, primum est, si linea tanta erit in actu, quāta in potentia, & est infinita in potentia, ergo erit infinita in actu.

Secundum dubium, quoniam Aristo. primo libro de generatione, animalium capitulo primo, negat dari infinitum in potentia, in numeris, & arguit. Si generata ex materia putri generarent, & illa genita generarent alia, & illa alia, & sic esset processus in infinitum, quod natura abhorret, ait Philosophus ibi. Respōdeo ad primum, nego quod linea aliqua sit infinita in potentia in augmento, bene est finita in potentia, in diuisibilitate, quia continua, & continuum est diuisibile, in infinitum, in partes, in existentes, & potentiales, seu in partes eiusdem proportionis non eiusdem quantitatis, quod declarat Auerroes tertio phisico. comen. quinquagesimonono, sexto phisico. comen. 4 & 8. phisico. co. 68. Hæc est responsio Auer. 3. phi. com. 68. & 69. Indigressione. Ad secundum dicendum arbitror, quod Ar. non intendit negare infinitum in potentia in indiuiduis, neque in numeris, quoniam ipsum statuit in diffiniendo, in 3. phi. t. co. 63. Infinitum est unius quantuncunque accipientibus semper restat aliquid extra sumere, vel ab ipso, vt in quantitate continua, vel ad ipsum vt in numeris, qui sunt augmētabiles in infinitum. Sic Scotus ponit, 5. quol. ar. 1. Cum igitur Ari. dicat 1. lib. de generatione animalium c. 1. quod natura abhorret processum in infinitū in gñatione, loquitur in illis specieb. tanta imperfectione imperfectis, quod non sint iudicandæ: esse de perfectione uniuersi, ut

Infinitudo potest dari in actu quia nunquam impossibilitas sumitur ex parte Dei, vt et docet Scotus in 3. dist. 42. in monatura, de se ē multiplicabilis in infinitū, sed Deus eā determinat, & talis, determinatio est ab extrinseco, & quod infinitū nō ē dabile. in multitudine in actu.

in musillonibus,& papilionibus. Dicitur ergo si huiusmodi genita ex putri,propagarent sibi similia in specie, & illa propagata generarent alia,sic esset in infinitum,sicut est in speciebus perfectis, quod natura non patitur.

## MIXTIO PRIORISTICA:

II. Scotus i primo dist. 3.q.4.dicit, q cõtingẽs non põt sequi ex causa necessaria contra oĩa contingentia sunt a Deo & tamen Deus est necessarium ens. Dico q cõtingens nõ põt esse a cã necessaria,idest necessariocãnte & sicScotus intelligitur.

SCotus 5.q.quolibet ar.1.dicit,q ex maiori de necessario,& minori de contingenti,sequitur conclusio de contingenti. Exemplum,omne currens necessario mouetur,homo est currens,ergo homo mouetur,conclusio est contingens.quoniam minor est contingens. Nã conclusio sequitur debiliorem partem , testimonio Theophrasti Eudemi,& Themistij.Hocidem ponit Scotus 14.q.quolibet art.primo. Et in primo distin.3.q 4.& distin.5.q.prima nec non in 3.dist 23.q.vnica & in 4.dist.12.q.2.Huius oppositum adstruit phylosophus.1.priorum co.15.vbi dicit, q in 1.figura , ex maiori de necessario & minori de inesse sequitur conclusio de necessario. Exemplum omne a necessario est b.õmne c.est.a.ergo omne.c.necessario est b. Et in terminis notioribus sic, omne currens necessario mouetur , homo est currens,ergo homo necessario mouetur. Vbi Auer.inuehit contra Theophrastum,Eudemum & Themistium,quos insectatur Scotus.

## SOLVTIO.

Nulla penitus est contradictio,quoniam Aristo.loquitur, vt nunc, seu vt sic,quem imitatur Auer. Theophrastus autem Eudemus,Themistius,& Scotus loquuntur simpliciter.Arist.n.& Auer. dicũt, quòd ex maiori de necessario & minori de contingenti sequitur conclusio de necessario,vt nunc.seu vt sic hoc modo,omne ambulans, ergo homo necessario mouetur,vt sic,idest, in quantum ambulans, & verum est quidem.Alij dicunt non necessario mouetur simpliciter,quod itidem verum esse constat.

## ABSTRACTVM VLTIMA *abstractione abstractum.*

III.Sed dubitatur, cũ pdicari formaliter fit dupliciter, scilicet qui-

DOctor subtilis quinta quæstione quolibet articulo primo dicit, quòd ista propositio proprie loquendo est falsa , videlicet paternitas est infinita,& habetur exilla regula famosa,quam adducit in primo distin. 5. q. prima. Quando subiectum est abstractum vltima abstractione abstractum,& prædicatum non est aptum natum prædicari, nisi

ri, nisi formaliter, propositio nō est vera, nisi sit in primo modo. Quæ intelligitur sit, quando subiectum est substantia; in qua una tantum fit abstractio; per nomen primæ intentionis, videlicet à singulari, vt cum dico homo circumcernit inferius; pro quo supponere potest in casu, vt homo currit, si dicā humanitas est abstractum vltima abstractione, & prædicatum non est aptum natum prædicari; nisi formaliter, hoc est per modum adiectiui informantis, vel alteri adiacētis propositio non est vera, nisi sit in primo modo dicendi per se, de quo Aristot. primo post. text. comento nono quæ est quiditatiua Nam si prædicatum prædicatur formaliter, non potest prædicari idemtice, igitur si est vera, cum non sit idemtica, necessario erit quiditatiua. Si non est quiditatiua, ergo nullo modo est vera. Huius oppositum adstruere videtur Scotus in decimaquarta quæstione quolibet, vbi has ponit propositiones, essentia mouet, essentia terminat, essentia videtur, essentia intelligitur, essentia creat, in quibus omnibus est abstractum vltima abstractione (vt apertissime liquet) & prædicatum non est aptum natum prædicari nisi formaliter, hoc est per modum informantis seu alteri adiacentis, quia est adiectiuum.

## SOLVTIO.

Non potest Scotus negare has propositiones esse veras. Ait enim Ambrosius super Lucam capitulo secundo, essentia diuina in tantum videtur, in quātum videri vult. Ideo dicendum, quòd regula illa famosa non tenet in terminis concernentibus actum mentis. Omnia enim hæc prædicata, uidelicet mouere, terminare, videri, intelligi, creare, concernunt actum intellectus vel uoluntatis; & talia prædicata solā relationem rationis ponunt in Deo ad creaturas, 30. dist. 1. q. 2. ex snīa Aug. 5. de trin. c. 16. Idcirco propositiones huiusmodi veræ sunt, quæ tamen non sunt formales, neque idemticæ, negatur, ergo ista essentia infinita, sed essentia est infinita, sicut negatur ista. Humanitas est risibilis, sed cōceditur ista, humanitas est risibilitas idemtice. Similiter negatur ista essentia est bona, & conceditur ista, essentia est bonitas. Sed emergit dubium, & videtur, quòd tales propositiones nullatenus sint concedendæ quoniam Scotus dicit esse regulam logicorum, qn̄ subiectum & prædicatum sumuntur sub diuersis modis significandi, illa propositio est falsa. Ista est huiusmodi, essentia mouet quia subiectum est abstractum, & prædicatum est concretum, ergo ipsa & ei consimiles falsitatem claudunt. Respondeo bifariam, primo dico, quod regula logicorum est vera vniuersaliter in eodem significato, vt ista, albedo

ditatiue, & per adiacētiam seu p inhæsionē, quo omne illud q̄ p̄di caē formaliter de vltimato abstracto, p̄dicaē i primo modo, cū hoc nō possit cō petere ei, q̄ prædicatur formaliter secūdo modo, scilicet p i hæsionē. Respondeo q̄ quocūq; capiaē formaliter, cū vltimate abstractum excludat omne id q̄ nō est de sui q. ditate, & includat hoc sinchategorema per se primo ideo si p̄positio esset vera, esset i primo modo, sed propositio] nūquam est vera, capiēdo formaliter adiectiue.

est alba, color est coloratus, & ijs cognatæ propositiones. Ista autem, essentia videtur, essentia mouet, non est in eodem significato (ut clare patet) Aliter dicendum arbitror, quòd multæ propositiones sunt ueræ phisicæ, quæ tamen logice falsæ sunt, vt ista. Inhærentia inhæret, & ista, essentia mouet, essentia terminat, & hoc quoniam subiectum & prædicatum sumuntur sub oppositis modis significandi, qui sunt secūdæ intentiones, & de consideratione logicali.

## NON POSSVNT ESSE PLVRA *realiter distincta formaliter infinita.*

IIII. Personę diuinæ, spiritum relatum es neque sunt finitæ, neque infinitæ, sed identice; & non formaliter sunt infinite.

Scotus quinta quæstione quolibet articulo secundo ponit illā propositionem. Eius tamen oppositum asserit in primo distinctione vigesimasexta quæstione vnica vbi tenet personas diuinas esse formaliter infinitas, & realiter distinctas, realiter inquam suppositaliter, licet sint idem realiter essentialiter.

## SOLVTIO.

Personæ diuinæ vnum dicunt de formali, aliud vero de connotato, pater enim paternitatem significat de formali significato, de connotato essentiam sic filius filiationem importat de formali, de connotato vero eandem essentiam. Dum igitur Scotus dicit personas diuinas esse formaliter infinitas; verum est ratione connotati. Cum vero ait esse realiter suppositaliter distinctas; verum est ratione formalis significati, Tunc propositio illa, videlicet, non possunt esse plura realiter distincta, & formaliter infinita, vera est secundum idem significatum: personæ secundum essentiam non sunt realiter distinctæ, & sunt infinitæ formaliter, secundum relationes sunt realiter distinctæ, & nō sunt formaliter infinitæ, sed identice tantum, seu realiter.

## TERMINARE DEPENDENTIAM *alicuius dependentis dicit perfectionem.*

V. Auerrois 12 met. comen 5. & 6. ista tria coincidunt, in idem numero, primæ ef

Huiusmodi propositionem protulit Scotus quinta quæstione quolibet articulo secundo. Qui tamen in tertio distinctione prima quæstione prima dicit, quod terminare dependentiam dependentis nullam dicit perfectionem. Nam verbum diuinum in Christo terminat dependentiam naturæ humanæ assumptæ, quia verbum caro factum est Ioan. c. 1. & tamen nulla perfectio ponitur in verbo ex hoc.

SO-

## SOLVTIO.

Terminare dependentiam bifariam contingere dicimus, vno modo in ratione efficiẽtis, & sic dicit perfectionem, quia agere perfectionis est, alio modo terminare dependentiam dicimus in ratione supposi tantis ad suppositatum, seu personantis ad personatum, & sic nec dicit perfectionem, nec imperfectionẽ, quia dicit solam relationem rationis ex parte verbi, sicut declarat Scotus in tertio distinctione prima quæstione prima, & 18. quæstione quolibet sic etiam subiectum terminat dependentiam accidentis, & nullam ponit perfectionem in subiecto. Dubitatur tamen, quoniam Auerro. in destruc. disput. tertia ad solutionem dubij 18. dicit, quod primus motor est principium vniuersi, vt efficiens, vt finis, & vt forma, sed terminare dependentiam in ratione formæ, dicit imperfectionem, quia forma dicit rationem partis. Respondeo quod Auerro. per formam ibi non intelligit formam, quæ est altera pars compositi, de qua Aristot. settimo meth. testo comento trigesimoquinto & octauo meth. test. comento decimoquinto primo physic. te. comento sexagesimonono, & secundo physic. te. comento 7. & decimosecundo ac secundo de anima test. comento vigesimoprimo sed per formam ibi intelligit datorem formarum, sicut loquitur Ar. 7. met. test comento 38. ab hoc principio pendet cœlum & natura, & primo cœli test. comento 102. Ab hoc principio omnibus communicatum est esse, ijs quidem clarius illis vero obscurius.

Sciens, prima forma, & prim⁹ ferus vñ Deus sublimis nõ dr̃ forma informans, p formalẽ inhærẽtiã sed est forma extrinsecus perficiens.

## GENERATIO ACTIVA, ET *spiratio actiua sunt idem realiter.*

Scotus. 5. q. quolibet ar. 2. videtur dicere, quod generatio actiua & spiratio actiua distinguntur realiter. Huius oppositum ponit, in 1. distinctio. 13. quæst. vni. & distinctio. 26. q. vni. vbi dicit, quod tres relationes originis tantũ distinguũtur realiter suppositaliter in diuinis videlicet paternitas, quæ est idem, cum generatio actiua, filiatio, quæ est generatio passiua, & spiratio passiua. Actiua autem est eadem realiter cum actiua generatione, & distincta ex natura rei duntaxat.

VI. D. Bona inprimo dist. 26. q. 4 dicit, quod generatio actiua, & spiratio actiua distinguũtur realiter, & Burlifer ex ponit realiter, i. formaliter, & dicit se vna glosare D. Bonauenturam,

## SOLVTIO.

Franciscus Mayronis in primo distin. 1. q. 3. tenet, quod sunt idem realiter, similiter diuus Thomas, prima par. q. 32. ar. 3. Et sic in via Scoti tenendum dicimus. Quamuis Scotistæ scindant Scoti tunicam in hac positione. Nam magister Parisiensis, & Lechetus Briziensis tenet, quod sunt idẽ realiter, in Deo. Gadius Bono. aliter autumauit. Ad formã

ut cum concordet, cũ Scoto, q tenet φ nõ distinguũtur, formaliter. hoc tamẽ ẽ falsum, ut patet ex sẽtẽtia Scoti dist.13. primi, q ten t φ pcrenarõ actiua, & spiratio actiua sunt idẽ realiter

contradictionis dico, φ Scotus hic non dicit has duas relationes esse duas, & distinctas realiter, sed φ vna nõ pdicatᷣ de alia in abstracto p idẽtitatẽ, quia neutra est infinita formaliter. & tũc est prædicatio idẽtica, quando alterum extremum est formaliter infinitum, uel utrunque. Exemplum primi paternitas est deitas, exemplum secundo bonitas est sapientia. Sed emergit dubium mitus specificantur a terminis ad quos. 5. phi. te. co. 4 & 46, & Scotus notat, in primo distin. 2. q. 7. & 2. q. quolibet, Sed terminus generationis actiuæ est filius, terminus uero spirationis actiuæ est spiritussanctus, distinguuntur realiter suppositaliter, ergo gñatio actiua & spiratio actiua ẽt realiter distinguũtur. Rñdeo uera est maior, nisi illi duo motus idẽtificẽtur uni singulari incommunicabili. Sicut generatio actiua, & spiratio actiua idẽtificantur patri, & in patre, Et sic tenendum quidem, quoniam non sunt multiplicandæ notiones realiter distinctæ Extra, de summa trin. & fide catho. cap. damnamus, & tres tantum sunt personæ, incontubernio indiuiduæ trinitatis, dicente Ioannne prima can. capit. 5. tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & Spiritussanctus & hi tres vnum sunt.

## DIVISIO ENTIS.

VII. I. diuisio entis potest esse triplex.

Qm̃ 1. diuisio, vel est modalis, & p modos ĩtrinsecos & sic prima Theologica est p quãtũ & non quãtum.

Et prima modalis metaphysica ẽ p finitũ, & infinitum. Passionalis p vnum, & multa, pqdi tates p Deũ

QVinta. q. quolibet Doctor subtilis diuidit ens per quantum, & non quantum, hoc est per perfectum, & non perfectum, & dicit hanc esse ipsius entis primam diuisionem. Qui tamen primo met q. 1. diuidit ens per finitum et infinitum prĩma sui diuisione.

## SOLVTIO.

Diuisio entis per quantum, & non quantum est prima Theologica, Diuisio entis per finitum, & infinitum est prima phisice loquendo. Sed obicitur sic. Auer. 5. met com. 14. diuidit ens in decem prædicamenta immediate. In 7. met. in prohemio diuidit ens in unum, & multa. 6. meth. com. 1. diuit ens in ens per se, & in ens per accidens, 1. phi. com. 6. diuidit ens per finitum, & infinitum 3. phi. com. 3. & 1. de anima com. 6. diuidit ens in actum, & potentiam, & omnes istæ diuisiones sunt diuisiones phisice; ergo non est illa prima diuisio physica, quæ est per finitum, & infinitum. Respondeo. Ens potest diuidi in quiditates, & sic immediate diuiditur in decem prædicamenta potest et diuidi per passiones, & sic diuiditur per unum, & multa, potest etiam diuidi per modos, & sic diuiditur per finitum & infinitum ens perse,

&

& per accidens necessarium & contingens potest diuidi per differentias analogas,& sic per actum,& potentiam. Ait.n.Auer.1. de aïa.co. 6.Actus,& potentia sunt differentiæ valde opposite,& circuũt omnia genera,prima autem per modos est per finitum & infinitum. & decẽ pdicamenta.

## DEVS EST METRVM, ET mensura omnium rerum.

SCotus 5.quæstio,quol.ar.3.tenet,ꝙ Deus est metrum & mensura perfectionalis omnium rerũ per excessum ad quem, & recessum a quo omnia mensurantur in perfectione. Itaque tanto aliquid est perfectius,quãto est Deo similius.Qui tamẽ in 1.dist.18.q.3.impugnat Auer.hoc asserentem,de mente Ar.10.met.te.com.7.inquientem. In uno quoque genere est unũ primũ & minimũ quod est metũ,& mensura omnium rerum existẽtium in illo genere,Auer.enim dicit, quod primus motor est mensura & metrum omnium existentium in genere substantiæ Scotus uero dicit,quod nõ est primus motor,sed supremus Angelus puta lucifer.

VIII. Vno mõ aliquid dr̃ primum ꝙ est pfecti ssimum, & hoc põt eẽ aut in genere, secundũ Theologos erit lucifer quãtum ad naturalia,si in genere animalis erit hõ, si extra gñs erit Deꝰ q est mẽsura extrinseca eium, p cuius accessũ oĩa alia mẽsurant.

## SOLVTIO.

Nullatenus quippe doctor sibi contradicit,qm̃ Auer. errauit asserens primum motorem esse mẽsuram perfectionalem omnium rerũ in genere substantiæ.Talis.n.mensura perfectionalis,de qua loquitur Ar.est in eodem genere,in quo sunt sua mensurata. Deus autem in nullo clauditur,8 dist.1.q.3. ergo non potest esse mensura intrinseca alicuius generis determinati.Sed illa mẽsura intrinseca existẽs,in gñe substantiæ,est lucifer.itaq; tanto aliqua substantia est perfectior,quã to magis assimilatur ipsi lucifero.Ad formã ergo contradictionis, dicendum. Cum Scotus dicit,Deum esse metrum & mensuram,uerum est omnium rerum.Dum uero negat ipsum esse mẽsuram ,uerum est de mensura intrinseca', in aliquo genere determinato, quia in nullo clauditur de genere,prout superius explosum est.

## RELATIO REALIS QVAE NAM SIT Ex VI. quæstione quolibet contradictiones.



Exta.q.quol.ar.primo.Scotus dicit,ꝙ ad relationem realem tria requiruntur, uidelicet quod extrema sint realia, & realiter distincta, & quod talis relatio insurgat ex natura extremorum, hoc idem dicit in primo distinctione trigesima,quæstione secunda,& distinct.31.q.uni. Hu- I. Ad relatiõnẽ realẽ requiritur cõditiones quatuor Scoto testã

Huius oppositum videtur adstruere in 1. distin. 3. q. 7. vbi declarat, quod intellectus mouet seipsum motione metaphorica, hoc est intelligit seipsum. Nam mouere intellectum est concurrere cum intellectu ad producendam notitiam sui. Cum enim intellectus intelligit seipsum, ipse producit notitiam, & recipit, ergo est mouens & motus, quia ex cognoscente & cognito paritur cognitio, sicut ex visibili & vidente gignitur uisio, teste Aug. q. de trini. c. vlt. & 2. de trini. capit. 25. subdit Scotus relatio mouentis & moti est realis, & tamen extrema non distinguntur realiter, quia idem est mouens & motum. Hoc idem dicit in 2. distinct. 25. quæstio. vni. de voluntate. Igitur contradicit sibi ipsi, quoniam in uno loco dicit, quòd relatio realis requirit extremá realiter distincta, alibi vero negat.

te. q̃ in triũ hor icõiter ro ũ ponit. In diuinis sunt relationes reales quattuor. s. disqui perátiæ, & illæ sunt relationes origin salięcres sunt relationes cões & æ uiperantiæ relatio formalis. vel actualis est illa quæ inest suo fũdamento p accidẽs. relatio fundamẽtal sẽ illa q̃ inest in suo fundamẽto nõ p accidens, sed p se eius de Frãciscũ de Mayronis in 1. dis. 30. q. 3.

## SOLVTIO.

Dominus Lechetus in 2. distin. 25. soluit sic, non omnis relatio realis requirit extrema realiter distincta, sed solum illa, quæ fundatur super potentiam actiuam & passiuam, 5. met. te. co. 20. vt paternitas filiatio, & huiusmodi, modo relatio mouentis ad motum non est de secundo modo, ut patet, quia non fundatur super actionem & passionem. Sed pace tanti uiri, ista solutio est fuga, & dextruit Scotum. Doctor enim subtilis. 6. quæst. quol. & in primo dist. 31. quæst. vni. declarat equalitatem in diuinis esse relationem realem, quia habet extrema realia & realiter distincta, & tamen equalitas non est relatio fundata super potentiam actiuam, & passiuam, quæ est de secundo modo relatiuorum, sed est de primo modo, quæ fundatur super vnum, & multa, quoniam equalia sunt, quorum quantitas est vna. 5. met. cap. de quantitate, ergo omnis relatio realis, ex gymnasio subtilium, requirit extrema realia, & realiter distincta.

Idcirco aliter soluit Franciscus Mayronis in primo distin. 3. q. 8. & exactius quidem. Nam relatio realis est duplex, quædam est realis formalis, & hęc requirit extrema realia, & realiter distincta, alia est realis fundamentalis & hæc non requirit extrema realiter distincta. Talis est relatio mouentis & moti, dum idem mouet seipsum, etiam motu locali, vt patet in grauibus & leuibus, quę sunt principiũ intrinsecum, actiuum sui motus localis. 2. phy. co. 1. & 8. phy. co. 20. & 69. Auer. teste, cui adstipulatus est Scotus in 2. dist. 2. q. 10. licet nullus eorum habeat principium alterationis actiuum intrinsecum, in simplicibus scilicet quoniam nullum simplex quale est elementum alteratum ex se, quamuis mixta alterentur ex se. 2. phy. com. 1. & 7. met. com. 29.

ENS

ENS ET VNVM DICVNT EANdem naturam.

SCotus 6.q.quol.art.1. dicit ꝙ vnum addit supra ens, aliquid positiuum, & non puram negationem. Hoc idem asserit in primo dist.19. q.1. Huius tamen oppositum affirmare videtur. 4.met.q.2. vbi determinat ꝙ ens & vnum sunt penitus idem, de mente philosophi. 4 met. te.co.3. inquientis, ens & vnum dicunt eandem naturam. Nam idem est homo, & vnus homo. II. Melior ē positio Sco ti in 6.q̄sti. quol. ꝙ vnū addit aliqd positium s̄. ens, & non dicit purā negationē.

SOLVTIO.

Quattuor extant famosæ opiniones in hac dilucidatione, prima enim Platonis, qui in lib. Soph. vel de ente, & in lib. Parmenidis subicit ens vni, ita vt dicat unum est communius ente, quàm positionem. Picus Mirandola tueri nititur, Expugnatur tamen ab Arist.3. met.2. positio fuit Auicennæ, qui (vt refert Auer.4. met. comen. tertio, & 10. meta. comen.8.) arbitrabatur, vnum esse de prædicamento quantitatis, quia est principium numeri, & in uia eius unum addit entitatem positiuam supra ens accidentalem distinctam ab ente, & nesciuit Aui cennas distinguere inter vnum, quod est principium numeri, & quod est passio entis. Ait enim Auer. tertia positio est ipsius Auerrois, cui adstipulantur Diuus Tho. & Franciscus Mayronis in primo distinct. 24. quæstio. secunda, vnum non addit supra ens aliquid positiuum, sed dicit puram negationem, est enim vnum (secundum eos) quod est indiuisum a se, & diuisum à quocunque, quod non est ipsum, Et sic omnia sunt unum, immo multa sunt, unum, quia indiuisa à se, & diuisa a quocunque quod non est ipsa. Quarta positio, & quidem rationabilior est doctoris subtilis, quod unum addit aliquod positiuum supra ens, quod est idem realiter cum ente & disiunctum formaliter ab eo, & de connotato dicit illam negationem scilicet indiuisionem a se, & diuisionem a quocunque, quod non est ipsum, sicut risibilitas est eadem realiter homini, & distincta formaliter.

Tunc ad formam contradictionis dicendum, Scotus dicit unū addere enti entitatē positiuā, uerum est formaliter, cū vero ait de mente philosophi ens, & vnū dicunt eandē naturā, uerū est realiter, sicut risibilitas addit formaliter s̄. humanitatē, realiter vero idē sunt penitus.

VNA EST AEQVALITAS IN DIVINIS.

SExta quæst. quol. ar.1. ait Scotus, quod una dūtaxat est equalitas in diuinis, qua tres personæ sunt equales. Huius tamen oppositum III. q̄uo īter personas di

dicit

uinas sit æqualitas cũ in pr̃e,& filio,sũt duæ relationes originis,& in spũ sancto sit vna sola relatio originis. Respondeo ꝙ hoc non est inconueniens quia nulla illarũ dicit aliquã perfectionẽ sufficit ꝙ æqualitas sit inter eas ꝑsonas diuinas in his q̃ dicunt pfe. ctionẽ,vide Franciscum de Mayronis in 1.dis. 19 q.1.in fi.

dicit in primo dist.19.q.1.& dist.31.q.vni. ubi adstruit indiuinis esse tot equalitates.quot ibi sunt perfectiones simpliciter, sic quod ęqualis pater,equalis filius equalis spiritus sanctus,secundum potentiam, secundum bonitatem,secundum sapientiam, secundum iustitiam, & ijs consimiles equalitates.

## S O L V T I O.

Vna est ęqualitas realiter, de qua in symbolo, reboans ait, æqualis pater,ęqualis filius, æqualis spiritus sanctus. Eadem æqualitate inquàm realiter,alia tamen & alia formaliter,ueluti Deus, eodem realiter dicitur sapiens,iustus,clemens,quoniam omnia hæc eadem realiter sunt in Deo, alio tamen formaliter dicitur bonus, alio uero sapiens,quoniam bonitas & sapientia in Deo formaliter, seu ex natura rei inter se distinguntur, & homo eodem realiter appellatur animal, rationalis, & risibilis, quoniam animalitas,rationalitas, & risibilitas in homine idem sunt realiter. Alio uero formaliter est animal, alio rationalis,alio risibilis,propterea quod, huiusmodi formaliter se distinguntur. Sed dubitatur,quoniam Scotus dicit 9.q.quol. quòd omnia atributa indiuinis fundant equalitatem secundum unam magnitudinem uirtutis. itaque una est perfectio tantum in omnibus attributis diuinis,uidelicet sapiẽtia,iustitia, bonitas & cætera attributa habeãt tantum unam perfectionem, quæ appellatur quantitas uirtutis, quæ est immediatum fundamentum æqualitatis.

Respondeo una est perfectio omnium attributorum realiter,sicut ipsa omnia idem sunt realiter. Alia tamen & alia est quantitas uirtutis unius attributi,& alterius formaliter,ut sicuti sapientia & bonitas in Deo sunt idem realiter.ita perfectio istius & illius idem sunt realiter, & quemadmodum ea formaliter distingũtur, sic etiam eorum perfectiones formaliter distinguntur.

## *RELATIO ORIGINIS NVLLAM perfectionem dicit.*

IIII. Paternitas & filiatio in diuinis nõ dicũt aliquã perfectionẽ formaliter,

SCotus 5.q.quol.ar.1.dicit,quòd relatio originis(ut paternitas & filiatio)nullam perfectionem dicit,nec est quanta, nec non quanta, nec finita,nec infinita formaliter.quia tũc aliqua persona haberet aliquam perfectionem,qua altera formaliter careret,utputa pater haberet paternitatem,qua filius careret,& filius haberet perfectionem filiationis,qua pater careret,si filiatio esset perfectio.Huius oppositum

vide-

videtur ponere.6.q.quol.artic.1. ubi de mente Arist.5.metha. te.commen.18.asserit perfectionem esse passionem totius entis. Itaque omne ens est perfectum aliqua perfectione, sed relatio originis indiuinis est ens, ergo dicit aliquam perfectionem.

quia aliqua perfectio esset in vna q nō in alia, sed dfir explicare pfectionē pro quātoexcludunt imperfectionem.

## SOLVTIO.

Duplex est perfectio, quædā est transcendens, seu entitatiua, & ista est passio totius entis, Gene.2.uidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erāt valde bona (bonitate scilicet entis.) Et tali pfectione relatio originis est perfecta, quia ens. Alia est perfectio limitata, propria & formalis, & sic relatio originis nullam perfectionē dicit. Sed emergit dubium, bene sequitur, relatio originis non est perfecta, ergo est imperfecta, igitur persona diuina claudit aliquam imperfectionem, & patet consequentia, qm̄ a propositione negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito, tenet consequentia. primo Præyer.c. ult. Respondeo cum Scoto in 1.dist.5.q.1.& in 3.dist.3.q.1. q non tenet consequentia in prædicatis compositis nō sequitur nempe, Lapis non est lignum album, ergo lapis est lignum non album, quia tunc lapis esset lignum (vt cernis iam) sic etiam nō tenet in casu mediante aliquo sincathecoremate uidelicet. Relatio originis non est formaliter perfecta, ergo formaliter imperfecta. Sicut non sequitur Maria virgo in primo instanti naturæ non est iusta, ergo Maria virgo in primo instanti naturę est iniusta. Sed sequitur tantum, q ipsa non sit iusta. Similiter sequitur in casu isto, q relatio originis nō sit formaliter perfecta. Aliter respondetur secundū Scotum in 1.dist.21.q. uni.& 28.q.1. Regula illa Arist non tenet, quādo plus prædicatur in una quàm in alia.

## *NOTITIA INTVITIVA NATVralis, & naturaliter.*

Scotus 6.q.quol. dicit, dari notitiam intuitam naturalē & naturaliter, quæ est rei præsentis & existentis in propria præsentia, existentia. Et talis notitia datur pro statu isto, & ut cognitio rei singularis in propria singularitate, hoc idem ponit.13.& 14.q.quol.& in 1.dist.2. q.4.& in 2.dist 3.q.9.& in 3.dist.14.q.3. nec nō in 4.dist.10.q.8. Huius oppositum ponit in 3.dist.3.q.1.& 6.& 1.met.q.7.& 7.met.q.13.ubi tenet q intellectus noster pro statu isto non potest intelligere singulare, sub rōne singularitatis, sed tantum sub ratione naturæ: & sic non intelligit rem præsentem in præsentia & existentia.

V. Intellectus noster pōt cognoscere pstatu isto, & singulare, & vniuersale, patet, ga potētia po nensdfiam iter aliqua,

SO-

cognoscit illa, sed intellect' ponit dfiam iter singulare, & uniuersale, ergo & singulare. Intellectus nr̃ p statu isto non cognoscit singulare distinctę, & pfectę, i. sub ppria eius ratione. Tñ aliquid dr̃ cognosci distincte dupliciter, uno mõ q̃a cognoscit mediãte aliquo conceptu, rep̃sentante illud sic q̃ non aliud, & sic sigulare bene põt cognosci distinctę alio mõ distincte i. perfecte s. cognitione, vel ɔceptu, quo attigit sub perfecta intẽtione sue cognoscibilitatis, & sic non cognoscitur.

## SOLVTIO.

Quia celebres doctores in gymnasio subtiliũ intendentes hanc cõtrouersiam sedare dixerunt, quòd debilis est ista notitia intuitiua non tamen pro statu isto Et sic dum Scotus dixit, quòd dat notitia intuitiua, vera protulit ipse. Cum vero dixit eum non dari verum est pro statu isto, sed salua eorum reuerentia, ista distinctio non est ad mentem Scoti, quoniam si non datur pro statu isto, nullibi datur talis notitia intuitiua, nempę notitia intuitiua, quã habent beati in patria, non est naturalis, sed super naturalis, ut declarat doctor subtilis, in 4 dist. 49. q. 4 & 5. Nos vero loquimur de notitia intuitiua naturali. Praeterea nonnulli Scotistae, & non viles quidem, tenent dari notitiam istam intuitiuam in via Scoti, pro statu isto, (velut declarat magister Parisiensis primo phy. q. 2 & 1. de anima. q. vni) moti quidẽ ratione Scoti, quę talis est. Quod est perfectionis in potentia inferiori & ignobiliori, nõ debet negari a potentia superiori & nobiliori: sed perfectionis est in potentia sensitiua nõscere singulare sub rõne singularitatis, ergo huiusmodi perfectio non debet negari a potentia intellectiua, q̃ est longe praestantior. Sed arguit pro parte istorum, Nam Franciscus Mayronis in primo dist. 3. q 9. ait, non dari istã notitiam intuitiuam pro statu isto, quia intellectus noster nõ potest cognoscere singulare sub ratione singularitatis. Praeterea Scotus ipse. 14. q quol artic. 1. inquit ad istam supremam perfectionẽ, quae est intelligere entia, per propriam essentiam, & non per speciem, anima intellectiua nullo modo deueni re potest pro statu isto, sed habet ipsam in alio statu. Respondeo tam Franciscus, quàm Scotus loquuntur ibi vniuersaliter, hoc est, intellectus noster non potest intelligere intuitiue, omnia pro statu isto, quoniam esset hic fęlix, non negant tamen ipsum intellectũ coniunctum pro statu isto aliquod singulare sub ratione propriae existentiae dinoscere posse. Idcirco aliter dissoluere debemus nodum huiusce contradictionis. Primo quidem sic, dico, q̃ Ar. non posuit talem notitiam intuitiuam pro statu isto, sed solum abstractiuam, quae est per speciem intelligibilem repraesentantẽ rem uniuersaliter. 2. de anima. t. co. 60. intelligimus cum volumus: & hoc quia anima est locus specierũ non tota, sed intellectus 3. de anima. te. co. 6. & in eodem. 3. de anima te. com. 30 & 39 oportet intelligentem fantasmata speculari. Quamuis Auer. olfecerit hanc notitiam intuitiuã, ponens hominis faelicitatem consistere in copulatione intellectus agentis cum possibili, quae fit pro statu isto, (teste Themistio,) cum homo est perfectus per omnes scientias speculatiuas, vt declarat ipsemet Auerr. in prohemio primi

phi.

phi. Nempe in hoc statu semper datur aliquis fœlix secundum ipsum Auerroem: Tunc ad formam contradictionis dico, quòd vbicunque Scotus asserit intellectum non posse pro statu isto cognoscere singulare sub ratione singularitatis, verum est in uia peripatetica, & peripatetice loquendo, quia philosophus non assignauit, nisi notitiā abstractiuam (ut dictum est) Vel dicendum quòd Scotus loquitur in notitia abstractiua tantum, in qua solum cognoscimus singulare sub ratione naturæ. Sed emergit adhuc dubium. Nam Ar. & Auerro. 3. de anima te. com. 10. dicunt, ꝙ nos cognoscimus singulare signatum per lineam spheralem (hoc est reflexe) ergo necessario noscimus illud sub ratione vniuersalis. Et Scotus. 4. q. lib. vniuer. dicit, quicquid intelligitur sub ratione vniuersalis. Respōdeo. Ipsi enim peripatetice loquuntur & de sola notitia abstractiua, in qua quidem cognoscimus singulare per lineam spheralem, inde uero non loquitur non posse cognosci singulare etiam intuitiue. Quę quidem notitia intuitiua distinguitur specie ab abstractiua, non ab obiecto, ut declarat Scotus. 3. quæst. quol. Sed a ratione formali motiua huic, inde enim rō formalis motiua in notitia abstractiua est species intelligibilis, quæ concurrit partialiter cum intellectu ad producēdam notitiam. Ratio uero formalis motiua in notitia intuitiua est existentia propria rei intellectæ ob id penes diuersa lumina distinguntur specie hæ duæ cognitiones.

### *VINVM DECEM ANNORVM NON EST PERFE- ctius vino vnius anni. Et æternitas non dicit perfectionem.*

Sexta quęst. quolibet Scotus dicit. art. primo, quòd æternitas non dicit perfectionem aliquam, quia est interminabilis uitæ tota simul, & perfecta possessio, teste Boetio. Huius oppositum uidetur adstruere in quarto, distinctio. 49. quæstio. 6. vbi determinat, quòd æternitas attinet ad beatitudinem sic, quòd si uita beatorum non esset æterna, non essent ipsi perfecte beati.

VI. Boetius in 4. lib. cōsolatiōe ꝓ. sa 4. declarans suā diffinitionem dicit, ꝙ si mundus secundū phylosophos, careat principio, & fine, non tamē ex hoc est eternus, quia nō est tota simul

### SOLVTIO.

Aeternitatem facere ad beatitudinē contingit dupliciter, uno modo intensiue, & sic non facit: Alio modo extensiue & sic facit ad beatitudinem, hoc est, æternitas dicit perfectionem accidentalem, non autem essentialem in beatitudine: quoniam in miseria damnatorum est æternitas Matth. cap. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Hanc ueritatem

dere multa, q nō videmus. Sed contra hoc arguit sic demōstratio pp qd facit scire distincte, sed de Deo, & diuinis pductionib. fiunt a nobis demonstrationes pp quid, ergo demonstrātur illa distincte, q est contra oēs, Doctores Scolasticos, & contra Paulū, qui ad Ro. c. 1. dat nobis uiam ex creaturis, ad cognoscendum increata, dicens inuisibilia Dei a creatura mundi per ea, quę facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque uirtus eius, & diuinitas Rńdeo demonstratio pp quid ex naturailb. & naturaliter acquisitis, facit scire distincte, demonstratio uero, quæ est ex principiis reuelatis non facit scire distincte, quoniam generat fidem, ut dictum est, quę est a reuelante Rom. cap. 10. fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

cere verbū pf in diuinis est huiusmodi.

## CHRISTVS EST VNVM PER SE & per accidens.

SExta quæstio quolibet, articulo secundo, ait Doctor subtilis aggregatum ex absoluto & respectiuo non est vnum per se, ut pater. hoc idem dicit in primo distinctione 26. quæstio. vni. quia est aggregatum ex rebus diuersorum prædicamentorum. Huius oppositum adstruit Scotus in tertio distinct. 6. quæst. prima dicens quod Christus non est unum per accidens, sed per se, & tamen Christus dicit uerbū hominem. Teste Damasceno tertio libro, de Orthodoxa fide cap. 12. Verbum enim respectiuum est, quia idem est, quod filius, homo autem absolutum.

VIII. Scotus i primo 26. ten dist. 26. inqt pf aut cū cōstituatur ex absoluto, & respectiuo, q nō faciūt v. num per se de ipso nihil vr sic p se pdicari.

## SOLVTIO.

Hæretici quidem dixere Christum assumpsisse humanitatem, ut habitum, seu uestem, & Christus esset duo sic, & unum per accidens, sicut uestis, & uestitum. Ista positio fuit damnata ab Alexandro secundo, extra de hæreticis capitulo cum Christus. & Scotus declarat. in 3. distinctione sexta quæstione secunda, sine argumentis. Ait enim Athanasius in symbolo non duo tamen, sed unus est Christus, & Bernardus ad Eugenium ait, post unitatem trinitatis illa est summa unitas, qua Verbum caro factum est. Tunc ad formam contradictionis dico, Ens per accidens capitur dupliciter in Gymnasio subtilium, uno modo methaphisice. & est aggregatum ex rebus diuersorum prædicamentorum, ut homo albus, fortes pater, & ijs similia, & sic Christus non est unum per accidens: quoniam diuinitas non est in prædicamento 8. distin. 1. quæst. 3. Alio modo logice, & est illud, q claudit, duo quo-

rum vnum non se hēt vt actus,& alterum ut potentia, vt aliquis homo,homo species, animal genus, & iis cognata: & quoniam natura humana non est actus uerbi,neque potentia,minime verbum, est in potentia ad humanitatem,nec actus ad eam,Ideo dicimus cum Scoto,Christum esse agregatum per accidens logicæ, non autem methaphisice. Et si arguas sic.Christus claudit duo realiter distiucta, unum creatum,& alterum increatum, ergo est duo. Respondeo, negando consequentiam,quoniam claudit illa,& unum est aliud per communicationem idiomatum.Deus.n.est homo,& homo est Deus. homo albus est duo,quia claudit duo realiter distincta & unum nō est alud quoquo modo,ob id dicitur homo alb. duo neutraliter,hoc est, duo entia,Christus uero non est duo neutraliter,quia vnum ens,neq; duo Masculine,quia unum suppositum tantum.Contra arguitur,sic Athanasius dicens. Perfectus Deus perfectus homo ex anima rationali,& humana carne susistens,ergo est duo neutraliter,quia duo entia, & duo masculinæ,quia duo supposita. Respondeo negando consequentiam,nam ex diuinitate,& humanitate,fit unum suppositum incommunicabile,quia unum eorum est aliud per communicationem idiomatum,seu proprietatum,(ut dictum est)uerbum enim est homo, & homo est Deus Si unum eorum non esset aliud,tunc necessario esset Christus duo neutraliter,& masculine. Nunc autem non duo, sed unus dicendus est Christus,quia una tantum Hypostasis,seu persona duas claudens naturas. Et in hoc damnatur Eutices hæreticus qui dixit,quod in Christo est una natura duntaxat,& una persona. Et Arrius,qui dixit quod in Christo sunt duæ naturæ,& duæ personæ,contra quos Boetius libro de duabus naturis, & una persona, Christi,& Damasenus lib.3.de Orthodoxa fide.

Ista se hēnt per ordinē, s. cōpositio unio & constitutio nā compositio semp uult i formationē sed vnio nō uult in formationē,vt patet de unione inter naturā. humani,& verbūm cōstō, ē duplex vltima, & absoluta.

## ÆQUALITAS IN REBVS DICIT perfectionem.

IX. Et si diceret perfectio uniuersi est in eqlitate ergo vr φ simpliciter equalitas non sit præponenda in æqua

Doctor subtilis, sexta quæstione, quolibet arti. tertio dicit, quod, æqualitas in entibus dicit perfectionem, & inequalitas imperfectionem. Qui tamen in primo distinctione decimanona, quæstio prima, dicit oppositum, uidelicet inequalitas dicit perfectionem,& equalitas imperfectionem. Nam si omnia essent equalia, non essent perfecta,neque pulcherrima. At enim, Augustinus, libro 83. quæstio. quæstione, nonagesimaquarta, si omnia essent equalia, omnia non essent omnia.

## S O L V T I O.

Possunt comparari ad inuicem ea, quæ sunt eiusdem speciei, & naturæ, ut personæ diuinæ & singularia in natura humana, & in his, æqualitas dicit perfectionem. Ait enim Augustinus in libello de quātitate animæ, equalitatem inequalitati in re præponis. Possunt etiam comparari ea, quæ sunt alterius speciei, & in illis inequalitas dicit perfectionem, quoniam si essent illa equalia, non essent distincta specie, & mundus non esset pulcher. Ex uarietate enim rerum natura splendescit. Idcirco phylosophus, 12. met. t. com. vlti. ponit ordinem esse de perfectione uniuersi, ordo autem solum stat in speciebus, ordo inquā perfectionalis tertio meth. test. com. 1 i. Teste Platone indiuiduis nō est hoc prius, & illud posterius, in perfectione, scilicet essentiali, licet unum indiuiduum sit perfectius alio, perfectione accidentali, ut unus homo doctior altero pulchrior, ditior, nobilior, magis liberalis, ac satis magnanimus.

liuati. Respondet. Scotus in dist. 19. 1. q. 1. q̄ semp æq̄litas est pfectior in æqlita i his, q̄ sunt eiusdē spēi sed nō in alijs.

## DEVS EST OMNIPOTENS.

### Ex Septima quæstione quolibet contradictiones.



Eptima, quæstio. quolibet, ar. 2. ait Scotus istam propositionem esse necessariam, videlicet, Deus est omnipotēs Huius tamen oppositum asseuerat in 3. q. prologi, vbi dicit, quod illa est contingens, quia prædicatur de Deo prædicatum dicens respectum ad extra, uidelicet potentis ad possibile, seu Dei ad creaturam, qui est respectus rationis, ut patet ex primo dist. 30. quæst. 2.

I. Omnipotens pōt sumi duobus modis, uno modo fundamentaliter alio mō formaliter. fundamētaliter oipotēs, est ipsa uolūtas, formaliter oipotens, est respectus ad extra.

## S O L V T I O.

Omnipotentia capitur dupliciter, uno modo in actu, & sic de formali dicit respectum rationis potētis ad possibile, scilicet Dei de creaturam, & de connontanto dicit uolantatem diuinā, quæ est principiū operandi extra, quia Deus agit ad extra per uelle Psalmos. 113. Deus autem noster, in cœlo, omnia quæcunque uoluit, fecit. Et sic ista propositio, scilicet Deus est omnipotens, est contingens, sicut & quælibet propositio, in qua prædicatur respectus ad extra, vt Deus creat, Deus prædestinat. Deus punit. Altero modo in aptitudine, Sic quod omnipotens est ille, qui est natus omnia posse, & om-

nipotentia aptitudo ad posse facere omnia, & hoc quidem pacto fit propositio necessaria.

## DE RAPTV PAVLI.

II. Nota tamen quòd thomistæ, & plures alij coiter tenent, ꝙ Paulus in raptu non fuerit Beatus, dicunt enim quòd non habuit notitiam intuitiuã, sed abstractiuã. Scotus autem vult ꝙ habuit intuitiuam quæ facit hominem extra statum viæ & reddit eũ beatum an asit notitia intuitiua essentiæ diuinæ possit cãre nĩ itellectu viatoris citra Beatitudinẽ ab aliquo supplente uicẽ eius unde Fran. in prolog q. 17. & circiter.

Scotus 7. q. quol. ar. 2. tenet Paulum in raptu, quem ipsemet paulus declarat 2. cor. c. 12. vidisse Deum visione intuitiua, quomodo beati vident eum in patria. Et fuisse beatum beatitudine horaria, hoc idẽ asserit in secundo dist. 3. q. 9. & in 4. dist. 49. q. 12. Huius oppositum reperimus in scripturis sacris. Exo. cap. 33. dicitur non videbit me homo, & viuet. Ioannis cap. 1. Deum nemo vidit vnquam, & ipse idem Paulus primo Timoth. cap. 6. ait, qui solus habet immortalitatem lucem habitans in accessibilem, quem nullus vnquàm hominum vidit, sed nec videre potest.

## SOLVTIO.

Paulum in raptu vidisse Deum visione intuitiua, & fuisse beatum beatitudine horaria, nemo est, qui ambigat in gymnasio subtilium. Ait enim Augustinus lib. 83. 9. quæst. 4. ipsum vidisse Deum sicut beati modo ipsum intuentur. Tunc ad formam contradictionis dicendũ, hominem posse videre Deum visione beatifica contingit dupliciter, vno modo de lege communi & sic nullus in vita mortali degens Deũ ipsum beatifice cernere valet. Iusta legem naturæ philosophus naturaliter loquens. 1. Ethi. cap. 14. expressit dicens. Nemo fœlix si inciderit in calamitates Priami. altero modo de lege speciali seu ex priuilegio speciali, & sic Paulus vidit ipsum Deũ. Sicut de lege cõmuni naturæ. Nulla virgo parere potest filium, Maria tamen virgo peperit, Lucæ capitulo secundo. Sed dubitatur, quoniam Adam in statu innocentiæ vidit Deum. Gen. capitulo decimotertio Moyses uidit Deum. Exod. cap. 33. ait textus, loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui amicus cum amico suo. Stephanus prothomartyr uidit Deum. Acto. capitulo septimo ait enim video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Respondeo, quod nullus istorum vidit Deum oculis corporeis in propria essentia, sed Adam vidit in forma corporea & visibili Angelum repræsentantem Deum. Moyses vidit ipsum per speciem quandam repræsentantem ipsum Deum clare, & distincte, vt declarat Augustinus libro de videndo Deum ad Paulinam. Stephanus etiam vidit Deum visione illa, qua Moyses per speciem, quæ appellatur imaginaria,

quia per imaginem, seu speciem, & appellatur intellectualis, quia talis cognitio est in intellectu, non in sensu, neque in imaginatione. Sed dices adhuc, lib. numeri capitulo decimosecundo, de Mose dicitur, ore, n. ad os loquor ei, palam, & non per enigmata, & figuras Deum videt. Respondet Augu. ibidem quod textus ille ostendit Mosen uidisse non nunquam Deum in raptu uisione beatifica uelut Paulus uidit sed quando hoc effectum fuerit, & ubi, scriptura sacra non pandit.

## DE SPECIE INFVSA IN raptu Pauli.

DOctor subtilis, septima, quæstio. quolibet, ar. secundo, dicit quod in raptu Pauli fuit producta a Deo quædam species intelligibilis repræsentans ipsum Deum distincte naturaliter, quæ quidem fuit infusa intellectui Pauli. sic quod ipse in hoc statu viæ, in quo & nos degimus, cessante raptu clare, & distincte, Deum intuebatur intuitione abstractiua, proprerea non erat beatus, quia non videbat ipsum Deum intuitiue, sicut beati uident eum in patria, sicut in raptu Paulus ipse Deum dinouit, nempe in uisione intuitiua consistit beatitudo initiatiue, in quarto distinctione, quadragesimanona, quæstione quarta, hoc idem asserit Scotus in secundo distinctio. tertia, quæstione nona, Huius oppositum substinet, in primo distinctio. 3. quæstio. prima, & decimaquarta quæstio. quolibet ubi determinat hominem non posse cognoscere Deum distincte naturaliter pro statu isto, sed tantum cõfuse, vt sancitũ est ex sacris scripturis in 7. contradictione q. pcedentis.

Iñ Paulo ĩ hac uita cõ municata fuit spẽs intelligibilis, distincte representans essentiã diuinã, pbat qa reuocabatur, post raptũ, vt in se dicit, scio hoĩem, in corpore, siue extra corpus, &c. & pbat cõsequentia, qa ad memoriam reqrit spẽs sm Scotũ in 4 dis. 45. q. 3.

## SOLVTIO.

Quempiam posse cognoscere Deum distincte naturaliter pro statu isto contingit dupliciter, vno modo actiue, sic quòd ipse ex puris naturalibus acquirat talem cognitionem, & sic nemo quidem poterit, oportet enim intelligentem phantasmata speculari tertio de anima test. comento 30. & 39. Altero modo per speciem immissam, seu infusam, quod est passiue cognoscere, quia illud donum est supernaturale, naturaliter tamen repræsentans, & sic Paulus nouit Deum distincte naturalrter pro statu isto, sic etiam Stephanus vidit Deum per speciem, sic Moses, vt iam, iam dictum est. Exemplum cœcus ille Ceridonius a Chtisto in Hierusalem illuminatus Ioannes capitulo nono fuit illuminatus supernatnraliter, quia eius illuminatio fuit supernaturalis, vidit tamen postea naturaliter, quia visio eius fuit

naturalis, nam a principio naturali oriebatur, sic Paulus accepit speciem supernaturaliter, quia infusa ei a Deo, videbat postea Deum naturaliter, quia per speciem illam naturaliter repræsentātem ipsum Deum, & distincte, quoniam distincte repræsentabat.

### *VIATOR POTEST HABERE conceptum distinctissimum de Deo.*

IIII. Pono casū quòd Deus in intellectu uiatoris producat speciē intelligibilem, essentiæ diuinæ, sicut fecit Angelis, tunc viator remaneret viator, & p speciē illā, cognosceret essentiā diuinā distinctè, & non intelligas q̄ possit habere lumine naturali.

SCotus septima quæstione quolibet articulo secūdo tenet, quòd viator potest habere vnum conceptum distinctissimum de Deo continentem virtualiter omnes veritates necessarias, quæ possunt fieri de Deo. Huius oppositū adstruere ostendit in prologo primi quæstione tertia vbi determinat, quòd nos viatores pro statu isto, non habemus subiectum theo. virtualiter continens omnes veritates dicibiles de ipso Deo, sed habemus subiectum tantum de quo primo noto ostēduntur passiones, & illud est ens infinitum.

### SOLVTIO.

Perspicua profecto est sedatio controuersiæ huius, nam in prologo primi loquitur Scotus de facto. Equidem nullum habemus conceptum distinctum de Deo pro statu isto, quia solum cognoscimus eum confuse tertia distinctione primi quæstione prima arguendo ex creaturis teste Apostolo ad Romanos secundo. Hic vero loquitur de possibili. Possibile enim esset, quòd Deus de nouo produceret quandam sui speciem, vel similitudinem, quæ repræsentaret ipsum Deum distincte, & clare, & infunderet eam intellectui cuidam viatoris. Sicut infusit intellectui Pauli in raptu, etiā Moysis & Stephani, pro vt superius conclusum est.

### *LVMEN GLORIAE NEGATVR.*

V. Quadruplex est, lumen intellectus. Primum est lumē actuale. Secū lū est potentiale. Tertium est

SEptima quæstione quolibet articulo secundo Doctor subtilis negat lumen gloriæ esse necessarium, vt anima eleuetur in patria ad videndum Deum clare visione beatifica. Illud idem negat decimaquarta quæstione quolibet & in prolog. primi quæstione prima in primo distin. tertia quæstione tertia in tertio dist. 14. quæstione prima, & 24 quæstione vnica Nec non in quarto distinctione nona quæstione decimaprima Huius oppositum substinet ecclesia extra de hæreticis capitulo. Ad nostrum, vbi dicit errorem esse negare lumen gloriæ.

SO-

## SOLVTIO.

Aliud est negare factum, aliud vero necessitatem facti. Ecclesia, enim præcipit quemcunque fidelem asseuerare animam eleuari de facto lumine gloriæ, ad videndum Deum visione beatifica in patria, vt tenent diuus Thomas, & ante ipsum Doctor solennis Henricus Gandauensis, non autem præcipit vt unusquisque asserat tale lumen esse necessarium sic, vt Deus non posset ostendere semetipsum alicui animæ in patria, nisi eleuet ipsam prius lumine gloriæ. Quoniã essentia diuina in tantum videtur, in quantum videri vult, teste Ambrosio super Lucam capitulo secundo Scotus itaque non negat lumẽ gloriæ de facto, sed negat necessitatem talis luminis. Henricus enim & Sanctus Thomas sustinuere esse necessariam simpliciter, sic quòd Deus non potest beatificare animam sine charitate, similiter non potest ostendere semetipsum cuipiam beato in patria, nisi eleuet animã eius lumine gloriæ. Scotus autẽ tenet Deum posse, nec hæresis nota est multandus. Hanc quoque viam tenuit Aureolus quolibet tertio quam substinet Ioannes Bachonitanus in prologo primi quæstione prima nec non Franciscus Mayronis in tertio distinctione decimasecunda quæstione secunda.

abiectiuale Quartũ est habituale, ꝙ nõ est ni si quidã habitus spiritualis cuius actus ab ipso Deo, qui necessario requirit ad videndum Deũ, illud lumen vocatur a Doctoribus lumen gloriæ ꝙ quidem Scotus non negat de facto sed de possibili.

## *VNA PASSIO ENTIS DEMONSTRATVR de eo per aliam.*

SCotus 7.q.quol.ar.2 tenet, ꝙ huiusmodi propositiones duæ, videlicet ens & bonũ, ens & verum sunt mediatæ, & possunt demonstrari demostratione pp quid, per istam propositionem, Ens est vnum Hoc pacto, omne vnum est bonum, ens est vnum, ergo ens est bonum. Similiter oẽ vnum est verũ, ens est vnũ, ergo ens est verum. Oppositũ huius dicit Scotus in primo distinctione decimanona quæstione prima vbi de mente propria determinat, quòd quælibet propositio, in qua passio entis prędicatur de ea, est immediata, & indemonstrabilis, vt ens est vnum, ens est verum, ens est bonum.

VI. Ponentes ordinem inter passiones, vt facit Antonius Andreas hẽnt dicere, ꝙ nõ est ordo causalitatis sed est ordo effectum sequo ordine effectuum mentionem facit Scot. in 1. dist. 27 & in 2. dist.

## SOLVTIO.

Antonius Andreas prima quæstione primi meth. tenet, ꝗs propositiones esse mediatas & demonstrabiles (vt dictũ est.) Vnde ad formam contradictionis dicit. Duplex est medium. Quoddã dicens quid

& propter quid, ut diffinitio subiectum. Aliud est medium dicens propter quid tantum quod est causa in inferendo, etiam in essendo, si loquamur de medio primo modo, hæc propositio est immediata, ens est uerum, si secundo modo est mediata, quia uerum demonstratur, de ente per unum, ut dictum est. Sed arguitur contra. Nam Scotus in primo distinctio. 39. quæstione prima, dicit, quod difficile est videre ordinem, in passionibus entis, ergo non magis demonstratur uerũ per unum, quàm vnum per uerum. Nam difficile est uidere, quæ nam posterior. Respondeo. Doctor subtilis dicit esse difficile, sed non impossibile, ob id Arist. expressit unumq́, esse primam entis passionem, quarto, Met. te. com. tertio. Ens & unum eandem dicunt naturam, & idem est homo, & unus homo: Et Auer. com. tertio dicit. Ens unum conuertuntur, quia significant naturam eandem subiecto, & plures diffinitione.

1. q. 1. & distin. 9. 13. & 25. & in 4. dist. 1. q. 5. & 7. quolib. & sic patet ad præsens dubiũ satis difficile apud Scotistat.

## QVI TOLLIT A REBVS PROprias operationes, tollit proprias essentias.

HViusmodi propositio aducitur ab Auer. 9 Met. com. septimo, Quam affirmat Scotus esse uer ã. 7. q. quol. ar. secundo soluendo argumentum philosophorum, Nihilominus ipse idem Scotus in 4. distinctio. 48. q. 2. uidetur negare istam propositionem. Nam ibi tenet, ad finem mundi motum cœli debere cessare, cum quo simul cessabit omnis generatio, & alteratio, & quilibet motus, ad quem facit motus cœli, non tamen motus localis diffinitiuus saltem, nam tunc sol sui laboris mercedem accipiet, teste Isiodoro lib. 4. de ordine causatũ non curret amplius sol motu diario ab oriente in occidens, neque motu nocturno, ab occidente in oriens, ergo cessabit propria cœli operatio, & non cessabit cœlum quanrum ad essentiam.

VII. Deum priuare cās secũdas suis actionib. cõtingit tripliciter, s. actuali actione præcise. Actione aptitudinali. Actione virtuali. Sicut dicimus ꝙ causa, secunda tripliciter, hẽt actionẽ Actualiter, Aptitudinaliter, & uirtualiter, primũ dictum si cõmemorat itelligat propositio.

## SOLVTIO.

Prima conciliatio est, quoniam propositio est uera de operatione actuali, & aptitudinali simul. Qui tollit ab igne ignire, & aptitudinẽ ad igniendum, destruit ignem. De operatione uere actuali tantũ, falsa est, dicit Scotus, qm̃ anima separata non intelligit actualiter secundũ Philosophum, quia intelligere aut est phantasia, aut non siue phantasia primo de anima te. co. 12. & 13. Et tamen ipsa anima remanet secundum tenentes immortalitatem in uia eius, ut tenuere S. Thom

&

& Suessanus, qm̄ remanet operatio aptitudinalis, uidelicet est apta nata intelligere, licet actualiter non intelligat. Tunc ad formam contradictionis dico, Cum Scotus concedit illam propositionem Auer. uerum est de utraque operatione. Cum autē negat, uera est negatio eius quantum ad actualem operationem, quoniam cœlum; licet non debeat actualiter moueri post iudicium, erit tamen aptum natum moueri, & ideo remanebit quantum ad esse. Secunda conciliatio est, nā ubi Scotus concedit illam propositionem ueram esse, concedit ad m.ē tem phylosophorum, ubi uero negat, uere negat ad mentem Theol.

## *MOTOR COELI APPROPRIATVS peripatheticè.*

Scotus 7.q.quol.ar.2.tenet in quocunque cœlo esse dupplicem motorem, vnum appropriatum, & est intelligentia secunda mouens, primum orbem, tertia secundum, quarta, tertium, & ijs similia. Et motorem communem, & uniuersalem, qui est prima intelligentia, qui mouet primum orbem & omnes orbes. Idem tenet Scotus in primo distin.2.q.1.ad calcem. Huius oppositum videtur asserere Ari.12.metham.test.comen.33.& 37.ubi dicit, quod prima intelligentia mouet primum orbem immediate motu diurno, & omnes orbet mediate, motu nocturno, ab occidēte in oriens, & quilibet orbis habet propriam intelligentiam, quę intelligētia appellatur motor planetarum discurrentium super polis Zodiaci.

## SOLVTIO.

Auerro. libro de substantia Orbis capitulo secundo, in destruc. disputatio.3.dubio.18.dicit, quod cœlum est animal magnum, quod habet plures motores, primum motorem quidem, qui mouet primum cœlum motu diurio, & omnes alios orbes motu nocturno, & motorem propriatum cuilibet orbi. Tunc ad formam contradictionis dicendum arbitror, quod ubicunque Ari. & Auerrois dicunt primū motorem mouere primu orbem loquuntur de cœlo inquantum est animbl magnum. Nunquam inueniemus profecto Ari. asserere primam intelligentiam mouere primum orbem immediate, quoniam rei ueritate mouet ipsum mediante secunda intelligentia. Ob id nonnulli celebres in Gymnasio peripathetico hanc insectantur uiam. Sanctus Thomas, dicit, Auerro. sic substinuisse, Gandaniensem. octauo. phi.q.21. sic tenet Burleus, 8. physico. te. com. 79. Ioannes Batthonitanus in

nē. suam de de priuatione dictionis actualis cō. mittit fallaciā cōsequē tis arguēdo ad destructione posterioris, ad destructionē, prioris non habēt actionē ergo nō habet essentiā cōsequētia Auerrois dēt sic intelligi, & deduci, non hēnt actiones ꝓprias nec actualiter, aptitudinaliter, & uirtualiter, ergo nō hēbunt essentias ꝓprias VII. Philosophi uunq̄ cō cesserūt, ꝙ prima intelligētia posit mouere immediate pmū cęlum, cuius ratio est, quia prima intelligētia q̄ est Deus ē ens necessariū & pfectissimum, imo si moueret immediatę Primū cœ-

lū moueret in instanti patet, quia necessario mouet,& ē uirtus pfe. cta, & infi. nita ergo vī φ in instan ti moueret, opin. tharo logorū est, φ prima intelligentia pōt moue re primum cęlū,succes siue in tpe, & cū dī φ ipsa est infinita, verū est,ergo debet moue re in instan ti, negatur consequen tia,& rō ē, q a nō mo uet necessa rio,sed libe re.

in 2.sententiarū Quamuis Zimara in theorematib.propositione.60. & Suessanus.12.met.te com.41.opinetur oppositum in via Auer. Verum,vt constet depositio Auerro.quattuor loca ex doctrina eius adferam.12.meth.com.36.ait primus motor mouet cœlum,vt appetibile & desiderabile,ergo in cęlo est aliquid appetēs & desiderans,illud non potest esse cęlum seclusa intelligentia,quia est purum corpus,ergo intelligentia aliqua, non prima quia non appetit semetipsam, ergo secunda.Eodem com.36.inquit Auer.motor cœli appetit aliquid bonum maius se.Sed prima intelligentia nō potest appetere bonum maius se,quia tale bonum non datur. Deus.n.est quo maius ex cogitari non potest,Teste Anselmo.Monolo.2.ergo secunda intelligentia est,quæ appetit primam, & tali appetitu mouet cœlum,igitur datur motor appropriatus.12.met.com.41. dicit Auer.motus cęli componitur ex duplici motore,quorum unus est finitę actionis,& est anima existens in eo: Alter vero infinitæ motionis,& est forma,quæ non est in materia,& eodem com 41.vult Auer.quòd motus cœli habet duplicem motorem à primo motore, qui est prima intelligentia, habet perpetuitatem,siue infinitatem in duratione, à secūdo motore habet successionem hoc est,quòd sit successiuus.2.cœli com.71.Si cœlo adderetur stella vna,mouens moueret cum fatigatione,sed prima intelligentia est fatigabilis, ergo necessario Auer.intelligit de secunda intelligentia, quæ est fatigabilis cum dependeat à prima, & in essendo, & in mouendo.Et si quandoq; comperiamus Aris.& Auer.adstruentes,quòd prima intelligentia immediate mouet primum orbem,glosandum est immediate & quia in mouendo à nullo dependet,sed omnes quidem intelligentiæ mouentes,pendunt ab ea.

## PRIMUS MOTOR MOUET COELUM in ratione finis.

IX. Vnde falsum est, φ dicit Gregorius de Arimino φ primus motor res pectu aliorū orbiū, qui sunt i orbe stella o cōcurrat ut si

Septima q.quol.art.2.sustinet Scotus in via philosophica, primum motorem, qui Deus est,mouere cœlum in ratione finis duntaxat; & non effectiue.Huius oppositum videtur asserere in primo distin.2. q.1.vbi appellat Deum primum efficientem omnium rerum & productorem cuiuscunque motus,& vltima q quol.ponit,prouidentiam generalem , & specialem , sic φ Deus effectiue concurrit ad omnem operationem,saltem mediate.

## SOLVTIO.

Pespicua quidem est horum dictorum cōciliatio. Dum Scotus dicit

cit primum motorem mouere in ratione finis, non efficientis, loquitur in via philosophi, cum vero asserit ipsum deum esse causam primam, & efficientem cuiuscunque motus, & operationis theologicæ loquitur Sed emergit dubium, Auer. 12. met. comen. 36. dicit, intellectus est agens motum & finis motus, secundum. n. quod est in anima est agens motum, ut est in re extra, est finis motus Balneum in anima mouet, ut efficiens, in re mouet, vt finis. Et com 37 dicit, substantia abstracta, quæ est principium motus, agit motum, & est finis motus. Respondeo. Scotus n. tenet istam conclusionem in uia Arist. non autem in via Auer. Scoto adstipulatur Gandauensis. 12. met. quæst. 11. Aristo. n. 12. met. te. com. 36. dicit, quòd primus motor, ut appetibile, & desiderabile, quod est appetibile est finis, ergo mouet in ratione finis. Similiter. 12. met. te. comen 52. vsque ad 55 qui est ultimus textus, Arist. docet, qualiter omnia entia ordinantur ad primum motorem, & primus motor mouet, ut entia ordinantur ad ipsum hoc modo habet rationem finis, ergo mouet, ut finis. Verum insurgit Zimara in Theorematibus propositione. 60 & in q. de triplici causalitate intelligentiæ, qui intendens expugnare Gandauensis positionē, Arguit sic Auer. dicit primo phi com. ult. & 8. phi. comen. 3. nec non. 12. met. com. 5. contra Auicennam. Primum principium, quod est Deus, non potest demostrari esse in doctrina peripathetica, nisi via motus, si autem non mouet vt efficiens, sed vt finis, ergo uia motus non est sufficiens. Et argumentum stat in hoc. Ar. 7 phi. te. com. primo 2. & 3. arguit in mouentibus & motis deueniēdum est ad unum primum mouēs, quod quidem ita mouet, vt nullo modo moueatur. Hoc primum mouens non motum, aut est prima intelligentia, aut non, si non, ergo processus in infinitum in mouentibus & motis, si sic, habemus intentum, quòd prima intelligentia sit, Si prima intelligentia nō mouet effectiue, sicut aliæ intelligentiæ argumentum est nullum. Respondeo, ꝙ Arist. per hoc argumentum deuenit ad cognitionem esse secundæ intelligentiæ, quæ quidem mouet effectiue, & a nullo mouetur effectiue, deinde arguitiue dinouit primam intelligentiam esse, quæ mouet cœlum, & alias intelligentias in ratione finis, quę ut appetibilis, & desiderabilis. Sed arguit ipse contra, iurans per animā suam argumentum hoc demostrare, & esse penitus insolubile, hoc pacto Ratio finis non est de cōsideratione Philo. naturalis, sed Methaphisici, quoniam naturalis duo genera causarum tantū considerat, videlicet materiam & efficientem, Methaphisicus alia duo videlicet formam & finem 12. meth com 6. ex sententia Alexandri, Igitur ratio illa, quæ fuit Arist. vel non est naturalis, vel naturalis non habet uiam ad probandum primum

nis; imò et cōcurrit. ut efficiens. ꝑ quanto oēs mouet motu diuino, vide Gregorium in 2. sent. dist. 1. q. 1. art. 2. nā licet q̄libet intelligētia respectu sui motus proprii, sit mouēs vt finis proximus, & ut agēs, oēs tā mouent pp primū finem principaliter, quē primo appetunt, & à quo pficiūtur qui est cā quare cęterę sempiterno tēpore mouent. Respondēt Auerroistæ ꝙ cœlū, & entia necessaria habēt cām conseruatiuam & nō effectiuā, quia cā efficiēs est principiū vnde motus. Sed ꝯ describēdo efficiens per motū Arist. sufficienter indicauit, ...

ficiens ſine motu.

mum motorem eſſe,quod eſt contra ipſum Ari.Reſpondeo,finis non eſt de conſideratione philoſophi naturalis,quādo diſtinguitur ſubiecto & diffinitione ab efficiente,quando vero ſunt idem ſubiecto & diſtinguntur ſola diffinitione,naturalis conſiderat utrunque. Sic eſt in Deo,teſte Auer. 12.met.com.36.qui eſt finis & efficiens. Sed arguit quidam per doctus Baccallareus patauinus, Intendēs pžobare in uia peripatetica,primam intelligentiam producere motum, & cōſequenter eam mouere effectiue.Omne eternum producitur a prima intelligentia productione ęterna teſte Auer.lib.de ſubſtantia orbis cap.2. & primo cœ.com.105.cui concors eſt Scotus in primo diſt.8.q.ult.& in 2.diſt.prima,q 2.& 3.& 7.q.quilibet motus cęli eſt æternus.8.phi. com.8.& 10.ergo motus cœli producitur a prima intelligentia. Reſpondeo, æternum dupliciter, formaliter æternum, cuiuſmodi ſunt intelligentię & cœlum, & hæc a prima producuntur intelligentia. Ait enim Auerro. lib. de ſubſtantia orbis.capitulo ſecundo, dixerunt quidam,Ariſtotelem non dicere cauſam agentem cęlum, ſed mouentem tantum,& hoc fuit ualde abſurdum eis. Cęlum enim non ſolum indiget uirtute mouente tantū.ſed etiam largiente in ſe,& in ſui ſubſtantia per eminentiam æternam.Aliud eſt ęternum,quod de ſe & formaliter eſt poſsibile non eſſe,& perpetuum eſt ab alio, ut motus cœli,qui eſt de ſe poſsibilis,& ab alio perpetuus,teſte Auerro.12.meth. comen.41.& Scoto in primo,diſtin.8.q.vlti.& 7.q.quol. & tale æternum eſt a prima intelligentia in ratione finis, ab alia uero intelligentia effectiue, quoniam prima intelligentia mouet in ratione amati ſecunda uero,ut aliæ in ratione amantis.

## DEVS MOVET COELVM, ET AGIT NECESSArio, *& naturaliter immediate.*

X.Scotus in 8.diſ.primi ĩquit ꝙ prima ca neceſſario, & naliter cauſat primū cauſarum, ſed ꝫ, q'uia cauſat ipsū per intellectū,& volūtatem, qm̄ 12.met.con

SCotus 7.q.quol.ſoluendo primum argumentum principale dicit, quòd quicquid Deus producit ad extra immediate,nō concurrentib.cauſis ſecundis,ꝑducit neceſſario,& naturaliter,& producta ſunt neceſſaria.Similiter mouet cœlum neceſſario,& naturaliter,& neturaliter agit ad extra & neceſſario,etiá concurrente cauſa,ſecunda,ſed productum non eſt neceſſarium de mente philoſophi.Hoc idē ponit doctor ſubtilis in primo,diſt.8.q.ulti.& in 2.diſt.1.q.1.& 3.nec non in 4.diſt 48.q.2.Cuius oppoſitum uidentur aſſerere philoſophi. Sed Auer.li.deſtruc.diſp.q.ad calcem dicit. Deus mouet & agit ꝑ appropriationem.i.per intellectum & voluntatem,ergo non naturaliter & neceſſario,ſed mere libere & contingenter.

## SOLVTIO.

Nullam Scotus philosophis falsitatẽ impingit, nam Gandauensis. 12. met. q. 15. hoc idẽ dicit. Achillinus lib. de intelligentijs, quol. 1. dubio primo dicit, Deũ agere ad extra naturaliter & necessario, ſm philosophos Zimara theomate. 60. & in quęstione de triplici causalitate intelligentię hanc eãdem conclusionem substinet, licet sit contra Theologos. 16. q. quol. pater. n. & filius spirant spiritum sanctum necessario & libere, non naturaliter, Qm̃ Theologice loquendo, qđ agit naturaliter, sub alternatur alteri in agendo. Deus autem nulli subalternari potest in agendo, ergo nõ agit, nisi mere libere ad extra, & per velle, Psal. 119. omnia quęcunq; voluit fecit. Tunc ad dictum Auerr. dico, ꝙ Deus agit per intellectum & voluntatem, uerum est, & cum dicitur, ergo agit libere, negatur consequentia, qm̃ agit per intellectũ & volũtatem intransmutabiles. Quod autem agit per intellectum & voluntatẽ mutabiles, ut homo, agit libere & cõtingenter. Sed arguitur contra. Nam Auer. in destruc. dispu. 3. in solu. dubij secundi dicit. Et prima intelligentia necessario & libere agit, ergo non naturaliter. Rñdeo, sic intelligitur dictum Auer. Deus agit necessario, quia nõ potest impediri, agit etiam libere, quia non potest cogi. Contra. 2. phi. t. co. 26. Sol & homo generant hominem. tunc sic, Sole & homine causantibus, Deus necessario causat (phisice loquendo) sic ꝙ non põt non causare, ergo cogitur. Respondeo negando cõsequentiam, quoniam pater diuinus non potest nõ generare verbum, & tamen non cogitur. Differt. n. necessitas ineuitabilitatis, a necessitate coactionis. 5. met. 1. co. 6. quoniam necessarium est, quod non potest aliter se habere. Coactum uero est, quod determinatur ab alio superiori ad agendum.

tex. 36 mouet sicut appetibile, & intelligibile ergo si causat p uoluntatẽ ergo non naturaliter. Respondet ꝙ naturaliter capitur large, sit idem est, ꝙ necessario causare, & pondere ly primũ causatum qm in quoli. q. vlt. hr, qũo sine sui mutatione põt Deus cõtingenter causare aliquid in istis inferiorib. de nouo, & ideo pondera ly primum.

## DE MVLA SYRIAE.

OMnis mula est sterilis, dicit Scotus. 7. q. quol. quod venatus est ex artic. 2. lib priorum. te. comen. 20. adstruere aliquid posse sciri in vniuersali & ignorari in particulari, ut possumus scire, quòd omnis mula est sterilis, & ignorare istam. Aliqua mula est sterilis, quando videmus eam, ventricosam. Idem ponit Ar. lib. secundo, de generatione animalium capit. 6. dicens, muli sunt steriles a toto genere. Huius oppositum ponit philosophus. 2. lib. de generatione animalium capitu. sexto, asserens mulam quandam concepisse, & 6. libr. de natura animalium, capitulo 24. ait mulę Syriæ super phœnicem prouinciam coeunt, & pariunt.

XI. Quãdo ẽ aliqua ꝓpositio vniuersalis demonstrabilis, non sequitur eius singulare esse demonstrabile, nisi sumas vnam minor euidẽs, exẽplũ nõ

SO-

sequit ꝙ si sciā, ꝙ ois mulca ē sterilis. ꝙ ego sciā hoc eē sterile, demonstrādo mulā, nisi sumā ynam minorē, ꝗ sit mihi euidens puta hæc est mula.

## SOLVTIO.

Vbi philosophus dicit, mulas coire, & parere, loquitur de mulabus Syriæ, quæ non sunt eiusdem speciei cum mulabus nostrī climatis, Nam mulæ Italicæ, & Hispaniæ ex quadam particulari equa, & quodam particulari asino generātur generatione vniuoca, secūdum genus, & equiuoca. secundum speciem testimonio Auer. septimo metha. comen. 20. Dum vero hoc negat, loquitur de mulabus nostratibus, in quorum matrice ex nimia caliditate corrumpitur semen equinum, aut asininum.

## NECESSARIA ET SEMPITERNA *babent causam sui esse.*

XII. Intelligentię inferiores æternæ, sunt ab ęterno creatæ ex ente effectiue, ex nō ente priuatiue, ꝗa non esse ꝓcessit esse, vt terminꝰ à quo si intelligentiæ inferiores ab æterno fuerunt extractæ, ergo non esse earū ꝓcessit esse, ergo non æternę Respondet ꝙ negat cōsequētia ꝗa illa processio fuit non secundū tēpus sed secūdū ordinē naturæ, ut de filio Dei,

Scotus septima quæstio. quolibet tenet de mente Aristot. & Auerro. necessaria & sempiterna (qualia sunt intelligentiæ, & cœlum) habere causam sui esse: sic quod omnes intelligentiæ, & cœlum sunt producta à prima intelligentia productione antiqua de nihilo, sic quòd non esse præcedit esse ordine naturæ priuatiue. Hoc idem ponit in primo, distinctio. 8. quæstio. vltima, & in secundo, distinctio. prima, quęstio. secunda, & tertia. Huius oppositum ponunt Aristo. Auerro. primo phy. test. comen. 33. dicentes, omnes, qui de natura loquuti sunt, in hoc conuenerunt, quòd ex nihilo nihil fit.

## SOLVTIO.

Quoniam omne sempiternum est necesse esse, & econuerso, primo cœli test. comen. 138. & nono, metha. test. comen. decimoseptimo. Et in æternis non est processio temporis, sed naturæ tantum, primo cœli comen. 105. Idcirco dicit Scotus, quod cum producitur æternum aliquod, puta cœlum in eius productione, quæ est antiqua, non esse præcedit esse ordine naturæ priuatiuæ, hoc est, in tali productione non esse præcessisset esse, nisi prima causa præuenisset non esse dando esse, quia cœlum non habet ex se esse, Tunc ad formam contradictionis dico ubi Aristotel. & Auerro. dicunt quòd ex nihilo nihil fit, uerum est factione noua, quæ est cum tempore, motu, & mutatione, factione uero antiqua, sempiterna producta sunt à prima intelligentia per simplicem emanationem, ut uerbis utar Algazelis, ex nihilo, sic etiam quælibet intelligentia producta est à prima, & est sempiterna, & necesse esse. duodecimo methaphi. comen. 43. & 49.

& 49. Scoto ad stipulati sunt, Zimara theoremate 46. Suessanus quinto met. q. 4. Sed dubitatur sic, omne, quod producitur, prius est possibile produci, ergo omne productum prius est sub non esse, quam sub esse. Respondeo omne, quod producitur productione noua, prius est possibile produci. Si autem producitur productione antiqua, falsa est illa propositio, quia tunc non esse præcedit esse ordine naturæ priuatiue tantum. Contra ergo quælibet intelligentia est formaliter infinita, sicut verbum filius Dei, qui producitur a patre infinite productione antiqua, est formaliter infinitus, consequẽs est contra philosophũ, in cuius doctrina dubitatur, an prima intelligentia sit vigoris infiniti. Respondeo, in hoc differunt, verbum productum productione antiqua a patre æterno, & secunda intelligentia producta a prima, quoniam verbum est eiusdem naturæ cum patre. Secunda vero intelligentia alterius naturæ & speciei a prima. Alteritas autem naturæ facit in intelligentijs, ꝙ prima sit formaliter infinita, secunda vero non. Vnitas vero naturæ facit, quòd verbum est infinitum, sicut pater diuinus, quoniam pater & filius & Spiritus paracletus vnus Deus singularissimus & immensus. Sed dubitatur adhuc hoc modo. Si sempiternum productum esset productione antiqua, sic quòd non esse precedit esse ordine naturæ priuatiue, ergo si prima causa non præuenisset non esse dando esse, illud esset sub non esse, ergo quantum est de se, est possibile non esse, & ab alio effectiue sit necessarium, & sic non est necessarium formaliter. Hoc est positum a Platone, & expugnatum ab Ari. primo cœli. test. comento 138. Plato nanque dixit, ꝙ aliquid de se possibile sit perpetuum ab alio, & tunc natura contingens mutaretur in naturam necessariam. Quod non concedunt peripatetici, nisi de motu, qui est successiuus, teste Auer. 12. met. co. 41. Respondet Scotus negando istam consequentiam, videlicet in productione cœli non esse præcedit esse ordine naturæ priuatiue, ergo cœlum, quantum est de se, est possibile non esse. Sed sequitur hoc tantum, ergo cœlum non habet ex se esse, quia pendet ab alio effectiue (vt dictum est) de se formaliter, necessarium, & sempiternum. Verum enimuero insurgũt multi sapientes, Henricus quol. 6. Diuus Thomas prima parte q. 62. ar. 2. Gandauensis 8. phi. q. 22. Ioannes Bacconitanus, & Gregorius Ariminensis, in 2. dist. 2. & Achillinus tertio libro de orbibus, ex quibus multa Auer. dicta elicimus, quibus ipse videtur negare sempiterna habere causam effectiuam, sed finalem tantum. Auer. nanque 12. met. co. 18. contra loquentes suæ legis & contra Ioannem Christianum, impugnat creationem, quoniam ex nihilo nihil fit. Similiter 12. met. co. 44. contra Aui. ait, In intelligentijs non est prouentus, neque actio, nec conse-

exempli cã tenemus, ꝙ est æternus, tñ ponim' ordinẽ suæ generationis, non secundũ tempus, sed secundũ ordinem origi. nis, quia primo consideramus ipsũ ingenitum postea vero genitum. nota quod Auicenna. 9. met. cap. 4. ponit aliqua ex quibus videtur sequi, quod hæc sit positio Auicennæ, tamen expresse illã cõclusionẽ non posuit Auicenna, sed tantum ex eius dictis dicatur nam Auicẽna. 9. met. c. 7. repræhendit felicitatẽ positam à Maumẽto & ob id. Scotus ĩ 4. dist. 1. q. 1. & ĩ primo sent. dist. 1. vbi adducit hãc opinionem dicit, vñ opinio

Auicennæ, & non dicitur quòd sit absolute opinio Auicennæ.

consequutio, sed est ibi tantum causa & causatum, sicut intellectus est causa intelligentis, ergo intelligentiæ non sunt productæ, neque una sequitur ex alia proueniendo ab alia. Item 4. cœli com. primo. In æternis non est agens, nisi per similitudinem. Sed agens per similitudinẽ est finis tantum, ergo intelligentiæ non producuntur a prima effectiue, sed tantum pendent ab ea in ratione finis. Respondeo ad primam auctoritatem. Auer. ibi expugnare intendit creationem nouam quæ est cum tempore, motu, & mutatione, non autem creationẽ antiquã, quæ est simplex emanatio. Ad secundam auctoritatem dico, ꝙ Auer. ibi expugnat Aui. qui ponebat catenam auream in intelligentijs, sic ꝙ prima intelligendo se, producit secundam, secunda intelligendo primam, producit tertiam. Tertia intelligendo secundam, producit quartam. Quarta intelligendo tertiam producit quintã. Quinta intelligendo quartam producit sextam. Sexta intelligendo quintam, producit septimam. septima intelligendo sextam, producit octauam, & ibi status. Auer. autem dicit, ꝙ in intelligentijs non est talis prouentus, neque talis consequutio, qualem ponit Aui. sed omnes intelligentiæ immediate pendent a prima, vt ab efficiente. Et est ibi causa & causatũ, sicut intellectum est causa intelligentis, hoc est, sine motu nouitate & mutatione. Et sicut ab uno obiecto intellecto possunt prouenire multæ intellectiones, sic ab vna intelligentia possunt prouenire per simplicem emanationem sine motu multæ intelligentiæ. Ad tertiam auctoritatem dico, quòd agens per similitudinem, non est finis tantũ, sed agens sine motu & transmutatione. Et vt rei varitatem calcatius metiri valeamus, adduco loca Ar. & Auer. in quibus asserere videntur, sẽpiterna habere causam effectiuam. Arist. n. 2. met. t. c. 4. Principia sẽpiternarum sunt verissima, quia sunt cã veritatis in alijs. Item 5. met. t. co. 6. Nihil prohibet quorundam necessariorum esse alteras causas, videlicet efficientem, & finalem. Similiter 12. met. te. com. 35. Ab hoc principio pendet cœlum, & natura. Item primo cœli. te. co. 100. à primo enim omnibus cõmunicatum est esse, his quidem clarius, illis uero obscurius. Auer. autem lib. de substantia orbis ca. 2. dixerunt quidã Aristotelem non dicere causam agentem cœlum, sed mouentem tantum, & hoc fuit valde absurdum eis. Ibidem Cœlum non solum indiget virtute mouente tantum, sed etiam largiente in se, & in eius substãtia permanentia æterna. In destrne. disputa. 3. dubio 18. Primum principium omnium istorum est agens forma, & finis, quod intelligo sic, agens per similitudinem sine motu, & absque transmutatione & nouitate. Forma uero hoc est dator formarum, & finis amatus & desideratus 12. met. te. co. 36. Ibidem dicit Auer. declaratum est, ꝙ illud, quod

dat

dat intelligentiis separatis, a materia finem, dat eis esse. Sed prima intelligentia est finis omnium aliarum, ergo dat esse effectiue. Sic equidem tenendum arbitror peripathetice. Parcant mihi tot clarissimi doctores, quorum memoria sit in benedictione.

Auicennæ, & non dicit ꝙ sit absolute opinio. Auicennæ.

*VERBVM DEI EST ARS PATRIS plena omni ratione viuentium. Ex Octaua. Quæstio. quolibet contradictiones.*



Ctaua q. quolibet ar. primo tenet Scotus, quod tres personæ diuinæ una causatione causarum, quia in eis vnum est principium causandi ad extra, puta uoluntas. Hoc idem asserit in secundo. dist. 1. q. 1. ꝙ prima causalitas respectu omnium causabilium ad extra de necessitate est in tribus, quoniam Augustinus, primo de trini. cap. primo, & 5. ait, Opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Huius oppositum autumare uidetur Scotus in primo distin. 27. q. tertia vbi ponit, quod verbum est ars patris, & sciẽtia patris, ita que est illud, quo mediante Deus cuncta producit, ad extra, quam quidem veritatem sacra pandit scriptura Psal. 33. verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris, eius omnis uirtus eorum. Io. capitulo primo omnia per ipsum facta sunt, Paulus ad Hebræos capitulo primo, inquit quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & sæcula, ergo est quo, & non quod.

Prima.

Franciscus de Mayroni In 1. dist. 27 q. 2. dicat ꝙ oĩa quę spectant ad intellectũ appropriãtur filio, s. sapiẽtia notitia, ars ueritas, alia appropriãtur spi rituisancto. vt donum, charitas, Amor, & talia.

## SOLVTIO.

Vbi Scotus appellat uerbum artem patris, loquitur appropriate, & non proprie. Est enim dictum Augustini. 6. de Trinita. capitulo vltimo uerbum est ars patris plena omni ratione uiuentium. & nono, de trinitate, capitulo decimo, appellat verbum Augustinus notitiam patris, qui etiam decimoquinto, de trinitate, capitulo vigesimoseptimo, vocat uerbum scientiam patris, & uisionem de visione, & lumen de lumine, semper appropriate. Sic etiam sacra scriptura dicit uerbum filium Dei esse, quo facta sunt omnia appropriate, non proprie, non quod ipse filius Dei non creat eadem creatione, qua pater, quia vnica est uoluntas in tribus, quæ est principium formale creandi, sed quoniam generatur a patre generatione ęterna per memoriam fecundam cuius est scire & prouidere ad omnia creata & creanda.

## POTENTIAE DISTINGVNTVR per actus, & actus per obiecta.

Secunda.

Disti. potentiarum per actus & actuum per obiecta non est dist. per formalia distinctiua, sed per quãdã extrinseca notio. ra ipsis.

SCotus, octaua quæstione, quolibet articu. primo facit istam consequentiam. Potentia agendi est una ergo actus est unus. Contradicit quidem sibi ipsi decimatertia quæstio. quolibet. & primo met. quæstione septima, vbi adducit regulam Ar. secundo, de anima, te. com. 33. Potentiæ distinguntur per actus & actus per obiecta, & dicit quod uera est de actibus generice tantum. Vt si quæratur, quare visus non est auditus. Respondetur quia uidere non est audire, & si petamus, quare uidere non est audire. Respondemus, quia color non est sonus. Color enim obiectum uisus, & sonus auditus, ergo stat, quod potẽtia sit una numero, & actus sunt plures, ut unus uisus habet multas uisiones, & unus intellectus multas intellectiones, nec non vnica voluntas non nullas uolitiones.

### SOLVTIO.

Regula quidem Ar. est uera de actibus genericis, & de obiectis specie distinctis, & etiam numero. Tunc ad formam contradictionis de eo, quod doctor subtilis non facit huiusmodi consequentiã, scilicet potentia est una, ergo actus est vnus. Non est enim consequentia digna altitudine intellectus tanti doctoris, sed consequentia eius talis est. Potentia agendi ad extra est una in tribus personis diuinis, puta uoluntas unica. ergo actio erit vnica, & eadem in tribus. Bene multiplicantur actiones, volitiones respectu plurium uolitorum, Sed quæcunque illarum actionum est unica in tribus. Sed oritur dubium, quoniam eadem visione quispiam videt album, & nigrum, vt patet. Respondeo dupliciter. primo dico quod illæ visiones sunt duæ, quia obiecta sunt duo. Secundo dico, quod est vna uisio duorum remissa tamen, nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Et si arguas philosophia est scientia vna, & tamen est de pluribus speciebus. Respõdeo est scientia una unitate generis, non autem una vnitate speciei.

## ARS EST RECTA RATIO factibilium.

Tertia. Sciã Dei respectu factibilium nõ est practica in suo intel

SCotus, 8. q. quolibet. articu. primo dicit, quod omnis ars est notitia practica, vt faber scit, q̃ oĩs gladius faciundus est acutus, ista est notitia vniuersalis practica, quia dictatiua praxis, seu operis Scit etiã, quòd iste gladius faciendus est acutus, notitia hæc est particularis, vt vides, & practica. Huius oppositum asseuerare videtur Scotus in primo

mo dist. 38. q. vni. ubi dicit, quòd notitia, quam habet Deus de factibilibus ante determinationem diuinæ uoluntatis, est speculatiua. Notitia uerò quam habet post determinationem diuinæ uoluntatis, est practica exempli gratia, in primo signo Deus intellexit mundũ creãdum, intellectione pure speculatiua, quia subdisiunctione creandum, vel non creandum in 2. signo, ostendit diuinæ uoluntati dicens, uis ꝙ mundus creetur nec ne? determinante autem uolũtate, quòd creetur intellectus diuinus. in tertio signo, intelligit mundum creandum intellectione practica, quia dictatiua operis, ego prima notitia in Deo & secunda distinguntur penes practicum & speculatiuum, & tamen in nobis utraque notitia est practica.

lectu, nos. ter dico in suo intellectu, quia bene ẽ practica in intellectu creato, ꝙ nõ sit practica in intellectu diuino, hoc expresse hẽt Francisc. de May. in 1. dist. 48. q. 2. Gregorius Ariminẽsis in 5. q. plologi. arti. 3. inquit, ꝙ de eodẽ subiecto põt esse scia practi. ca & speculatiua, nã si ira considerettur, vt qualitas, & passio, & similia, talis cõsideratio est speculatiua. si cõsideret ꝙ sic est regulanda sic de ea est consideratio practica, & sic diceres, ꝙ obiectum nõ distingueret sententias

## S O L V T I O.

Tota theologia Dei, quã habet de essentia sua est practica ab obiecto. Theologia vero Dei respectu factibilium in primo signo ante determinationẽ diuinæ uoluntatis, est speculatiua, quia sub disiunctione (ut dictum est) Eadem Theologia Dei respectu factibiliũ post determinationẽ diuinæ uoluntatis est mere practica, quia dictatiua praxis. Idcirco dantur ideę practice ante determinationem diuinæ uoluntatis. Tunc ad formam contradictionis dicendum opinor, ꝙ non est simile de cognitione dei respectu rei factibilis, & de cognitione hominis, qm̃ ante determinationem diuinæ uoluntatis Deus cognoscit notitia particulari, sicut post, ante tamen sub disiunctione, ut Petrus est saluandus vel non saluandus. Iudas est dãnandus uel non damnandus in primo distin. 39. & 41. quæstio. vni. post determinationem uero diuinæ uoluntatis cognoscit illud idem particulare determinate, uidelicet Iudas damnabitur, quoniam uoluntas diuina uult illum damnari. Petrus saluabitur, quia voluntas diuina decernit ipsum saluandum. Sed faber prius cognoscit cognitione uniuersali, postea particulari (ut dictum est) notitia autem uniuersalis & particularis de eodem non distinguntur per practicum & speculatiuum, quia utraque dictatiua praxis. 5. q. prolo. Verum emergit dubium, Scotus enim in prolo primi. quæstio. 5. dicit quòd de eodem non potest haberi simul scientia practica & speculatiua, ergo Deus non potest habere scientiam speculatiuã in primo signo, & practicam in tertio signo de eisdem rebus factibilib. Respondeo dupliciter. primo dico ꝙ de eodem tanquam de subiecto adequato non potest haberi scientia speculatiua & practica. Ob id tota theologia & Dei & beatorũ & nostra, quæ est de ipso Deo tanquam de obiecto adequato, est practica, benè potest considerari de uno & eodem in duabus scientijs, quarum vna sit

Respondeo quod obiectum bene distinguit, sed nõ identificat.

practica,alia vero ſpeculatiua,quoniam de Deo cōſideratur ſpeculatiue in methaphiſica,practice vero in Theologia.Non eſt enim ſubiectum adequatum metaphiſice Deus,ſed ens 4 met.teſt.comento primo.Eſt autem ſcientia,quæ ſpeculatur ens inquātum ens,& quæ huic inſunt,genus enim ſubſtantiarum abſtractarum eſt ſubiectum principalitatis,quod eſt principale cōſideratum in metaphiſica 1. phi.co.vltimo.Aliter reſpondere poſſumus,quòd de eodem ſcibili,propinquo, quod eſt concluſio ſcibilis, non poteſt haberi ſimul ſcientia ſpeculatiua & practica Sed de eodem ſcibili remoto, quod eſt res ipſa ſcibilis, bene poteſt eſſe ſcientia ſpeculatiua & practica, vt de Deo in metaphiſica & in theologia (quemadmodum ſuperius enucleatum eſt.) Velut de eadem concluſione non poteſt ſimul haberi ſcientia & fides. quoniam ſcientia eſt notitia certa, & euidens. Fides vero certa, & non euidens ab obiecto, ſed notitia reuelata,quod declarat Scotus in tertio diſtinctione 24. quæſtione vnica.

## AD RELATIONEM NON EST MOTVS?

SCotus 8.q quol ar.1.dicit,ꝙ terminus motus eſt ens abſolutū.Qui tamen 11 q.quol & in 2.diſt.2.q.5.& in 4 diſt.10.& 11. aſſerit motum localē eſſe ad vbi quod quidem vbi eſt reſpectus extrinſecus aduenien s. Qui dr̄ circūſcriptio corporis a loci circūſcriptione ꝓcedēs.

## SOLVTIO.

Nā licet relatio intrinſecus adueniens nō acquiratur immediate primo aliquo moto, tamen relatio extrinſecus adueniens, pōt de nouo produci ſine productione alicuius fundamenti.

Nemo eſt,qui ambigat motum eſſe ad vbi. Scotus etenim non loquitur vniuerſaliter, ſed indiffinite dum dicit terminum motus eſt ens abſolutū,verum eſt de motu alterationis, cuius terminus eſt qualitas,& augmentationis, qui eſt ad quantitatem. Latio vero, ſeu loci mutatio eſt ad vbi paſsiuum, quòd eſt reſpectus (vt dictum eſt) Sed dubitatur quia Ar.dicit 5.phi.comento 10.& 7.phi.teſt comento 21. ad relationem non eſt motus.Reſpondeo,Ariſt.loquitur de relatione de prædicamento relationis,quæ eſt reſpectus intrinſecus adueniens, nam neceſſario ſequitur poſitis fundamēto & termino,non negat autem ad ubi eſſe motum localem,ut declarat Auer.8.phi.comento 32.

## SI PATER DIVINVS NON generaret filium,poſſet creare mundum.

V. Tres pſonæ 2q́ 1 de.

SCotus dicicit 8.q. quolibet art. primo ad calcem,ꝙ non poſſet pater diuinus,qui Deus eſt,creaſſe mundum, niſi produxiſſet filium.

Et

Et tamen in secundo distinctione prima quæstione prima dicit, quod si pater non produxisset filium, potuisset creare, quia si esset vna persona tantum, adhuc posset creare.

pendenter cāni, qnasi sit alia virtus causandi patris & alia virtus, causandi filij sed eadē virtute numero tres psonæ causant.

## SOLVTIO.

Dissoluitur primo nodus contradictionis, quoniam 8. quæstione quolibet loquitur theologice, disputans cum theologo Henrico. In secundo vero quæstione prima. primę distinctionis loquitur ad philosophos (vt patet) Alio modo soluitur. Nam 8. quæstionə quolibet loquitur ex ypothesi, posita, scilicet necessaria habitudine inter patrem & filium, In secundo vero loquitur per impossibile, vt si per impossibile non esset, nisi una persona in diuinis, velut arbitrati sint philosophi 12. met. te. com. 39. adhuc illa persona sola potuisset creare mundum.

## *PRIORI ABSOLVTO NON repugnat esse sine posteriori.*

Scotus 8. quæstione quolibet articulo tertio ponit huiusmodi regulam, quam affirmat in primo distinctione 8. qnæstione vltima & distinctione 30. quæstione secunda Huius oppositum videtur asserere in secūdo distinctione prima quæstione quarta & quinta vbi tenet passionem idemtificari realiter subiecto, sic quòd subiectum non potest esse sine passione, vt homo absqne risibilitate, licet risibilitas sit posterior ipso homine.

V. Subiectū est prius natura ꝓpria passione, ergo pōt ab ea separari. Respondeo ꝙ subiectū quātum est de se potest separari a propri a passione, sed quia ꝓpria passio identificatur realiter sibi, tunc est ꝙ subiectum non potest esse sine ea.

## SOLVTIO.

Regula Scoti veritatem trahit ab Arist. 7. met. test. comento secundo & decimosecundo meth. test. comento tertio vbi dicit substantiam præcedere accidens, quoniam substantia potest esse sine accidente, & non econuerso. Indiget tamen regula huiusmodi glosemate tali, priori absoluto non repugnat essə sine posteriori, dummodo illa non sint idem realiter vt subiectum, & propria passio. Aliter tamen dicere possumus, quòd potentia est duplex, logica, scilicet quæ est non repugnātia, & phisica, quæ est ordo ad actum nono meth. test. comento decimotertio & decimoquinto quando ergo Scotus ait, subiectum posse esse sine passione, quia subiectum est prius sua passione natura, loquitur de potentia logica, dum vero hoc negat, loquitur de potentia phisicali.

*SECVNDAE SVBSTANTIAE SVNT IN MODO perseitatis. Et accidens separatum à subiecto. Ex ix. quaestione quolibet contradictiones.*

Accidens habet subiectum inhaesionis, & secundae substantiae habent subiecta praedicationis, igitur nō sunt per se primo in isto mō Differt iste modus sciendi ab alijs. Primo quia alij sunt cōplexi, iste vero in cōplexus. Alij sūt modi praedicādi, at iste modus essē di. Quilibet aliorum dicit inhaerētiam praedicati ad subiectum, iste vero dicit existentiam tantum.



NONA quaestione quolibet articulo secundo ait Scotus, quòd accidens separatum à subiecto, quale est albedo in Eucharistia est in tertio modo perseitatis. Huius oppositum videtur asseuerare, dum dicit de mente Ari. quòd sola indiuidua de praedicamento substantiae sunt in tertio modo perseitatis. Ait enim Arist. primo post te. comento 9. Amplius quod non de subiecto alio quodam, vt ambulans, & album, & Aue. dicit in comen. ambulans & album non sunt in tertio modo perseitatis, quoniam dicuntur de subiecto, vt rite docet Arist. sed sola indiuidua de praedicamento substantiae non dicuntur de subiecto denominationis, neque inhaesionis, & illa duntaxat sunt in tertio modo perseitatis.

SOLVTIO.

Esse in tertio modo perseitatis contingit bifariam per se primo, & sic sola indiuidua de praedicamento substantiae sunt in tertio modo. Alio modo per se secundo, & sic secundae substantiae sunt in tertio modo, & accidens separatum, (vt dictum est.) Sed obicitur sic, Accidens non potest separari a substantia cum sui permanētia, primo physico. test. comento decimotertio. Nullum enim aliorum separabile est à substantia, & decimosecundo met. test. comento 3. Respondeo verum est dictum Arist. per potentiā naturalem. Theologi vero ponunt accidens posse existere separatum a substantia per potentiam supernaturalem, & miraculose, vt in sacramento Eucharistiae de facto existit, quod Scotus declarat decima quaestione quolibet & in quarta quaestione quolibet & in quarto distinctione secunda quaestione tertia & decimasecunda.

*COMPOSITVM EST nobilius forma.*

II. Forma ē perfectius ens causaliter, & prin-

COmpositum essentiale esse praestantius forma ait Scotus 9. quaestione quolibet articulo tertio quod etiam firmauit 7. met. quaestione quinta. Huius tamen oppositum videtur asserere in tertio distinctione vigesimasecunda quaestione vnica vbi determinatur totum depen-

pendere essentialiter a materia,& à forma, dependens autem essentia liter est imperfectius eo,a quo pendet.

## SOLVTIO.

Auer.7.met.com.7.tenet formam esse nobiliorē composito, quod etiam exprexit 2.de anima com.7. & sic eodem 2.de anima comento 3.videtur dicere compositum esse præstantius forma, hoc verum est, quantum ad famositatem. Ad formam contradictionis dico, vbicū que Scotus dicit compositum esse perfectius forma, verum est, quan tum ad includere, quoniam compositum includit formam, & cū hoc aliquid vltra, puta materiam. Dum vero adstruit formam esse præstā tiorem composito, hoc verum est, quantum ad dependere, cum compositum dependeat ab ipsa forma, tanquam a parte essentiali. Et sic penes diuersas formalitates vnum est nobilius altero. Sed dubitatur sic. Ari.7.met. test.com.7. arguit hoc modo. Quare si species materia est prior & ipso quod ex vtrisque est, propter eandem rationem. Itaq; argumentum stat in hoc, quicquid est prius priore, est prius posteriori, forma est prior materia, & materia est prior composito, ergo forma est prior composito. Aut conclusio Ari. vtitur termino equiuoco, quod non licet in ratione demonstratiua, primo phy. com. 1. aut concludit materiam esse priorem composito, & formam vtrisque, nam dicit propter eandem rationem. Respondeo quod sensus est talis, forma est prior materia prioritate perfectionis, & materia est prior composito prioritate dependentiæ, quia compositum componitur ex ea, ergo propter eandem rationem prioritatis, & dependētiæ, forma est prior composito. Et cum dicis quòd Arist. vtitur termino equiuoco, ego nego, sed bene vtitur termino analogo, etenim prioritas analogice dicitur de prioritate perfectionis & dependentiæ. Et si dubitatur adhuc quoniam omne dependens est imperfectius eo, a quo pendet, ergo si compositum dependet a materia est imperfectius materia. Respondeo dupliciter primo quidem concedere possemus compositum esse ignobilius materia, quantum ad istam formalitatem, quæ est depē dere. Alio modo distinguendum arbitror, de duplici dependentia quę dam est in genere causæ efficientis, & finalis, & arguit imperfectionē alia est dependentia in genere causæ formalis, & materialis, & arguit potius perfectionem, quoniam includit illa a quibus pendet tanquam partes eius.

cipiatiue. Compositū formaliter, & subiectiue est perfectius, & magis ens. Authoritas Arist. nō cogit, q̄a Ari. præmittit, q̄ forma est prior & magis ens materia, & sic tangit duo, cōparando formam ad materiā scilicet priori tatem & ma ioritatē in entitate, & substantia, cū uero cō parat formam ad cō positum nominauit prioritatē, & siluit ma ioritatem.

## PERFECTIO SIMPLICITER non est in creatura.

Nona q. quolibet articulo 3. tenet doctor subtilis, quòd esse totius est perfectio simpliciter, vt puta esse humanum, esse lapidis, esse Angeli. Huius oppositum adstruit ipse in primo distinctione 8· quæstione 3. ad calcem, vbi de mente propria dicit nihil, quod est in prædicamento, est perfectio simpliciter, & rationē apponimus talē, nā perfectio simpliciter est melius ipsum quam non ipsum in quolibet, hoc est, perfectio simpliciter in qnolibet indiuiduo entis, est melior ipsa, quam illud, quod est sibi incompossibile in primo distinctione octaua quæstione prima, & in quolibet quæstione prima, & quæstione 5. articulo secūdo & est diffinitio Anselmi monologion decimoquinto sed esse creato, est impossibile esse increatum, & non est melius esse creatum, quàm esse increatum, ergo esse totius entis creati, nō potest esse perfectio simpliciter, exemplum dicimus, enim quod sapientia creata non est perfectio simpliciter, quia ei est incompossibilis, sapientia increata in quocunque indiuiduo, & tamen non est melior ipsa sapientia creata, quam increata, ergo non est perfectio simpliciter ipsa, sed increata, & diuina, est perfectio simpliciter. Secunda ratio, talis est, perfectio simpliciter illa est, quæ dicit perfectionem & nulla eam comitatur imperfectio, sed quodcunque creatum licet sit perfectum in genere suo, multæ concomitantur imperfectiones, (vt patet) ergo nullum creatum est perfectio simpliciter.

Fr. Frãcisc. de Mayronis. dist. 35. Art. 1. ponit istam definitionem pfectionis simpliciter, pfectio simpliciter est illa quæ nullam īperfectionem quiditatiue includit, & valde commēdat Scotum in hoc, si nihilominus eos q sic dicebãt pfectio simpli. citer est q non habet necessario īperfectionem annexam, & post modū in illo. Artic. 2. illius distinctionis, docet proprietates perfectionis simpliciter.

## SOLVTIO.

Nonnulli Scotistæ rilem olfacientes contradictionem dicunt, esse totius hominis potest considerari dupliciter, vno modo vt esse hominis, & sic non est perfectio simpliciter. Alio modo, vt esse in se, & sic est perfectio simpliciter. Sed pace eorum dixerim, si esse in se diceret perfectionem simpliciter, quodcū que creatum clauderet aliquā perfectionem simpliciter, quod destruit Scotum & totam veritatem delet in militia nostra theologica, sicut bene sequitur, homo est animal, ergo quilibet homo claudit in se animalitatem. Ita pari passu bene sequitur, esse in quantum esse est perfectio simpliciter, ergo quodlibet ens continet in se perfectionem simpliciter. Ea propter ad formā contradictionis dicendum opinor, quòd Scotus per perfectionem simpliciter non intelligit in nona quæstione quolibet illam perfectionem quæ est melior ipsa, quàm non ipsa in quolibet, quippe talis perfectio

non

non reperitur in creaturis. Sed per perfectionem simpliciter ipse intelligit, ens perfectum simpliciter, in entitate, & est, vt dicat, totum essentiale est perfectius forma, quoniam forma est pars, & pars dicit imperfectionem in esse, totum vero dicit perfectionem simpliciter in esse, quia solum totum potest subsistere, & esse subsistentiæ est simpliciter perfectius esse. Velut ipsemet Scotus aperiendo declarat nona quæstione quolibet articulo secundo in primordio. Forma ergo vt anima est perfecta in entitate in genere suo, non perfecta in entitate simpliciter, quia totum essentiale est sic ens perfectum simpliciter in quarto distinctione quadragesimatertia quæstione secunda quia non est ordinabile ad vlterius esse.

## CREATIO NON EST OPVS MIRACVLOSVM.

*Ex decima quæstione quolibet contradictiones.*



DECIMA quæstione quolibet articulo primo tenet doctor subtilis, quod creatio non est opus miraculosum. Oppositum huius videtur asseuerare in prolog. primi quæstione secunda via octaua, vbi diffinit miraculum sic, cũ August. libro de utilitate credendi ad finem. Miraculum est quicquid arduum, & insolitum supra spem, facilitatemque mirantis apparet. Creatio autem est huiusmodi, quoniam impugnatur à naturaliter loquentibus. Ait enim Aristo. primo physic. test. comento trigesimoquarto omnes, qui de natura loquuti sunt, in hoc conuenerunt, quod ex nihilo nihil fit Auerroes autem decimosecundo libro metaphysic. comento decimooctauo. in Ioannem Christianum inuectus & in loquentes suæ legis creationem nouam expugnare intendit.

I. Miracula, & mirabilia non tiahenda ad imitationẽ, sed miracula sunt reuerenter admiranda, & mirabilia examinanda.

## SOLVTIO.

Augustinus libro septimo super gen. hanc attulit veritatem scilicet creatio non est opus miraculosum. Vnde ad formam contradictionis dico, quòd multa opera sunt supernaturalia, quæ non sunt miraculosa, quoniam sunt ardua, & nemo ea naturaliter efficere potest, sed non sunt insolita, quin ea ipsa frequentius Deus operatur, vt infusio gratiæ, per quam anima a peccato purgatur, saluatio animæ iustificatæ, condemnatio ad inferna nempe natura toto eius virium cona

mine aliquid istorum effectiuum operari non potest, non tamen sunt opera miraculosa, cum sint frequentia. Talis est creatio mundi, quam Moses descripsit Gen. capit. primo dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et quoniam naturaliter est opus impossibile, idcirco philosophi illuminati in solo, & simplici naturæ lumine, eam abnegarunt. Nulla itaque est contradictio in verbis Scoti, minime Augustini, quoniam concedunt creationem esse opus super naturale, nõ tamen miraculosum vt dictum est Illuminatio cæci, suscitatio mortui, loquutio asinæ Balaã, opera fuere miraculosa, & supernaturalia. Ioãnis capitulo 9. Ioannis capitulo decimosecundo libro numeri capitulo vigesimosecundo.

*DEVS POTEST CONVERTERE substantiam in accidens, & econuerso.*

II. Si Deus conuerteret substãtiam in accidens rã oportet q illud accidens maneat sine subiecto, sed manebit secundũ ppriã eius conditionẽ accidentis, puta ĩ subiecto

Scotus decima quæstione quolibet tenet, quòd Deus potest conuertere quodlibet in quodlibet, vt substantiam in accidens, & accidẽs in substantiam, hoc idem ipse firmauit in quarto distinctione 11. quæstione secunda Huius tamen oppositum videtur ponere in primo distinctione 8. quæstione vltima & 7. quæstione quolibet, vbi dicit esse impossibile, naturam contingentem mutari in naturam necessariam, quoniam, aliquid de se possibile, non potest perpetuari ab alio, sentẽtia Arist. contra Pla. primo cœli te. com. 138.

SOLVTIO.

Plato nempe aiebat cœlum esse de se possibile, & fieri perpetuum ab alio, a prima intelligentia conseruante ipsum in esse perpetuo, sicut ponunt theologi 12. dist. 2. & dist. 14. Ari. arguens contra eum, dicit hoc penitus fore impossibile, quoniam tunc natura contingẽs, mutaretur in naturam necessariam cum sui permanẽtia, cum omne sempiternum est necesse esse, primo cœli te. com. 138. 9. metha. test com. 17. inconueniens enim est, quod illud idem, quod nunc est contingẽs, fit postea necesse esse, in doctrina peripathetica, & quod est de se temporale, fiat æternum. Quod quidem verum est in permanentibus duntaxat, quæ accipiunt totum esse simul. In motu autem fallit regula, sicut declarat Auer. 12. met. co. 41. in quæstionibus Ioannis Grammaci. Quoniam motus est ens successiuum, idcirco est de se contingens, & tamen perpetuatur ab alio, videlicet ab intelligentia mouente cœlum tempore æterno. Tunc ad formam contradictionis dicendũ autuma-

tumarem, quòd impossibile est quodlibet cōuerti in quodlibet cum sui permanentia, vt quòd lapis remaneat lapis, & sic aurum, lignum, æs,ferrum,plumbum,stagnum,& his similia. Sed quod aliquid sic cō uertatur in aliud, vt per tempus desinat esse, & transsubstantietur in aliud,vt panis vertaẽ in carnem, & æs in aurum,non est inconueniens. Primo modo negant Ar.Auerro.& Scotus. Secundo modo non negarent,quoniam terra vertitur in æs,ferrum,plumbum,stagnum,argentum,& aurum,& humor terræ in vinum,oleum,& balsamum. Vapores vero in pluuiam,niuem & grandines,& exalatio infulgura, primo metheo, & secundo.

## NON DANTVR DIMENSIONES *interminate coæternæ materiæ.*

SCotus decima quæstione quolibet articulo secundo negat dimensiones interminatas coæternas materiæ negat etiam & in secundo distinctione 3.q.4 & in 4.dist.11 q.1. Auerro.autem libello de substātia orbis c.1 .ponit eas,ac in 1.phi.co.63. nec non 7.met.co 4.

## SOLVTIO.

Dimensiones interminatæ in via Auer. sunt longitudo, latitudo,& profunditas, quæ statuunt corpus mathematicum de prædicamento quantitatis (vt liquet primo cap.pe substantia orbis.) Et tales dimensiones interminatæ (secundum eum) sunt materiæ coæternæ,sic quod omnis forma, quæ vnitur materiæ mediantibus quantitatibus interminatis,per informationem, extenditur ad extensionem subiecti. Idcirco Auer.1.c.de substantia orbis negat istas quantitates interminatas a cœlo,quoniam in cęlo non est materia,nisi ad vbi.Scotus autem non ponit quantitates interminatas coæternas materiæ,licet bene adnenientes materiæ Sed quantitates interminatę (secundum eum) coæternæ materiæ sunt partes entitatiuæ materiæ,velut declararunt canonicus.1.phi.q.9.& Parisiensis.q.vlt. Nam sicut materia seclusa forma est in actu entitatiuo 12.dist.2.ita etiam ipsa est diuisibilis in partes entitatiuas,non autem quantitatiuas,& formales. Tunc ad formā contradictionis dico,ꝙ Scotus & Auer.in duobus disconueniunt.Primum est,cum generatur aliquid) secūdum Scotum) forma recipitur in materia nuda (secundum Auer.) forma recipitur in materia quātata quantitate interminata,non autem terminata. Secundum est. Scotus dicit non dari huiusmodi quantitates interminatas coæternas materiæ. Aue autem arbitratur necessario fore ponendas. Sed quoniam

Sco-

Scoto addicti sumus,nec licet nobis iurare in verba magistri, adducimus argumentum Scoti cōtra Auer. fere insolubile sic,bene sequitur. Dantur dimensiones interminatæ, coæternæ materiæ, ergo accidens migrat de subiecto in subiectum, patet consequentia,nam si ex ligno generetur ignis, forma ignis introducitur in eandem materiam, quæ subiiciebatur formæ ligni, & illæmet quantitates interminatæ sunt in igne,quæ erant in igne,quia sunt coæternę materiæ,ergo accidēs migrat de subiecto in subiectum. Sed dubitetur in uia Auer.sic. Omnis forma, quæ unitur materiæ mediantibus quantitatibus interminatis, est diuisibilis,ergo intelligentia,quæ vnitur orbi,est diuisibilis.Respōdeo dupliciter,primo dico,quòd in cœlo non est materia,nisi ad vbi, & consequenter non sunt ibi quantitates interminatæ, de substantia orbis capitulo primo.Deinde dico,quòd illa propositio famosa Auc. videlicet omnis forma, quæ vnitur materiæ mediantibus quantitatibus interminatis, extenditur ad extensionem subiecti, est vera de formis,quæ vniuntur per informationem,modo intelligentia vnitur per assistentiam tantum in via Auer. de substantia orbis capitulo primo & 2. de anima comento 11. Contra omnis forma, quæ vnitur materiæ per informationem mediantibus quantitatibus interminatis, est diuisibilis.Sed anima intellectiua vnitur materiæ mediantibus quantitatibus interminatis,ergo est diuisibilis Rñdeo bifariā, primo dico, ꝙ aīa intellectiua in uia Auer. vnit̄ materiæ mediante cogitatiua, ꝑ q̃ homo ponit̄ in esse specifico 3.de aīa co.5. & sic non immediate,tota ergo diuisibilitas est in cogitatiua, q̃ vnitur materiæ mediantibus illis quantitatibus immediate, licet doctissimus Zimara hanc nitatur expugnare responsionem,tanquam non ad propositum. Secundo dico, quod anima intellectiua assistit in via Auer.& non informat.Est enim vna numero in omnibus per assistentiam,velut vltima omnium formarum materialium,& prima abstractarum 2.phi.co.26.3.de anima co.5. & co.20. Sed dubitatur adhuc,quoniam Auerr.ipse 12.met.co. 38.dicit forma hominis inquantum homo,est intellectiua igitur anima intellectiua informat in via eius. Respondeo loquitur de forma informante,& dante esse. Quod luce lucetius in doctrina eius cernimus.Nam in secūdo de anima co.7.& 22. dicit,quòd actus,qui ponitur in diffinitione animæ pura equiuocatione equiuoce dicitur, hoc est analogice,nam ut dicitur de vegetatiua & sensitiua, est actus per informationem ut uero dicitur de intellectiua, dicitur actus per assistentiam,tanquam principium motus,& operationis.Aliter tamē Latini substinuere etiam in via peripathetica vt declarat in quarto distinctione 43.quæstione secunda & prima.

## IN SACRAMENTO EVCHARISTIAE
### *non est substantia panis*.]

DEcima quæstione quolib. articulo.3.tenet Scotus, quòd in sacramento Eucharistiæ non est substantia panis, sed in fine illorũ verborum, scilicet hoc est enim corpus meum, transsubstantiatur substátia panis in verum corpus Christi, hoc ipsum declarat in quarto distinctione 11. quæstione tertia & quarta nihilosectius Christus dicit Ioãnis capitulo 6. ego sum panis viuus qui de cælo descendi, cui adstipulatus Paulus 1.cor.c.10.ait. Panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? & capitulo 11. dicit, probet autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, ergo est ibi panis. Quarto.

## SOLVTIO.

Augustinus libro sentent. Prosperi dicit, hoc est, quod credimus, quod omnibus modis probare cõtendimus, sacrificium ecclesiæ duobus constare, visibili scilicet elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi corpore & sanguine, ergo non est ibi panis, sed purum corpus Christi. Et illa elementa sensibilia scilicet albedo, rotunditas, & sapor sunt accidentia sine subiecto. Ambrosius autem libro primo de sacramentis ait, panis est in altari visitatus ante verba sacra, vbi accessit consecratio de pane fit Christi caro. Vnde ecclesia extra de summa trini.& fide catho.c.firmiter. parapho.vna vero, clamitat], Iesus Christus sacerdos est, & hostia, cuius corpus & sanguis sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transsubstantiatis uero prius pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina. Vbi damnatur positio Manicheorum asserentium ibi esse substantiam panis. Quam positionem sustinuit frater Ioannes Iacobita a quo secta Iacobitarum. Tunc ad formam contradictionis dico, quòd panis bifariam nominari consueuit in scripturis, panis (inquam) viuus, & panis mortuus, qui est cibus corporis. Panis viuus, Christus est Quotiescunque ergo scriptura sacra dicit, in illo sacramento esse panem, verũ est, de pane uiuo, qui Christus est, seu de pane spirituali, non autem de pane mortuo, & materiali, qui corruptibilis est.

Conuersio panis in corpus Christi est possibilis, & rõ est, quia tã terminus a quo, puta panis, quã termin' ad quem, scilicet corpus Christi istius conuersionis, sunt in psona obedientia ipsius Dei.

## VERMIS IN EVCHARISTIA,
### *à quo generatur.*

SCotus decima quæstione quolibet in calce dicit, cũ generatur vermis in sacramẽto Eucharistiæ, ex longitudine dierum, ille quidem Quinta.

pro-

producitur à Deo mediante cœlo, tanquam causa secunda. Qui tamē in quarto distinctione 12. quæstione vltima dicit, quòd ille vermis de nouo creatur à Deo immediate.

## SOLVTIO.

Tria generantur facramento.

Tria generantur ex illo sacramento, ignis, dum comburitur, caro, dum comeditur, & vermis, dum putrefit (vt clare patet) tali modo se cundum Scotum desinant esse illæ species sacramētales, generatur de nouo statim a Deo, quoddam quantū quale, hoc est quædam substātia qualis, & quantitas, ex qua postea generatur alia substantia talis, qualis nata est affici illis accidentibus. Exempli gratia, cum desinunt esse species illæ per putrefactionem, adeo statim producitur quædam substantia talis, ex qua generatur postea vermis. Dum comeditur sacramentum, statim adeo producitur quædam substantia talis, ex qua generatur postea caro. Dum cōburitur, statim adeo producitur substantia quædam talis, ex qua generatur ignis. Certum est, quòd vermis producitur a deo de illa substantia nuper producta mediante cœlo. Ignis autem producitur a Deo mediante igne & caro a Deo mediante virtute nutritiua. Sed de prima substantia quali & quanta producta, a quo nam producatur, an immediate a Deo per creationem, vel mediante agente, seu causa naturali? Scotus in quarto distinctione decimasecunda questione vltima est problematicus. Qui in decima quæstione quolibet determinat, quòd immediate à Deo creatur. Et sic sequitur contradictio. Nam illud, quod sustinuit in quarta problematice, determinat postea in decima quæstione quolibet. Sed oritur dubium, de quo producitur ille vermis? Similiter ex quo generatur caro, per potentiam austritiuam, dum quispiam comedit multa sacramenta? Ex quo generatur ignis, quando comburuntur nonnulla sacramenta? Quinque etenim fuere opiniones. Prima opinio est beati innocentij tertij in libello de officio missæ parte tertia. Qui dixit, dum quispiam comedit sacramentum, statim Deus iterum producit in illo sacramento substantiam panis, ex quo pane generatur caro in concedente per virtutem nutritiuam. Similiter dum cōburitur sacramentum, iu illo signo Deus iterum producit panem, ex quo generatur ignis, non aliter de verme, qui producitur de substantia panis iterum reparata alio a Deo de nouo. Secunda opinio est sancti Thomæ in quarto distinctione 12. articulo secundo. Qui dicit, quòd non reuertitur panis, sed materia prima per potentiam diuinam, ex qua generatur vermis. Tertia est Egidij in theorematibus. theor. 44. Qui dicit quòd

A quo producatur vermis.

Nota has quinq; opiniones.

I. opinio.

II. opinio.

III. opinio.

quòd non reuertitur panis, nec materia prima Sed dum putrescunt illæ species, remanent dimensiones interminatæ, ex quibus generatur vermis. Quarta opinio est modernorum adstruentium vermem generari ex aere circundāte sacramentum, qui aer putrescit cum puluere subtili circumstante. Quinta opinio est Scoti, quod vermis ille generatur de quadam substantia nuper a Deo creata in illo signo, in quo putrescunt illa accidentia, quæ simul iuncta dicuntur sacramenta. Ex 10. quæstione quolibet & in quarto distinctione 12. quæstione vltima eligat lector viam illam, quæ magis sibi cordi sedet. IIII. opinio V. opinio.

*LOCVS EST POSTERIOR NATVRA ipso corpore. Ex xi. quæstione quolibet contradictiones.*



OCVM esse posteriorem natura quocunque corpore arbitratur Scotus 11. quæstione quolibet articulo primo, & tamen Arist. quarto physi. test. comento 46. dicit, omnia sunt in isto, sic quòd cœlum est locus omnium, nihilominus cœlum non est posterius, quocunque corpore. Nam secundum philosophum, æternum est cœlum, licet productum, de substantia orbis, capitulo primo. Sed secundum theologos cœlum est corpus, primo productum Gen. capitulo primo ergo Scotus contradicit principi. Similiter tenet ipse Scotus 11. quæstione quolibet cœlum esse in loco per centrum, & sic per accidens quarto phy. comento 43. & 45. & ipse intendit sic, cœlum est in loco per centrum quia quodlibet locabile fixum in loco locatur a cœlo, nam cęlum omnia locat, & tamen non est posterius quocunque corpore. Prima.

S O L V T I O.

Aristot. quarto physi. test. comento 43. dicit, cœlum est in loco per accidens, sicut anima, vnde emergunt variæ opinantium sententiæ. Alexander & Auicennas negarunt cœlum quoquomodo esse in loco. Themistius arbitratus est cœlum esse in loco per partes, eius vestigia insectatur diuus Thomas, Auerr. dixit esse in loco per centrum eius, quod est terra, & sic per accidens. Scotus autem autumauit, illud esse in loco per cētrum, quia quodlibet locabile fixum in loco, locatur cœlo. Tunc ad formam contradictionis dicendum reor, corpus dupliciter sumere consueuit Auer. 4. phy. comento 47. & 1. de generatio. comento 44. vt est de prędicamento substantiæ. Alio modo vt est de prędica- Vide hanc opinionē in Ioanne canonico 4. physi. q. 4. & cotra eam. Primum cęlum secundum Scotū

habet ubi actiuũ, quia locat alios cœlos, sed non vbi passiuum.

dicamento quantitatis, quod est trina dimensio, & est corpus mathematicum, tunc dico, si consideremus cœlum, vt est corpus de prædicamento substantiæ præcedit quidem natura omnia corpora. Si autem ut locans, sequitur ordine naturæ, prius enim locabile est locabile, quam locans ipse locet.

### *DEPENDENTIA LOCATI AD locans, non est causati ad causam, sed conseruati ad conseruantem.*

II. Cõseruare, idem est q̃ efficere.

LIbro vniuer. quæstione 13. tenet Scotus, locum esse principium generationis conseruatiuum, & effectiuum, & interpretatus est propositionẽ illam famosam. Locus est principium generationis quemadmodum & pater, esse veram, & in ea esse similitudinem, quantum ad genus causæ, non autem quantum ad modum causæ. Sicut enim pater est principium effectiuum filij, ita locus, sed pater est principiũ effectiuum per se, locus vero per accidens, pro quanto a corporibus super cœlestibus recipitur aliqua virtus infusa loco, coagens ad generatiouem compositi, & conseruans illud in esse. Et tamen 11. quæstione quolibet. ar. primo dicit, quòd dependentia locati ad locans, non est causati ad causam, sed conseruati ad conseruantem.

Vt patet de leonibus q non nascuntur nisi in vno climate orbis, & manutenentur alibi.

### SOLVTIO.

Non negat Scotus hic, locum esse causam efficientem locati per accidens, & secundario, sed negat ipsum esse causam locati effectiuam per se, & principaliter, velut pater est, & sic contradictio euanescit.

### *IN QVO PRAEDICAMENTO sit motus.*

Tertia.

ARist. & Auerr. quinto meth. test. comento 18. appellant motum quantitatem, numerantes eum inter species quantitatis. Auer. autem 3 phy. comento quarto dicit motum esse de prædicamento passionis. Scotus & Antonius Andreas 5. metha. tenent, esse de prædicamento quantitatis, quod videtur firmare 11. q. quolib.

### SOLVTIO.

Auer. 3. phy. comẽto quarto dicit, motum capi dupliciter vno modo

do pro uia interminum, alio modo pro termino uiæ. Exemplum ignis calefacitaquam, indnctio caliditatis in aquam ab igne, quæ est calefactio, est uia in terminum, ipsa caliditas inducta, est terminis uiæ, Scotus in primo distinct secunda, quæst. 5. & distin. 13. quæst. vni. aliis uerbis idem adstruit, quod motus capitur dupliciter, profluxu formæ, & pro forma fluēte, fluxus formę est inductio formæ in passum per opus agentis, forma fluens est illa forma inducta, ut puta caliditas inducta in aquam ab Igne, ut dictum est, tunc ad formam contradictionis dicendum, dnm Aristo. Auer. & Scotus dicunt motum esse de prædicamento quantitatis, loquuntur de motu profluxu, formæ, est enin de genere continuorum, & sic quantitas est, & mensuratur tempore. Motus vero pro forma fluente, non est in vno determinato genere, sed in tribus, ut forma fluens in moto alterationis est qualitas, quia alteratio est ad qualitatem. quinto physico. te. com. 10. forma fluens, in motum augmentationis, quantitas est, forma fluens in motu lationis, ubi est de prædicamento ubi. Verum emergit dubium, quoniam Aristo. & Auer. 3. phy. te. com 20. dicunt, idem motus numero, est actio, & passio, ergo est de prædicamento actionis, & passionis. Respondeo intelligunt ipsi denominatiue, nō formaliter, seu essentialiter, exempli gratia. Caliditas inducta ab igne in aquam, pro quanto prouenit ab igne agente, actio denominatur, pro quanto uero recipitur in aqua patiente, nūcupatur passio Similiter, dum manus manum percutit, percussio illa, ut est a manu percuciente actio dicirur, ut recipitur, in manu percussa, & patiente passio nominari consueuit. Sed petitur, quare Aristo. non connumerauit motum inter species quantitatis, in libro prædicamentorum, & libro quinto, me. locauit eum inter illas species Respondeo primo, quod prædicamenta accepit phylosophus ab Archyta Tarentino, qui non fecit mentionem de motu. Secundo dico, ꝙ prædicamenta dictauit Ar. iunioribus callere cupientibus artem demonstrandi. Ob id nullam fecit de motu declarationem. Tertio dico quod quando dicit tempus esse speciem quantitatis continuæ. Est enim tempus mensura motus, secundum prius & posteriut, & passio primi motus 4. phy. te. com. 133. sic quod tempus uniuersale non addit supra motum primi mobilis, nisi rationem mensuræ, per coextēsionem, ut declarat Scotus in 4. dist. 48. q. 2.

Nota quod distictio de motu ꝓ forma fluente & pro fluxu formæ est ipsius Auerrois in 3. phy. com. 4. ibi dicit ꝙ motus pro forma fluente, sit acceptio famotior alia tamen ē uerior.

## AN DETVR VACVVM IN *rerum natura.*

Scotus. 11. b. quolibet. ar. 2. tenet possibile esse vacuum, quod itidē firmauit in secundo distin. 3. nona quæst. Huius oppositum tenet Quarta.

F Philo-

Philosophus.quarto phy.te.com.37.qui in te.com.54.testimonio Melissi dicit,uacuum non est eorum,quæ sunt,similiter te.com.56.asserit fuisse opinionem Pithagoricorum , quod detur vacuum, & ratio eorum erat talis,vas plenum cineribus,tantum recipit de aqua, quantũ reciperet,si esset ex toto vacuum,ergo datur vacuum de facto.Quam rationem dissoluens Auerro.com.56.dicit tria.primum dictum,cinis est corpus porosum.Secundum dictum,in uase cinere pleno,necessario recipiuntur aliquæ partes aeris,tertium dictum Cum enim mergitur aqua expellitur aer,& ab aqua corrumpuntur aliquæ partes cineris,similiter in poris cineris recipiuntur aliquæ portiones aquæ,idcirco recipit uas illud tantum de aqua, ac si esset ex toto uacuum , ergo mens Ari.& Auer.est penitus delere uacuum de facto, & de poßibili.

## SOLVTIO.

Theologi concedunt uacuũ,iquo nullũ ẽ corpus, nec naturale nec mathematicũ, premittens si reciperet dimensiones.

Pithagorici ponebant uacuum de facto,Scotus de poßibili. Similiter Arist.negat uacuum esse posibile per potentiam naturalem,Scotus ponit poßibile per potentiam supernaturalem,& sic contradictio nulla.Et si arguatur sic,philosophus dicit,quod claudit contradictionem vacuum esse,ergo Deus non potest illud efficere Respondeo uacuum pithagoricum claudit quidem contradictionem, est enim spatium dimensionatum,vt declarat Aue.4 phi.com.37.quod caret qualitatibus actiuis,& pasiuis tantum,non autem quantitate extensiua, vt corpus quoddam mathematicum,quod non est calidum, neque frigidum,non humidum,neque siccum,Tale enim vacuum non est dabile,sed vacuum theologicũ est,quod dentur latera distantia, inter quæ nullum sit corpus medium,nec naturale,nec mathematicum,nõ quãtum,nec quale,& tale dabile est per potentiam diuinam.Sed arguitur argumento phylosophi sic,qualis est proportio medii ad medium in raritate,& densitate,talis est proportio motus ad motum in uelocitate,& tarditate,sed medii pleni ad medium uacuum,nulla est pro portio in raritate,& densitate,ergo motus facti in pleno,& motus facti in uacuo nulla est proportio in uelocitate,& tarditate,motus autem factus in pleno est succeßiuus,ergo motus factus in uacuo erit in instãti Respondeo negando maiorem,quoniam succeßio in motu nõ solum prouenit ex resistentia medii ad mobile.sed etiam mobilis ad motorẽ sic quod motor non potest ponere mobile statim in termino motus, etiam ex incompoßibilitate terminorum,quia omne,quod mouetur partim est in termino a quo,& partim in termino ad quem sexto phy. te.com.7.quod declarat Scotus in 2.dist.2.q.9.

QVIES

## *QVIES MENSVRATVR TEMPORE per accidens.*

DOctor ſubtilis,in 11.q.quolibet,ar.2.dicit quod quies menſuratur tempore priuatiuo,ſeu immaginario,ſicut ſi daretur uacuũ, illud menſuraretur dimenſione priuatiua,& immaginaria, Huius oppoſitum aſſerere uidetur, in 2.diſt.2.q.4.vbi habet de mente philoſophi.4.phy.t.com.118.quod tempus menſurat motum per ſe, quietem vero per accidenr,& loquuntur de tempore reali, non priuatiuo, ſeu imaginario.

V. Dico quod iſta ſtant ſi. mulq; q; es p accidẽs mẽ ſurat' per re & quod per ſe menſuretur motu, qui ẽ ſuum poſiti uũ,& ideo ſi p ſe men ſuretur, mo tu,& motus menſuretur tpe, poterit quos p acci dens,nunſu rari tpe.

## SOLVTIO.

Rei ueritas extat,quietem menſurari tempore reali Per accidens, exempli gratia,ego ſedeo per horam,tantum dicor ſedere, quãtum ſi motus eſſem,ſi ambulaſſem equidem,ambulatio fuiſſet horaria,a pari ſeſſio.Dum ergo Scotus dicit quietem menſurari tempore imaginario,loquitur in uno caſu duntaxat, vt ſi eſſet motus cœli.velut ceſſabit tempore iudicii in 4 diſt.48.q.2.ſol.enim tunc ſui laboris mercedẽ accipiet. Teſte Iſiodoro lib.quarto, de ordine cauſarum cap.quinto, Cum ergo omnia quieſcũt nunc,illa quies non poterit menſurari tempore reali,quia tunc non erit tempus,nam tempus, & motus ſunt idẽ realiter,diſtinguntur uero formaliter,ut declarat ibi Scotus loquendo de motu cęli,& tempore uniuerſali,cui adſtipulatus eſt Antonius Andreas.5.met.ergo menſurabitur tẽpore immaginario & priuatiuo poſt diem iudicii quoties beatorum.

## *AD MVLTIPLICATIONEM ABSTRACTORVM, non ſequitur mult multiplicatio concretorum, niſi multiplicentur ſuppoſita.*

HViuſmodi regulam proclamauit Scotus 11.q quol.ar.2.& in 3.diſtin.6.q.1.ſoluendo primum argumentum principale, nec non diſtinctione octaua,quæſtio.vni.Huius tamen oppoſitum uidetur aſſerere in primo diſtinctio.12.q.1.ubi ponitur talis regula. Terminus numeralis additus ſubſtantiuo ſemper multiplicat formam,vt ſi dicã duo homines,hoc eſt duas ſunt habentes humanitates. Per quam regulam diſſoluitur dubium quod fieri ſolet diſtinctione prima,quæſt. tertia.An ſi Chriſtus haberet duas humanitates,eſſet ipſe duo homines.Reſpondetur affirmatiue eſſet quidem duo homines, quoniam Sexta.

idem est dicere duo homines & duas sunt habentes humanitates, quoniam terminus numeralis additus substantiuo multiplicat formam, vt ly duo additum ly hominem, multiplicat humanitatem. Igitur ad multiplicationem abstractorum sequitur multiplicatio concretorum & tamen non multiplicantur supposita. Valet enim hic habet duas humanitates, ergo est duo homines.

SOLVTIO.

Nō valet cō sequentia a plurificatione abstractio, ad plurificationē concretorū & pſertim ī accidētibus non valet sortes est sāctus ergo habet scientias, sed hēt plures scientias ergo est plures scientes.

Regula illa famosa doctoris subtilis, videlicet ad multiplicationē abstractorum non sequitur multiplicatio concretorum, nisi multiplicentur supposita, non tenet, nisi in accidentibus, fallit aut in substantijs. Non enim valet, iste homo habet septem scientias, ergo est septē scientes, neque tenet ista consequentia, iste homo habet quinque paternitates, ergo est quinque patres. Sed bene valet, habet duas humanitates, ergo est duo homines. Verum emergit dubium, quoniam sequitur Christus habet duas naturas, ergo est duo, quia consequentia tenet in substantijs, consequens est contra Athanasium in Symbolo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Contra Scotum, sanctum Thomam, Richardum, magistrum sententiarum in tertio distinctione 6. Respondeo tenet consequentia in abstractis ad concreta in substantijs, quando illæ substantiæ sunt eiusdem rationis, modo natura humana & diuina sunt alterius rationis, ideo non sequitur, habet duas voluntates ergo est duo volentes, velut declarat Sco. in tertio distinctione 6. q. 1. & dist. 8. questione vnica Sed bene sequitur, si sortes habet duas voluntates humanas, ipse est duæ volētes, quoniam duæ substantiæ eiusdem rationis non possunt esse in eodem, vt duæ naturæ eiusdem rationis, & duæ voluntates eiusdem rationis, idcirco necessario multiplicantur supposita. Duo vero accidentia eiusdem rationis possunt esse in eodem, maxime de accidentibus, non eductis de potentia materiæ per motum, & transmutationem. Similiter plura accidentia alterius rationis, vt clare liquet.

*RESPECTVS EXTRINSECVS adueniens non necessario sequitur positis fundamento & termino.*

VNdecima q. quolibet articulo quarto ait doctor subtilis, ꝙ ille respectus dicitur extrinsecus adueniens, qui nō necessario sequit̄ positis fundamēto, & termino, vt actio & passio. Posito .n. cōbustibili, & posito

posito igne, non sequitur combustio, sed requiritur approximatio vnius ad alterum, & dato quòd approximatio vnius ad alterum sit, nõnunquam tamen impeditur actio, ut patet de tribus pueris ad fornacem babilonicam deiectis. Dan. capitulo tertio & de Abraam liberato de Hur caldeorum, libro Gen. capitulo 15. ut declarat Phylo Hæbreus libro Gen. seu de origine mundi. Hoc idem adstruit Scotus in quarto distinctione 6. quæstione 10. & distinctione 13. quæstione prima numerans vbi inter respectus extrinsecus aduenientes. Verum oppositum videtur opponere 11. quæstione quolibet dicens, impossibile est corpus esse in loco, & non sequatur vbi.

## SOLVTIO.

Auerro. tertio phi. comento 19. dicit, quod actio & passio sunt respectus, hoc idem dicit quinto phi. comento 9. sic & quòd actio est respectus motus ad agens, & passio est respectus motus ad patiens, in quo recipitur. Qui duo respectus sunt idem subiecto, & distinguũtur diffinitione tertio phi. comento 18. 21. & 22. Nec negabat Auerro. tales respectus esse extrinsecus aduenientes, quoniam Arist. dicit nono metha. test. comento 10. Actiuo naturali, & passiuo debite approximatis, & non impeditis necessario sequitur actio, ergo ad hoc, ꝙ iste respectus sequatur, requiritur hoc extrinsecum, videlicet approximatio debita, & remotio cuiuscunque impedimenti. Scotus vero tenet, ꝙ sunt respectus extrinsecus aduenientes actio, & passio distincti realiter, & formaliter, & quòd actio est in agente subiectiue, passio vero in patiente. Similiter tenet de ubi, posito enim corpore, & posito loco locatiuo non sequitur, vbi circũscriptiuum, nisi approximentur. Tunc ad formam contradictionis dico, quòd verba Scoti hũc obtinent sensum. Impossibile est, quòd aliquod corpus sit in loco modo quantitatiuo. Sic quod totum corpus sit in toto loco, & pars corporis in parte loci, & non habeat vbi in loco, sed bene est possibile, quod sit corpus locabile, & sit locus locatiuus, & non habeat vbi in illo loco. Vt Roma est locatiua atrij diui Marci, & atrium illud est locabile, & tamen non habet vbi Romæ; sed Venetijs, quia non sunt approximata. Immo dicit doctor subtilis, quod datur de facto vnum corpus, quod a nullo loco, locatur. Vt vltima sphera, quæ mouetur quantum ad locare, quia omnia locat, non autem quantum ad locari, quia a to quadragesimotertio, omnia sunt in cœlo, & ipsum est in loco nullo locatur. Ait enim philosophus quarto physico. test. comento per accidens, velut anima. Sed emergit dubium, quoniam Aristot. 3. phy. test. comen. 19. ait. Idem motus numero est actio, & passio, ergo

Arist. 3. lib. phy. con te. x1j voluit ꝙ doctio, & doctrina non sunt idem, neque actio cum passione, sed cui insunt hæc, scilicet motui, nam cũ motu sunt idem actio, & passio, sed non inter se, dicendũ est, quod actio & passio sunt distinctæ formaliter, & sunt idẽ motus, idest, vnus motus realiter.

actio & passio non distinguuntur realiter,& formaliter,sed sunt idem subiecto, & distinguūtur diffinitione. Respondeo uera est propositio Aristo.denominatiue,non autem formaliter,vt combustio, qua ignis comburit lignum pro quanto prouenit ab igne comburente, actio, denominatur,pro quanto vero recipitur in ligno patiente, passio appellatur.

## EX ABSOLVTO ET RESPECTIVO *non fit vnum per se.*

Octaua. VNdecima quæstione quolibet articulo quarto ait Scotus. Ex absoluto & respectiuo non fit vnum per se, quod etiam firmauit 6.q. quolibet articulo secundo. Huius tamen oppositum autumauit in primo dist.5.q.2.& dist.26.q.vnica vbi declarat personam diuinam, quæ constituitur ex essentia,& relatione, patrem, aut filium esse vnum per se.quod quidem confirmauit in primo dist.23.& 6.q. quolibet.

## SOLVTIO.

Quid sit vnum per se logice. Illud est vnum per se logice,quod constituitur ex actu & potentia, vel ex quid,& quali,genere & differentia 8.met.test.com.15.vt homo ex anima & corpore phisice, ex animali & rationali metaphisice, hoc modo sortes compositus ex humanitate & sorteitate non est vnū per se, aliquis homo non est vnum per se, quia componitur ex ly homine & ex ly aliquis,quod est sincathegorema intentionale significās aliqualiter,videlicet terminum, cui additur stare determinate, in determinate tamē,hoc est large.Et tali modo vnitatis per se, aggregatū ex absoluto,& respectiuo (vt patet) non est vnum per se. Aliud est vnū

Quid sit vnum met. per se metaphisice, & est omne illud, quod non componitur ex rebus diuersarum generum prædicamentalium, & sic homo albus non est vnum per se, quia componitur ex humanitate & albedine, quæ sunt substantia,& qualitas. Et pater humanus non est vnum per se,nec logice nec metaphisice,quia constituitur ex humanitate,quæ est substātia,& paternitate,quæ est relatio prædicamentalis. Pater autem diuinus est vnum per se metaphisice,quia non componitur ex rebus diuersorum prædicamentorum. Essentia.n.diuina non est in genere, neque aliquid formaliter dictum de Deo 8.dist.1.q.3. Tunc ad formam contradictionis dicendum arbitror. Vbicunque Scotus opinatur compositum ex absoluto, & respectiuo non esse vnum per se, sed per accidens,verum est logice loquendo, quoniam nullū tale componitur ex actu & potentia (vt dictum est) dum vero asserit personam diuinam esse

Scotus in 6. dist. primi I quit ꝙ ex essentia,& relatione est vnum simplicissimū, intelligitur idest non compositū.

esse ens per se,verum est metaphisice,quoniam non constituitur ex re bus diuersorum prædicamentorum.Sic etiam Christus est vnum per se metaphisice, non autem logice, quod expressit Athanasius in symbolo dicens, non duo tamen, sed vnus est Christus. Et Bernardus ad Eugenium inquiens,illa est summa vnitas,qua Deus factus est homo. Scoti testimonio in *3.distin. 6.*ac etiam *6.*q. quolibet.

## *VBI EST DIVISIBILE per accidens.*

SCotus 1.q.quolibet ar.4.dicit,ꝙ ubi est diuisibile,per accidens ad diuisionem mobilis,& spatij per quod mobile mouetur.Est autem successiuum per se,quia acquiritur in tempore.Et loquitur semper de vbi circunscriptiue.Verum ipsemet scotus in eadem quæstione ar.4. in declaratione tertij intellectus dicit, quòd vbi est forma secundum se diuisibilis, & ideo non competit, nisi corpori diuisibili, vt patet in secundo dist.2. quæstione 5.contradictorie igitur loquitur. Nona.

## S O L V T I O.

Vbi bifariam considerare possumus.Vno modo pro illo vbi, quod acquirit mobile in termino motus, qui motus fit in tempore. Et tale vbi cum sit respectus extrinsecus adueniens vnus & simplex indiuisibilis per se, & diuisibilis per accidens, ad diuisionem mobilis, & spatij. Alio modo pro tota coordinatione ipsorum vbi, quæ acquirunt in toto motu locali,& deperduntur, & tale vbi,est diuisibile per se,quia nō est vnum tantum,sed coordinatio multorum vbi.Vt si quispiam recedat de loco ad locū per aliquā distantiam,multa acquirit vbi,& multa deperdit.Dum igitur Scotus dicit,vbi esse indiuisibile per se,loquitur de vno,vbi singulari.Cum vero docet,vbi esse secundum se diuisibile loquitur de tota ipsorum ubi coordinatione.Et inde dissoluitur argumentum,quod facit Gregorius de Arimino in 2.dist.*6.*q 1. ar.2.contra Scotum.Tenet enim Gregorius, ꝙ ubi, & locus sunt penitus idē. Scotus vero dicit, quòd locus est vltima superficies corporis ambientis locatum immobile primum 4.phy.t.co.41.vbi vero est circunscriptio corporis a loci circunscriptione procedens (vt diffinit Gilbertus porrectanus in libro *6.* principiorum.) Arguit enim.Gregorius sic,si vbi est aliud a loco,aut acquiritur in instāti,aut in tempore. Si in instāti,ergo motus fit in instanti,contra philosophum 4.phi.test.com.71. & 5.phisic. test.comen.34. si in tempore, ergo vbi non est, nisi locus,

Concedit Scotus ꝙ si vbi est forma diuisibilis, ꝙ absolutū est ibi diuisibile & illud absolutum diuisibile est superficies loci, & magnitudo locati, nec & diuisibilitas in respectu, sine diuisibilitate in absoluto.

quia quod acquiritur in tempore, est diuisibile. Respondeo aut capis pro tota coordinatione ipsorum ubi, & sic est diuisibile per se ipsum ubi (vt dictum est) aut capis ipsum ubi pro ultimo, vbi acquisita in fine motus. & illud est indiuisibile per se. Est autem diuisibile per accidens ad diuisionem mobilis, & spatii per quod motus.

### CREATVRAE AD DEVM NON *possunt esse plures dependentiæ eiusdem rationis. Ex xij. quæstione quolibet contradictiones.*

Prima.



Vodecima, q. quolib. ar. 1. tenet doctor subtilis, quod idē non pōt dependere ab eodem plurib. dependētiis eiusdē rationis, quoniam vna stante altera superfluit, & tunc ꝙ depēdet, nō depēderet ab eodē simul, & semel, hoc idē adstruit in primo distinctione secunda, quæstione tertia. Huius tamen oppositum asserere uidetur in primo. distinctione prima quæstione prima, & in 2. distinct. prima. q. prima, ubi determinat creaturam dependere a Deo in ratione finis, & efficientis. Quod firmauit ipse in primo distin. 8. q. ulti. & 7. quæst. quolibet consentiente Auerro. primo phi. com. primo, ubi appellat Deum primum agentē, & ultimum finem omnium rerum, quæ duæ dependentiæ sunt eiusdē rationis, quia finis, & efficiens in Deo sunt idem subiecto, & distinguuntur diffinitione.

## SOLVTIO.

*Quo rō finis & efficientis, in Deo sunt, idem realiter, creata dependent a Deo in genere causæ efficientis, & finalis, sed a materia prima in gñe causæ materialis, & a forma ī ge*

Ratio finis, & efficientis in Deo sunt idem realiter, & distincta formaliter, seu ex natura rei. Efficit enim Deus, quia uolens, finit, quia summum bonum, uel infinitum ens. Et propter istam rationam formalem distinctam efficiendi, & finiendi, dependentiæ illæ non sunt eiusdem rationis, sicut non sunt in eodem genere causæ, licet unametsit causa efficiens, & finiens, quia rationes formales efficiendi sunt alterius rationis saltem formaliter, seu ex natura rei, ut dictum est, efficit enim Deus per modum artis, & libertatis, quia per velle, & finit per modum naturæ, ut declarat Scotus, in quolibet quæstione secunda, & quæstione decimasexta, Sed obiiciet quispiam hoc modo, non est maior distinctio in principiatis, quam in principiis, principia autem formalia istarum dependentiarum solum formaliter distinguntur, scilicet voluntas diuina, & summū bonum, seu infinitum ens, ergo

ergo istæ duæ dependentiæ solum formaliter distinguntur,& non realiter. Et tunc dependentia,qua creatura dependet a Deo in ratione efficientis non erit distincta a dependentia,quā dependet in ratione finis realiter. Quod Scotus negat. Respondeo negando maiorem. Maior enim distinctio est in principiatis,quam in principiis. Exemplum Principia formalia producēdi diuinas personas sunt duo duntaxat solum formaliter distincta,uidelicet memoria fecunda, qua generatur verbum generatione æterna, & uoluntas fecunda, qua spiratur spiritus paracletus,uelut aperit Scotus in primo distinct.secunda quęst.7. & distinct.septima.quæst.uni.nec non 16.quæst.quol. Et tamen uerbum genitum,& Spiritus spiratus realiter suppositaliter distinguntur Ait enim.Ioan.primo,can.capit.5.tres sunt,qui testimonium dant,in cœlo,pater,verbum,& Spiritussanctus,& ij tres unum sunt,essentialiter,scilicet,quod Augustinus exactissime declarat.1.& 10.de Trinit. Pari passu in creaturis.homo namque eodem intellectu diuersas generat scientias,& eadem voluntate dispares parit volitiones.

nere causæ formalis.

## *SOLVS MOTVS LOCALIS potest continuari.*

SCotus 12.quæst.quol.ar.3.tenet,quod quilibet motus potest continuari, nō solum motus localis,hoc idem adstruit in secundo dist.2. q.9.Huius tamen oppositum asserere uidetur Auer.8.lib.phi.com.23. dum dicit,quod solus motus localis potest continuari.

Secunda.

## SOLVTIO.

Sanctus Thomas,Ioan.Bacconitanus,Suessanus,Ioannes Gandauensis,insectantes Auerroē tenent solum motum localem posse continuari, Scotus uero, cui tota subtilium schola adstipulatur, sustinet quemlibet motum continuari posse. Ob id prębemus concilium tale,sententia Gandauensis.8.physi.quęstio.7.motum posse continuari contingit bifariam.Vno modo cōtinuatione totali,alio modo continuatione partiali,primo modo non potest continuari,nisi solus motus localis Secundo modo quilibet motus continuari potest, continuatio autem totalis est, Vt si puer crescat per motum augmentationis, per unum palmum in spatio unius, quòd quacumque hora crescat,& non detur media interpolatio, sic quòd uerum sit dicere, semper puer crescit, hoc modo nō continuatur augumentatio uelut declarat Auerr.8.lib.phis.comen.uigesimotertio, nam uerum est dicere

Motū posse continuari, contingit duobus modis.

cere, nunc quieſcit, & augmentatio non fit, & ratio eſt, quoniam ſi capiantur omnia inſtantia illius temporis, in quo creuit puer per unum palmum, & omnes gradus, ſeu partes quantitatis auctæ tempus excedit quantitatem illam, ergo neceſſario in aliqua parte temporis quieuit puer in motu augumenti. Similiter de motu alterationis. Continuatio partialis eſt, ut uerum ſit dicere, fit motus iſte in aliqua parte temporis ſine interpollatione, & hoc uerū eſt. Nam poteſt quiſpiam alterari febricitando per horā continue, de frigiditate in caliditatem abſque aliqua interpollatione quietis. Similiter poteſt puer creſcere per unum diem continue, tamen quieſcit neceſſario in toto tempore ſuæ alterationis, nulla ergo erit contradictio inter doctores opinantes, quoniā Auer. ſanctus Thomas, Bacconitanus, Gandauēſis, & alij dicentes, ſolum motum localem continuari poſſe, loquuntur de continuatione totali. Scotus & ſequaces opinantes, quemlibet motū continuari poſſe, dixerunt de cōtinuatione partiali Vel dicamus alio modo, quod motum cōtinuari adhuc duppliciter intelligere poſſumus. Continuari hoc eſt perpetuari, & ſic ſolus motus localis poteſt eſſe perpetuus, quia ſolus motus cœli (teſte philoſopho) eſt continuus, & æternus octauo phyſico. primo cęli. & 12. metha. Alio modo dicimus motum continuari, ideſt fieri in aliqua parte temporis continue, ſine interpollatione quietis, & ſic quilibet motus poteſt continuari. Verum exurgit adhuc dubium, quoniam Ar. & Auer. videntur contradicere ſibi ipſis, Nam Ariſtotiles & Auerroes tertio phyſico, te. com. 6. & quinto phyſico. te. com. 39. nec non quinto metha. teſt. comen 18. enumerant motum inter ſpecies quantitatis continuæ ergo quilibet motus quantitas continuā eſt. Et tamen 8. phyſi. teſt com. 22. & 23. dicunt, ſolum motum localem poſſe continuari. Reſpondet Gregorius Ariminenſis in ſecundo, diſtin. 1. quęſt. 5. quòd motus non diſtinguitur à mobili, & à forma, & conſequenter eſt quantitas contiua, & ſubſtantia, & qualitas. Contra quem arguo primo ſic, ergo Ariſt. contradictorie ſibi loquitur adhuc, cum non ſit ſoluta eius contradictio. Secunda ergo diſtinctio, quam aſsignat Auerroes. 3. phyſi. com. 4. de duplici motu, pro uia interminū, & pro termino uię, eſt uana, quam diſtinctionem ponit Scotus in primo, diſtinctio. 2. & q. 2 quolib. alijs uerbis, quod motus poteſt capi pro fluxu formę & pro forma fluente. Ideo reſpondent ſanctus Thomas & Sueſſanus, quòd ubicunque Ariſto. & Auerro. appellarunt motum quantitatem continuam loquuti ſunt indefinite, & tūc uerificatur pro motu locali duntaxat, qui eſt continuus. Sed pace eorum dixerim, iſta conciliatio nulla eſt, quia quādo aliquod prædicatum prędicatur eſſentialiter de aliquo ſubiecto

Continuatio partialis quid ſit.

Quid ſit cōtinuari.

Nota q̄d diſtinctio de motu p̄ forma fluente, & p̄ fluxu formæ, hſ ab Auerroe 3 phyſ. comen. 4.

cto indefinitæ sumpto, prædicatur etiam de quolibet contento sub eo, vt si dicam. Homo est animal, ly animal, prædicatur de quolibet homine. Sed quantitas continua prædicatur essentialiter de motu, ergo de quolibet motu. Igitur non verificatur solum pro motu locali, sed pro quacunque motus specie. Qua propter tale præstamus concilium ad contradictionem apparentem. Ex verbis philosophi non sequitur, motus est quantitas continua, ergo motus fit continue & perpetuo, nisi in motu locali (vt dictum est.) Et hãc esse Aristotiles intentionem, clare ex verbis eius liquet. Nam 8. lib. phisi. te. com. 22. arguit contra Zenonem negantem motum. Ait philosophus, dimittere sensum, & quærere ratione debilitas intellectus est. Ipse & etenim Zeno negabat motum, & mouebat labia. In te com. 23. arguit Ari. contra Haraclitum asserentem, omnia semper moueri, & consequenter quẽlibet motum fieri semper. Dicit philosophus, solũ motus localis põt continuari, hoc est, solum motus localis põt esse perpetuus, & fit semper (vt puta) motus cęli, qui fit in tempore æterno. Cæteri vero motus fiunt in tempore cessante. Possumus etiam aliter cõciliari, ꝙ motum continuari quadrifariam intelligere solemus vno modo, vnã speciem motus continuari alteri speciei, ut generationem continuari corruptioni, augumentationem diminutioni, & calefactionem frigefactioni, & hoc est imposibile, quia si corruptio esset cõtinua, & immediata generatio. Tunc idem simul & semel generaretur & corrumperet, quod negat philosophus. 8. phi. te. co. 62. similiter si diminutio continuaretur augumentationi, idem simul, & semel augeretur, & minueretur. Pariformiter si calefactio continua esset frigefactioni, idem simul calefieret, & frigesceret. Quod intellectus nõ capit. Secundo modo possumus intelligere quemlibet motum esse continuũ continuatione totali, & hoc non, nisi de motu locali duntaxat, (vt dictum est.) Tertio modo motum esse continuum, hoc est perpetuum, & sempiternum, & solus motus cęli est talis. Quarto modo quemlibet motum esse continuum concedimus cõtinuitate partiali. Sic quòd fiat in aliqua parte temporis continuæ sine interpollatione media.

Motum cõtinuari quatuor modis intelligere dicimus.

## AN DETVR PRIMVM MVTATVM esse in motu.

Scotus 12. q. quol. art. 3. dicit, quòd datur primum esse rei generandæ, & primum non esse rei corruinpendę, vt verum est dicere, cum ex ligno generatur ignis, nunc ignis est, & prius nõ fuit, quia generatio fit in instanti. 5. phi. test. comen. 10. Similiter cum corrumpitur lignum,

Tertia.

gnum, verum est dicere, nunc lignum non est, & prius fuit, quia corruptio etiam in instanti fit. capiẽdo generationem & corruptionem pro vltimo formæ, acquisitæ, & corruptæ. Huius tamen oppositum ponere videtur Scotus eadem.q 12.& in 2.distinct.2.quæst.o.9. cum adstruit non dari primum mutatum esse in motu. de mente philosophi.6.lib.phi.te.comen.52.

## SOLVTIO.

Tria sunt genera entium.

Quantum colligimus ab Arist.& Auer.6.lib.phi.te.co.52.& lib.8. phi.com.69.tria sunt genera entium, quædam sunt raptim transeuntia, ut instans in tempore, & mutatũ esse in motu. Quædam vero successiua, ut tempus & motus. Alia autem permanentia, ut substantiæ, quantitates, & qualitates, de quibus tres ponimus conclusiones, prima est, in raptim transeuntibus datur primũ esse, & ultimum esse rei, verum enim est dicere, instans nunc est, & prius non fuit. Similiter verum est dicere, instans nunc est, & post hoc non erit. Secunda conclusio in successiuis datur primum non esse, & vltimum non esse rei. Verum enim est dicere, nunc motus non est, & in tempore præcedenti fuit. Similiter verum est dicere, nunc motus non est, & in tempore sequenti erit. Non datur autem primum mutatum esse, seu primum esse motus, ut ponit philosophus.6.phi.te.com.52. quia motus fit in tempore, non autem in instanti. Nam de ratione motus est successio, vt declarant Auer.4 phi.com.71.& Scotus in secundo, dist.2.q.9. Tertia conclusio in permanentibus datur primum esse rei generandæ, & primum nõ esse rei corrumpendæ (ut dictum est) in exemplo de igne, & ligno, si ex ligno generetur ignis, verum est dicere, nunc ignis est, & prius non fuit, quia generatio fit in instanti. Similiter dum corrumpitur lignum, uerum est dicere, nunc lignum nõ est, & prius fuit, quia corruptio in instanti, & sic primum non esse rei permanentis. Tunc ad formam contradictionis dico, quando Scotus dicit de mente philosophi, quòd datur primum esse rei uerum est in raptim transeuntibus, & in permanentibus. Dum vero negat dari primum esse rei, uerum est in successiuis, cuiusmodi est motus. Non enim datur primum mutatum esse in motu, ne motus fiat in instanti. Verum enim uero emergit dubium, quoniam Arist.8.lib.phi.test.com.69.videtur dicere, quòd non datur primum esse rei generandæ etiam in substantijs.

Motus fit in tempore.

Dubium.

Responsio.

Respondeo non datur primum esse rei generendæ, cum ultimo esse rei corrumpendæ, quia tunc natura simul & semel esset sub duabus formis oppositis, utputa, si ex ligno fiat ignis, verum est dicere, nunc ignis

ignis est, & prius non fuit, nunc lignum non est, & prius fuit, non autem nunc lignum est, & postea non erit, quia tunc eadem materia esset sub forma ligni, & sub forma ignis. Sed dubitatur adhuc, quoniam si datur primum esse rei generandæ, ergo aut motus fit in instāti, aut datur aliqua forma absque qualitatibus, necessario sibi conuenientibus probatur consequentia sic. Detur primum esse ignis, aut ignis in primo sui esse vēdicat sibi qualitatem naturalem sibi naturaliter conuenientem, puta calliditatem, aut non, si non, ergo datur ignis frigidus, si sic, illa caliditas non acquiritur, nisi per alterationem. 5. phisic. test. comen. 9. & acquiritur in instanti, sicut primum esse ignis, ergo alteratio fit in instanti, alteratio est motus, ignis motus fit in instanti. Quod negat philosophus. 4. phisico. test. comen. 71. & 118. Respondeo formæ naturales vendicant sibi qualitates proprias indeterminata latitudine sui esse. Cum autem ignis habet primum sui esse, non habet determinatam latitudinem sui esse, idcirco in illo signo non habet caliditatem sibi conuenientem. Et cū arguitur, ergo datur ignis frigidus, negatur consequentia, tunc enim sequitur, quòd ignis in primo sui esse non est calidus, nec sequitur postea, nō est calidus, ergo est frigidus, quoniam multa non sunt calida, & tamen non sunt frigida, quia non sunt capacia talium qualitatum, vt Angelus, cœlum, & anima. Sic ignis in primo sui esse nec calidus, nec frigidus. Et si arguatur, ignis in primo sui esse non est calidus, ergo ignis non est calidus, negatur consequentia, cōmittitur enim fallatia consequentis à secundum quid ad simpliciter. Sicut non sequitur, homo in primo signo non est risibilis, ergo homo non est risibilis.

Dubium.

Responsio.

## ANNICHILATIO FIT IN TEMPORE *nedum in instanti.*

Scotus 12. quæstio. quol. artic. 3. & in secundo, distinct. 2. quæst. 9. tenet, quòd Deus potest creare, & anichilare aliquam rem non solum in instanti, sed etiam in tempore. Huius oppositum videtur dicere in secundo, distinct. prima, quæst. 2. & in 4. distinct. 1. q. 1. ac in 3. dist. 4 q. vni. vbi determinat, quòd nulla creatura operatur in instanti, sed solus Deus in instanti operatur.

IIII. Anichilatio conuenit soli Deo, sicut & creatio, & quicquid Deus facit, in instāti facit, nam virtus infinita nō pôt agere in tpe ergo anichilat ī instāti

## SOLVTIO.

In hoc discordant Theologi à philosophis. Theologi.n. tenēt Deū operari ad extra libere, quia per velle Psal. 113. omnia quæcunq; voluit,

luit, fecit. & ideo operatur in instanti & potest etiam in tempore ad placitū Philosophi solo lumine naturę veritatē illuminantes, dicunt, Deum necessitate naturali ad extra operari, ut patet lib.7.phi.te.co. 79.& declaratū est.7.q.quol. Ob id dicunt Deum in instanti tantum operari posse, & non in tempore.8.phi.te.co.10.& 29.& 12.met.te. co.129.Tunc ad formam contradictionis dicendum, quòd dicta Scoti vera sunt Deum operari in instanti, sed inde non sequitur, ergo non potest operari in tempore. si ei placet. Sed insurgit Gregorius Ariminensis in 2.dist.2.q.1.arguens sic. Si Deus creat Angelum in tempore, aut creat ipsum indiuisibiliter, aut diuisibiliter. Si indiuisibiliter, ergo in instanti, & non in tempore. Si diuisibiliter, ergo Angelus est diuisibilis. Respōdeo, quòd Deus creat res eo modo, quo ipse creabiles sunt, & cum angelus sit indiuisibilis, ideo indiuisibiliter ipsum creat, & si in tēpore vellet ipsum creare, etiam indiuisibiliter crearet. Et cū arguit Gregorius, Deus creat angelum indiuisibiliter, ergo necessario in instanti. Negatur consequentia, quoniam successio est in factione, non autem in re facta Aliter tamen Respondet Franciscus Mayronis in 2.distin.1.q.8 ꝙ dictum Scoti intelligitur sic. Annichilatio fit in tempore, hoc est, res, quę annichilatur in instanti, fuit in toto tempore præcedenti & sic in toto tempore sequenti erit sub non esse.

*BEATI OMNES ESSE VOLVMVS:*
*Ex xi. quæstione quolibet contradictiones.*

I. Beatus ē quidquid vult dicer doctor in 1. quest intelligenda sic ista propositia, q: q dordinate vult, ī 4 vero 49. q.1.dicit, ꝙ ly quicquid pōt sumi du pliciter vno modo diuisiue, pro quolibet appetibili, &

ECIMATERTIA questio.quol.dicit Scotus, quòd nos summe appetimus, & diligimus beatitudinem, quæ Deus est libere tamen, & nō necessario, dicēte Augu.13. lib.de trinit.cap.4.beati omnes esse uolumus. Hoc idem dicit in primo ipse Scotus distinct.1. quæst.4. Huius tamen oppositum asseuerare ostendit in 4. distinct.49. quæstio.9. Vbi adducit auctoritatem Aug.lib.Enchir.cap.104 inquientis, Sic beati esse uolumus, ut nullo modo miseriam velle possimus. Si igitur non possumus velle miseriam, ergo necessario diligimus beatitudinem.

SOLVTIO.

Henricus sanctus Thomas, & Egidius dixere, nos necessario frui vltimo fine cognito, hoc est, nos dum cognoscimus Deum, necessario diligimus eum, quia in eo est omnis ratio boni diligibilis. Frui nempe

nempe est amore inhærere alicui rei propter seipsam, ut declaratur in primo, dist. j. Scotus vero tenet, quod libere, & summe diligimus Deum, non tamen necessario, quia etiam beati in patria possunt non diligere, seu non frui quantum est de se. Si autē nō possunt peccare, hoc est per gratiam, in primo, dist. 1. q. 4. Et ad formam contradictionis dico. Ex dicto Augustini lib. Enchir. non sequitur, nisi quòd non possumus diligere miseriam, seu damnationem, quia ipsa nō habet rationem diligibilitatis, nec possumus odisse beatitudinem, quia non habet rationem odibilitatis. Vnde uoluntas est libera circa omne obiectum uolibile, & nolibile, quia dānatio non est volibilis, ideo ipsa uoluntas non potest eam velle. Similiter cum Deus ipse non sit odibilis, ob id non potest eum volūtas odisse. Hoc expressit Augustinus primo retracta. ca. 9. dicens. Nihil est tam in potestate uoluntatis, quàm ipsa uolūtas. Libera nō est circa omne volibile, & nolibile. Oritur tamen dubium, quoniam Psal. 77. dicitur, superbia eorum, qui te oderunt domine, & Christus dicit, nō pōt mundus odisse vos, me aūt odit, ergo possumus odisse Deum. Io. cap. 7. Respondet Scotus in 2. distinc. 43. q. 1. Odisse Deū bifariam sumitur formaliter & sic non possumus, quia in eo nulla est rō odibilitatis. Alio modo interpretatiue, & sic possumus. Hoc modo damnati graui odio Deum prosequuntur. Damnati. n. nollent puniri, & consequenter nollent iustitiam punitiuam, & sic nollent iudicem iuste punientem. Sacra igitur scriptura ponit hominem posse odisse Deum interpretatiue, non autem formaliter secundum se.

sic nō intelligitur alio modo vutti ue, pro eo in quo oīa cōtinentur eminenter, & sic dēt intelligi.

Si odisū capiatur interpretatiue, idē ē quod spernere Deū.

## ACTVS EST PRIOR POTENTIA, & potentia prior actu.

SCotus 13. quolibet artic. primo, & in primo, distinctio. 30. quęstione prima, nec non in quarto, distinctio. 49. quæstio. secunda, et Arist. 9. met. test. comen. 13. dicunt, actus est prior potentia tempore, diffinitione, et perfectione, quoniam potentia diffinitur per actum. Huius oppositum uidetur sequi ex dicto eorum, uidelicet priora generatione sunt posteriora perfectione, quod est intelligendum in eodem ordine. Tunc sequitur expressa contradictio, quoniam actus est prior tempore ipsa potentia, ergo prior generatione. Sed quod est prius generatione, est imperfectius, ergo actus est imperfectior ipsa potentia, ergo duo textus claudunt contradictionem, uidelicet test. comen. 13. vbi dicit, quòd actus est prior perfectione, et test comento 15. ubi dicit, quæ sunt priora secundum generationem, seu tempore sunt imperfectiora.

Secunda.

## SOLVTIO.

Actus ē melior. & honorabilior potentia, & hoc in bonis, nam in malis actus est deterior potentia. 9. metaphysi. contex. 19.

Propositio Arist. est indefinita, & subiectum stat determinate. Cū ergo dicit, actus est perfectior potentia. verum est de aliquo actu, vt anima est perfectior corpore. Similiter dum dicit, quod est prius tempore, est imperfectius, vera est ista propositio in aliquibus, vt semen deuisum prius est sub forma seminis, deinde sub forma lactis, inde sub forma sanguinis postea sub forma embrionis, demum sub forma corporis, vt declarat Scotus in tertio distinctione 4. quæstione vnica, & sic natura procedit de imperfecto ad perfectum 9. met. test. comento 13 Quod expressit Arist. Ibidem dicens. Actus est prior potentia tempore, est quidem, vt sic est autem vt non, ac si dicat, aliquando est vera ista propositio, aliquando falsa. Verificatur enim vtraque propositio in hoc exemplo. Plato generat coriscum. Plato, qui est homo in actu, est prior tempore ipso semine diuiso ab eo. Semen autem est prius tēpore ipso corisco genito, & tamen semen est coriscus in potētia, & coriscus in actu. Igitur aliquando actus est prior tempore ipsa potentia, aliquando vero potentia est prior actu. Sed insurgit dubium, quoniā Arist. & Auer. primo phy. test. comento 82. dicunt, quòd materia prima est ingenita, & æterna, & 7. met. test. comento 8. dicunt, quòd non est ipsa materia quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eorum, quibus ens est determinatum, sed est in potentia omnia, ergo nihil est prius tempote ipsa materia, quæ est in potentia, quia æterno nihil est prius tempore. Respondeo propositiones huiusmodi. Arist. verificantur ingenerabilibus, & corruptibilibus, quia in æternis non est prioritas temporis, sed naturæ duntaxat, primo cæli comento 104. nec non libro de substantia orbis comento secundo.

## VIRTVS, ET VITIVM
### *sunt ad aliquid.*

Tertia.

SCotus decimatertia quæstione quolibet articulo secundo dicit virtus, & vitium sunt ad aliquid, quod porit Arist. 7 phisic. test. comento 17. Oppositum videtur statuere Scotus in tertio distinctione 33. quæstione unica quòd uirtus est habitus in uoluntate ad eligendum, quæ iusta sunt, habitus autem uoluntatis est de prædicamento qualitatis, ergo uirtus non est relatio. Hoc idem dicit philosophus, qui diffiniens uirtutem secundo. Ethicorum ait, uirtus est habitus electiuus iustorum.

SO-

## SOLVTIO.

Diuus Thomas,& Sueſſanus,ſeptimo phiſi.t.com.17.dicunt,virtus ſicut quilibet habitus animæ,eſt ad aliquid fundamentaliter,non autem formaliter,& ſecundum ſe,quoniam uirtus fundatur ſuper aliquam relationem.Similiter quilibet habitus animę fundatur ſuper aliquam relationem.Ideo dicitur relatio fundamentaliter. Secundum ſe tamen eſt qualitas. Sed pace tantorum doctorum iſta conciliatio nulla eſt.Nam abſolutum,non fundatur ſuper relationem, ſed econuerſo,quia nullum fundatum eſt maioris entitatis ſuo fundamento. Ob id Scotus dicit.13.quæſt.quol.quod uirtus poteſt conſiderari dupliciter,uno modo quantum ad formale ſignificatum, & ſic eſt qualitas de prædicamento qualitatis.Eſt enim habitus electiuus iuſtorū. Altero modo quantum ad connotatum,& ſic eſt de prædicamento relationis.Connotat.n.relationem inclinantis ad inclinatum, quia uirtus inclinat uoluntatem ad eligendum,quæ iuſta ſunt. Sic etiam ſciētia formaliter eſt de prædicamento qualitatis. Eſt .n.habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus,de connotato eſt relatiuum, quia connotat relationem ad ſcibile, ut eſt imago rei ſcibilis.5.met.t. com.20.uerum dubitatur ſic.Ari.dicit,quod ad ſcientiam non eſt motus,ſeptimo phi.te.com.17.quia eſt ad aliquid, & in aliquid non eſt motus,quinto phi.t.com.10.Reſpondet Scotus, quod ſcientia ratione connotati eſt ad aliquid,& ideo ad ipſam non eſt motus,niſi alteratio corruptiua,quæ eſt motus. Nam relatio non acquiritur,in aliquo fundamento,niſi alio prius acquiſito,ut declarat doctor ſubtilis 13.q quolibet articulo ſecundo,nec non. vndecima quæſtio.quolibet,ar.4. Similiter ſcientia non acquiritur in intellectu,niſi prius acquiratur in eo ſpecies.Ariſto.ſecundo,de anima,intelligimus cum uolumus teſt. comen.60.quia cum intellectus,habet ſpeciem intelligibilem repræſentantem rem intelligendam, intelligit quando uult,& 3.de anima teſt.6. anima eſt locus ſpecierum, non tota,ſed intellectus. ſimiliter te.comen.30.& 39.oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari.

Virtus pōt conſiderari duob. modis.

Virtus & viſum ad aliq̄d ſunt ſm dici.

## *A CONCRETIS AD ABSTRACTA non nunquam tenet conſequentia in logica.*

DEcimatertia q.quol ar.2.dicit doctor ſubtilis,quod a concretis, ad abſtracta tenet conſequentia. Quam regulam ipſe dupplici gloſemate gloſauit lib.uniuer.q.prima.& 16. Primo tenet in concretis dictis a concretione ad ſubiectum,non autem a cōcretione ad ſup-

Quarta.

positionem, hoc est, tenet in accidentibus, non autem in substantiis. Secundo tenet, quando est prædicatio per se in primo modo, & essentialis. Defectu primi, non tenet ista consequentia homo est albus, ergo humanitas est albedo, quia arguitur in substatiis Defectu secundi non ualet ista consequentia motus est longus, ergo motio est longitudo, quoniam licet arguatur in accidentibus, non tamen arguitur, in prædicatione essentiali. Huius tamen oppositum asserere uidetur q 4. distin. 49. q. prima, ubi concedit istam consequentiam. Beatus est, q hẽt quicquid uult, & nihil mali uult. ergo beatitudo est habitio cuiuscunque uoliti, ex August. 13. lib. de trin. & tamen prædicatio non est per se, ut patet.

A concretis ad abstracta ualet cõsequẽtia in accidentali bus non in substantiali bus, media abractione non ultima

## SOLVTIO.

In cõcussa est regula Scoti, ut declaratũ est. Et ad formã contradictionis dicimus, ꝙ ista propositio, Beatus est, qui hẽt q cquid uult, est in accidentibus, & in prædicatione essentiali, qm̃ capitur beatus formaliter, & sic est relatiuum, uelut pater, filius, generans & ijs similia relatiua. sic. n. exemplificat Scotus. 1. q. vniuer. logicus est sciens, ergo logica est scientia. Capit ibi logicum formaliter, ut est relatiuum, non autem fundamentaliter pro sorte, uel Platone, quia sic est substantia. sed dominus Gadius celebris in Gymnasio subtilium dicit, quod regula ista aliquando tenet in substantiis, quando est consimilis denominatio prædicati, & subiecti Exemplum ponit tale. Valet. n. ista consequentia, homo, est homb, ergo hæc humanitas, est humanitas. Ista uero non tenet, sortes est homo, ergn humanitas, quia non e. consimilis denominatio prædicati, & subiecti. Cui reuerenter respondens ego dico, imaginationem eius nullius esse roboris, nec ualoris axtare. Nã Sco. 5. dist. 1. q. 1. docet, ꝙ iu substantiis unica est tm̃ abstract. 5. a supposito, sicut unica tm̃ concretio. Cui adstipulatus Franci. Mayronis in 1. dist. 5. q. 1. dicit, ꝙ in substantiis una duntaxat est abstractio per nomina primæ intentionis, quamuis posśint fieri multæ per nomina secundę intentionis, ut homo, humanitas, quiditas humanitatis. Igitur dum dico humanitas, ipsa abstrahit a quocunque inferiori, ergo falsa est ista, hæc humanitas est humanitas. Et si Gadius dicat, quod consequentia stat in nomine primæ intentionis hoc modo. Homo est hõ, ergo humanitas est humanitas, concedo, sed consequentia est bona de memoria, quia idẽ prædicatur de semetipso, non autem ualet uirtute regulæ, quam assignat Scotus. Veruntamen adhuc dubitat quispiam in hac regula. Bene sequitur, logicus est opinans, ergo logica est opinio,

In cõcretis substantiali bus fit tãtũ una abstractio a supposito vt ab isto, & ab illo hoĩe abstrahitur humanitas, q ultima ẽ in fundamentus.

nio,ficut tenet,logicus eſt ſciens,ergo logica eſt ſcientia.Antecedens probatur,ſicut ibi probat Scotus. In logica multa opinatiue concluduntur,ergo logicus eſt opinans.Sic enim prima q.vniuer.arguit doctor ſubtilis.In logica multa demonſtratiue concluduntur,ergo logicus eſt ſciens,ergo ſcientia,pari paſſu formatur ſyllogiſmus ſic.In logica multa opinatiue concluduntur,ergo logicus eſt opinans,logicus eſt opinans,ergo logica eſt opinio. Reſpondeo ꝙ conſequentia eſt bona, ſed antecedens diſtinguendum eſt, aut capis logicum partialiter pro thopico,videlicet thopice ſyllogizante,& ſic concedimus antecedens,conſequentiã & conſequens. Aut capis logicũ totaliter,pro callente artẽ logicã,& ſic nego antecedens,quia in arte logica nihil opinatiue concluditur, ſed ipſa demonſtratiue docet artem arguendi poſterioriſtice,thopice,& ſophiſtice. Vel dicamus, quòd logica vtens eſt opinio,non ſcientia,ſed inſtrumentum ſciendi,ſicut declarat Aue.primo phy.com.35.& 8.phy.com.7. nec non 2.met.com.15. & 7.meta. cõm.2.utimur enim logica bifariam,vel pro quanto vtimur arte logica,arguendo & ſyllogizando ſyllogiſtice,enthimemathice,inductiue & exemplariter. Aut pro quanto accipimus aliquam propoſitionem declaratam in logica,ad probandum aliquam veritatẽ in aliqua ſcientia.Et vtroque modo logica eſt vtens,ſeu vſualis,non ſcientia ſed modus ſciendi.Auerroe teſte.

## *IMAGINATIVA DISCERNIT in particulari.*

SCotus 13.q.quol.art.2.dicit, quòd imaginatiua cognoſcit, diſcernit,& iudicat entia,quæ non ſunt præſentia,& exiſtẽtia, ac ſi eſſent præſentia,& exiſtentia.Huius oppoſitum aſſerere uidetur 1.met.q.5. qua quærit,vtrum ex experimentis generatur ars.Vbi dicit,quòd officiũ imaginatiuæ non eſt cognoſcere,diſcernere,& iudicare,ſed ſolum recipere ſpecies ſenſatas a ſenſu communi, & eas conſeruare, tanquã armariolum ſenſus communis. Quinta.

## SOLVTIO.

Pro dilucidatione huius manifeſtæ controuerſiæ animaduerſione dignum cenſeo, ꝙ tres fuere famoſæ poſitiones de numero potentiarum organicarum intrinſecarum. Quantum colligimus a Scoto in 4.diſt.45.& a Gandauẽſe lib.2.de anima q.vlt.nec non lib.de memoria,& reminiſcentia q.5.Prima poſitio eſt Ari. q tres duntaxat poſuit potentias organicas intrinſecas, quæ ſunt ſenſus cõis cogitatiua, quæ Nota has tres poſitiones.

dicitur phantasia,& imaginatiua,tertia est memoratiua.Nullum penitus (secundum Arist.) est discrimen inter cogitatiuam, phantasiam, & imaginatiuam.Secunda opinio est Auer.asserentis,quatuor esse potentias interiores organicas,quæ sunt,sensus communis imaginatiua cogitatiua,& memoratiua, itaque phantasia, & imaginatiua idē sunt secundū Auer.Cogitatiua vero distinguitur ab imaginatiua,seu phantasia secundum eū 3.de anima com. 6. tertia assertio est Auicennæ 6. naturalium parte 1.c.vlt.adstruentis quinque esse potētias interiores organicas,quæ sunt sensus cōis,seu phantasia, imaginatiua, cogitatiua, extimatiua, & memoratiua.Tunc ad formam contradictionis dico.Dum Scotus in met.dicit, ꝙ imaginatiua non discernit, sed est armariolum sensus communis, loquitur secundum Auicennam, quem in meta.insectatus est sepius.Cum uexo 13.q.quol.asserit imaginatiuam discernere,loquitur secundum Ari. affirmantem inter cogitatiuam,phantasiam,& imaginatiuam,nullam penitus esse differentiam.

Opinio Scoti.

Et si dubitet quispiam,quoniam Auer. videtur addere ipsi Aristo.Nā Arist.tres tantum ponit potētias organicas interiores.Auer.autē quatuor,vt dictum est.Veruntamē ipse Auer.in prohæmio 1.lib.de phy. auditu dicit.Arist.filius Nichomachi sapientissimus omnium Græcorum,& nullus eorum,qui sequuti sunt eum vsque ad hoc tempus,qđ est.Mille & quingentorum annorum, aliquid addidit, nec inuenit in verbis eius errorem alicuius quantitatis,& talem virtutem esse in indiuiduo vno est miraculosum, & extraneum. Quod itidem firmauit in tertio de anima,comento 14.Respondeo verum est Auerr. addidisse, sed non intendebat addere, sic etiam euenit Alexandro Aphrodiseo, quia posuit animam mortalem in via Peripathetica, velut declarat Auerr.tertio de anima comento quinto cum tamen sit problema,neutrum in scholis peripatheticis,Scoti testimonio in 4 dist 43.q.secunda,& ipse Auerr.ibidem posuit vnitatem intellectus,arbitratus in doctrina Peripathetica intellectum esse vnicum in omnibus,cum tamē Arist.dicat 16.de animalibus,intellectus de foris venit. Contra quem inuecti sanctus Thomas,& Scotus,dixere,maledictus Auer. in sua fictione de vnitate intellectus,quam nec ipse,nec sui sequaces,vnquam intelligere potuerunt.

Nota & bene.

Est problema an anima sit immortalis.

## FOELICITAS HVMANA *consistit in operatione.*

Sexta.

DOctor subtilis 13.quæstione quol.art.2.dicit, beatitudinem consistere in operatione, quod declarans in quarto distinctione 49. q.pri-

q. prima quarta & quinta ait, quòd fœlicitas humana consistit principaliter in actu voluntatis, qui est fruitio, dispositiue autem in actu intellectus, qui est cognitio clara Dei, & matutina. Huius oppositum ponere uidetur in quarto distinctione 49. q. 1. vbi dicit, Beatitudinem consistere in coniunctione actus ad obiectum, quæ est relatio realis attingentiæ ipsius actus ad obiectum.

## SOLVTIO.

Scotus ponit beatitudinem consistere in fruitione completiue, quæ est actus voluntatis, dispositiue vero in actu intellectus. Augustinus enim ait lib. de doctrina Christiana c. 6 Summa merces est, vt ipso perfruamur, & primo de trin. c. ult. Visio est tota merces, quod est intelligendum principiatiue. sicut dictum Euangelij Ioã. c. 17. Hæc est uita æterna ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum Dominum nostrum. Diuus Thomas autem in actu intellectus principaliter imaginatur intellectum esse nobiliorem volũtate, quod Scotus non tenet, & positio diui Thomæ est magis peripathetica, quàm theologica. Nam Arist. 10. libro Ethi. c. 10. posuit fœlicitatẽ in actu sapientiali, & 12. met. test. com. 51. in actu intellectus. Auer. vero 3. de anima co. 36. in copulatione intellectus agentis cum intellectu possibili, Ideo ad formam contradictionis dico, quòd fœlicitas humana consistit initiatiue in actu intellectus, completiue vero in actu uoluntatis, videlicet in cognoscendo Deum clare, & videndo ipsum sicuti est, teste Ioanne 1. can. capitulo primo & facie ad faciem, vt declarat Paulus 1. cor. capitulo 13. & fruendo eo summo bono fruibili completiue, concomitanter in relatione illa attingentiæ actus ad obiectũ beatificum, quoniam nullus est perfecte beatus, nisi attingat obiectum beatificum, quod est Deus intuitiue, & præsentialiter.

Beatitudo extẽsiue cõsistit in operatione. Intensiue vero in actu voluntatis.

## *DEVS NON POTEST FACERE notitiam intuitiuam sine præsentia obiecti existentis.*

Tenet Scotus decimatertia quæstione quolibet articulo secundo quòd Deus non potest facere notitiam intuitiuam sine præsentia reali obiecti realiter existentis, vt non posset Deus facere, quòd ego videam lapidem visione intuitiua, quæ est rei præsentis, & existentis in propria præsentia, & existentia, nisi lapis ille sit realiter præsens. Illud idem ponit in quarto distinctione 49. quæstione prima. Hu-

Septima.

ius oppositum sentire ostendit in 4. dist. 10.q. vltima vbi tenet, quòd Deus potentia sua potest causare in oculo non glorioso visionem corporis Christi, quamuis illud corpus non sit præsens illi oculo.

## SOLVTIO.

Deus de potētia sua absoluta pōt causare visionem corporis Christi in eucharistia, ī oculo glorioso vel non glorioso, idest in potentia visiua.

Fräciscus Mayronis in prologo primi q.18. declarat, qualiter Deus non potest causare in aliquo intellectu notitiam intuitiuam alicuius rei, nisi illa res sit præsens in propria præsentia, & reali existentia Quoniam relatio attingentiæ actus intuitiui ad obiectum realiter præsens est eadem realiter illi actui, ergo ille actus intuitiuus nō potest esse sine præsentia obiecti, (licet magister Parisiensis, & Gadius non sic opinati fuerint.) Ideo ad formā cōtradictionis dicendum, ꝙ si Deus immitteret oculo cuiuspiam viuentis claram visionem corporis Christi, quod non esset illi oculo præsens, illa visio non esset intuitiua, sed abstractiua per speciem, similitudinē, & appellatur imaginaria, quia est per imaginem, seu similitudinem rei visæ, non autem per ipsam rem visam in propria præsentia, & existentia. Sic Stephanus vidit cœlos apertos visione imaginaria per similitudinem, in Actibus capitulo 7. sic Petrus in extasi vidit discum in Actibus, capitulo decimo per similitudinem rei.

## *YLIAS POTEST DIFFINIRI.*

Octaua.

DEcimatertia quæstione quolibet art. 3. ait Sco. quòd de ratione contingenti nihil per se prædicatur, hoc est de eo, quod est unum per accidens nihil per se, & essentialiter prædicatur, vt de homine albo, nihil per se prædicatur. Ista enim homo albus, est homo albus, est per accidens. Et ista etiam, homo albus est homo. Hoc idem dicit in 3. dist. 7. & dist. 22. quæstione vnica. Ex Arist. 5. met, 1. co. 34.

Huius tamen oppositum sentire videtur 12. q. quolibet vbi dicit, contingit vna voce multa significare, & dat exemplum, vt Ylias, diffinitur sic, ylias est historia de bello Troiano, significat multa, & tamen profertur vna voce. & Ar. 7. met. test. c. 13. dicit, quod Ylias diffinitur (vt dictum est.)

## SOLVTIO.

Definitio qs pōt es-

Diffinitio est duplex in doctrina Scoti in 4. dist. 1. q. 2. & 7. met. q. 4 quid rei; & quid nominis, quod trahitur ab Ar. 4. met. t. c. 28. dicente,

Ra-

Ratio, quam significat nomen, est diffinitio. Tunc ad formam contra dictionis dico, cum Scotus dicit, quòd ratio contingens nō diffinitur, verum est diffinitione quid rei. Dum vero Ar. & Scotus dicunt, quòd ylias diffinitur, verum est diffinitione qnid nominis. Sed emergit dubium, quoniam Scotus in secundo distinctione 3.q.9.dicit, quod ista propositio est per se in primo modo, seu essentialis, videlicet superficies alba est alba, & tamen superficies alba est ratio contingens, seu aggregatum per accidens ex quantitate, & qualitate, igitur aliquid prædicatur essentialiter de aggregato per accidens. Respondeo ad hoc, quòd propositio sit complete essentialis, duo requiruntur, primum, quòd subiectum sit per se vnum, Secundum quòd prædicatum includatur quiditatiue in subiecto in ista propositione, superficies alba est alba, est vna conditio tantum, quia prædicatum includitur in subiecto, non autem alia (vt patet) quoniam subiectum est aggregatum, idcirco est essentialis incomplete, non autem complete, & sic intelligit Scotus illum esse per se in primo modo quantum ad vnam conditionem duntaxat.

se tam entis quàm non entis vide Mauritiū in 3.q.vniuersalium. ista propositio superficies alba ē, alba est incomplete per se rōne primæ cōditionis.

## RESPECTVS PRODVCENTIS *ad productum est actio, & est relatio.*

Scotus in 4.distin.13.quæst.prima dicit, quòd respectus producentis ad productum, est relatio de capitulo ad aliquid, vt si ignis calefacit aquam, productio caliditatis in aquam est de prædicamēto relationis. Qui tamen 13.q.quol.ar.3.dicit, quod actus intelligendi, quo producitur intellectio, dum intellectus intelligit aliquod obiectum, est actio de prædicamento actionis, & appellatur intellificatio, hoc est factio intellectionis, & hoc ipsum ipse Scotus confirmat in primo distinctione tertia quæstione septima.

Nona.

## SOLVTIO.

Quantum a Scoto colligere possumus, dum ignis calefacit aquam in illo motu sunt tres respectus, primus producentis ad productum ignis scilicet ad calliditatem productam. Secundus est inducentis ad inductiuum scilicet & educentis ad eductum, quia ignis inducit caliditatem in aqua, & educit ipsam de potentia materiæ, hoc est, de virtute sua, qui est agens materiale, tertius respectus transmutantis ad transmutatum, quia ignis calefaciens aqua in transmutat ipsam de frigiditate in calliditatem. Primus, & secundus respectus sunt de prædica-

In motu ignis sunt tres respectus.

mento relationis, ut declarat Antonius Andreas, lib. sex principiorū, cap. de actione. Tertius autem respectus transmutantis, s. ad transmutatum est de capite actionis. Tunc ad formam contradictionis dicendum, quod aliquid producitur in re cum motu, & transmutatione, ut caliditas in aqua ab igne calefaciente, & talis productio est relatio solū de prædicamento relationis. Aliquid uero producitur in intellectu absque motu, & transmutatione corruptiua, ut intellectio producitur ab intellectu intelligente, etiam ab obiecto in ipso intellectu, non extra ipsum, & huiusmodi productio est actio de prædicamēto actionis & appellatur actus intelligendi, seu intellificatio, sicut inductio caliditatis in aqua, est factio ipsius caliditatis. Et rationabiliter quidem, qm̄ requiritur approximatio passiui ad actiuum, ut sequatur factio caliditatis. Similiter requiritur approximatio obiecti in se uel in specie, ad hoc ut fiat intellectio ab intellectu uelut declarat Scotus, in primo distin. 3. q. 7. & 8.

Aliqaid producitur, cū motu & aliqui de fine motu.

*NON POSSVMVS COGNOSCERE TRINItatem personarum in diuinis naturaliter. Ex XIIII. Quæstio. quolibet contradict.*

Prima.

QVartadecima, quæstiō. quol. ait Scotus, quod anima intellectiua suæ naturali perfectioni derelicta, non potest cognoscere trinitatem personarum in diuinis. Hoc idem firmauit in prologo primi, quæstiō. prima. Oppositum huius uidetur ponere Scotus. 14. quæstio. quolibet, articu. primo, dum dicit, quod homo uiator potest habere notitiam credulitatis, de ista ueritate, Deus est trinus, & unus, adeo firmam & claram, quod poterit in eo dici scientia, & hoc naturaliter, & ex naturalibus.

## SOLVTIO.

An possumus naturaliter cognoscere trinitatem.

Sanctus Thomas prima parte summæ, quæ 32. articu. 3. quæstione prima, tenet, quod non possumus naturaliter cognoscere trinitatem, personarum in diuinis. Cui adstipulatus est Scotus, nec non Franciscus Mayronis, in quolibet quæstione secunda. Et ad formam contradictionis dico, quod cognoscere Deum trinum, & unum contingit dupliciter, uno modo actiue, sic quod intellectus naturaliter, & ex naturalibus acquirat istam cognitionem, & sic nullo modo potest, quoniam licet cognoscat istos terminos, uidelicet Deus trinus, & unus im-

imperfecte, non autem perfectè naturaliter, & ideo non cognoscit naturaliter totam complexionem, uidelicet terminorum Deus est trinus & unus. Alio modo naturaliter passiue per releuationē, s. ab agēte naturali, qualis est homo, & sic potest. Et talis notitia dicitur credulitatis, quoniam fides ex auditu, ut ait Paulus ad Rom. 10. & talem notitiam credulitatis acquisitam ab agente naturali reuelante Augustinus, 15. lib. de trini. cap. 12. Appellat scientiam large loquendo de scientia, sicut scimus occeanum esse quod nūquam uidimus, sed aliorum testimonio dicimus illud esse, qui. s. uiderunt. Verum tria emergunt dubia. Primum est, quoniam Mercurius Trymegistus. i. Termahuus, qui leges præstitit Aegiptiis, ut notant patrum decreta distin. septima, ca. Moyses, & Marsilius Ficinus Platonicus in prohœmio li. qui dicitur pymander, fidem facit ait dialogo. 4. dicti libri, qui nominatur Monas. Monas gignit Monadem, & in se suum reflectit ardorem, ac si uelit dicere, Deus pater generat unicum filium, & spirat spiritum sanctum. ergo ipse dnouit Deum esse trinum, & vnum, & tamē præcessit Christum ann s ferme. 1600. Secundum dubium. Plato in solo, & nudo lumine naturæ nouit generationem uerbi a patre æternā. Ait enim Augustinus, 7. lib. confessionum, se legisse in scriptura Platonis (alii tamen verbis, fere totum Euangelium Ioannis, in principio erat uerbum, illo excepto, & uerbum caro factum est. Quod ibi non legit. Tertium dubium. Nam Auerro. decimosecundo, met. com. 39. impugnat trinitatem in diuinis, quam adstruebant loquentes suæ legis, & lib. destructi. dispu. quinta dub. 3. expugnare intendit trinitatē personarum, quam Christiani in diuinis adscribunt, ergo ipse cognouit & non nisi naturaliter, & ex naturalibus, ergo Scotus, & S. Thomas errarunt. Respondeo ad primum Mercurius ille Trimegistus non describit productionem uerbi, & spiritus paracleti, sed creationem mūdi dicens: Vnus Deus, unum produxit mundum, quem productum amauit. Vnde habemus unicum tantum esse mundum, sicut declarat Arist. contra Anaxarium primo cœli. te. com. 76. & 90. Ad secundum dubium dico, cum Augustino octauo lib. de ciui. Dei, quod ipse Plato uidit legem Moysis in Aegypto, & Esaiam Hieremiā. Ad tertium dubium dico, quod duplex cognitio, quædam apprehensiua tantum, & sic Auer. dnouit trinitatem personarum in diuinis. quia apprehendit illud, quod expugnare nititur. Alio modo cognitione apprehensiua. & adhæsiua, & tali cognitione non cognouit, quia nō adhæsit huic ueritati, Deus est trinus in personis, & unus in essentia, teste Ioanne prima canones, capitulo quinto, cui Laus, & gloria, in sæcula Amen.

Tria dubia. Platonici fuere in pluribus Theologi.

Duplex cognitio.

NOTITIA CREDVLITATIS HVIVS *propositionis, Deus est trinus, & vnus est naturalis, dum acquiritur per auditum ab homine.*

Secunda. SCotus 14.quæst.quol.art.1.dicit,quòd notitia credulitatis, quam quispiam acquirit ab homine reuelante, de ista ꝓpositione, Deus est trinus & unus,est naturalis,quia a reuelante naturali,qualis est homo.Huius tamen oppositum asserere ostendit in prolo.1.sen.q.1.vbi dicit,quòd theologia,quam nos habemus per reuelationem ab agente reuelante,est super naturalis, licet ad eam intellectus noster naturaliter inclinetur, quia omnes homines natura scire desiderant, ergo maximam scientiam maxime desiderabunt.1.met.in proœmio.

SOLVTIO.

Agens reuelans duplex. Agens reuelans duplex,quoddam est supernaturale, quod non est naturaliter impresiuum notitiæ ipsi intellectui cuiusmodi est Deus, & sic scientia,quæ est reuelata immediate ab eo,est supernaturalis,velut reuelauit eam patribus, & prophetis, vt declarat Paulus ad Heb. c.1.Quoddam est agens naturale,& secundarium, quod est naturaliter impresiuũ notitiæ intellectui humano per ordinẽ.ſ.naturę, qualis est homo.Et scientia,quæ est a tali reuelante,appellatur naturalis, Exemplũ. vt cum concionator reuelat secreta,& archana sapientiæ hominibus, uox eius excitat auditum,in quo causatur species sensibilis,quam speculans phantasia redigit in phantasma,quod postea intellectus agens conuertit in speciem intelligibilem, representantem rem uniuersaliter.Testibus Arist.& Auer.3 de anima te com.30.& 39.dicentibus, oportet intelligentem phantasmata speculari.Tunc ad formam contradictionis dico.Vbicunque Scotus notitiam reuelatam appellat supernaturalem loquitur de notitia reuelata Immediate a Deo per infusionem. Quando vero appellat eam scientiam naturalem,loquitur de notitia reuelata ab homine,velut Prophetæ, Euangelistæ,Apostoli,& Doctores nobis reuelarunt uoce.& scriptis.Sed arguitur contra sic. Prophetæ, Euangelistæ, & Apostoli supplent vicem agentis supernaturalis, ergo scientia, quam habemus per reuelationem ab eis, est supernaturalis,quia spiritusancto dictante.Respondeo verum est, ꝙ spiritu sancto dictante loquuti sunt sancti Dei homines, vt dicit Apost.sed reuelarunt nobis archana Dei seruato ordine naturę,uidelicet per uocem,& scripturas, ideo naturaliter, non per infusionem, sicut & Deus ei donum scientiæ & sapientiæ tribuit.

DE

## DE FIDE INFVSA, ET FIDE acquisita.

DVas fides ponit Scotus in christicola. 14.q.quol. ar. 1.fidem.s.infusam in baptismate,& fidem acquisitam per auditum,quam itidem firmauit in tertio,dist.23.quęst.uni.& Gabriel Biel in 3.dist.23. quæst.2.dicit quòd istæ duæ fides distinguuntur specie,& realiter,quia una potest esse sine alia,ut clare constat de infante baptizato,qui credit in Christum,& tamen nunquàm audiuit aliquid de Christo. Si nutricatur in nemore,vel apud turchas. Similiter de aliquo adulto infideli,qui fit fidelis, acquirens fidem ex auditu, antequàm sit baptizatus,& patet in actibus cap.8 de Eunucho Reginæ Candacis,qui recepit fidem per auditum ex uerbis Philippi Apostoli, antequàm ab eo baptizaretur. Huius oppositum uidetur adstruere Paulus dum dicit, vnus Deus,una fides,unum baptisma,Ephe.4.ergo non sunt duæ fides,sed una duntaxat.

## SOLVTIO.

Scotus venatus est has duas fides ex doctrina Damasceni lib 4. de orthodoxa fide ca. 11. qui dicit fidē acquiri in homine per auditum ab homine,ex dicto Pauli Roma.cap.20. fides ex auditu,auditus aūt per verbum Christi, fidem vero infusam notauit Paulus ad Hębr. capite 6.homines illuminari lumine fidei in baptismate. Sanctus Thomas vero in 3.scripto distin.23 quæst.3 & secunda secundæ.quæst.6. art.1.asserit vnam tantum esse fidem in homine,quę est donum Dei. Ephe.cap.2.& pluribus modis infunditur homini,aliquando.n.in baptismate,aliquando per auditum, aliquando per visum & tactum,vt recepit Thomas Dydimus Ioan.cap.20. quia vidisti me Thoma,credidisti.Nam Augustin.lib 1.retracta.cap.22. appellat fidem,donum spiritus sancti, adstipulatus Apostolo ad Ephe.cap.20. dicenti fides est donum Dei. Idcirco Scotus & sanctus Thomas non possunt conciliari. Ad formam autem contradictionis respondeo duppliciter.Primo.n.dicendum ꝙ apostolus dicit fidē esse vnam obiectiue, quia est de vno Christo tantum,licet formaliter,& realiter sint duę.Secundo dico ꝙ apostolus loquitur de fide infusa tantū,cum dicit,vnus Deus, vna fides,unum baptisma,ac si velit dicere, quia baptisma est unum, & Deus est unus, ideo fides, quæ infunditur homini in batismate de vno solo, & vero Deo, vna est tantum, remitto tamen concilium sapientiori.Si hoc non placet,candide lector.

Fides infusa corrūpit de merito. ne non corrumpitur a nobis effectiue, quia a solo Deo creatur, & anichilat.

## FIDEI ACQVISITAE POTEST SVBBESSE *falsum, non autem infusa.*

Quarta. Scotus 14.q.quol.ar.1.necnon in 3.distin.23.q.vni dicit, quod si in aliquo homine sint fides infusa, & fides acquisita simul, fides infusa semper praeualet, inclinando itaque dato vt fidei acquisitae possit sub esse falsum, & aliquis habens solam fidem acquisitam possit credere firmiter aliquod falsum, vt euenit tenentibus fidem mahumeticam, tamen cum fides acquisita est coniuncta fidei infusae, nunquàm elicitur falsum, hoc est, antequàm credi tur falsum, quoniam fides infusa ducit ad verum semper, & praeualet fidei acquisitae inclinando Et breuiter si quis habeat fidem acquisitam tantum, potest decipere, & decipi, qm̃ habet eam ab homine, qui potest decipere & decipi. Si vero habeat fidem infusam, non potest decipere, nec decipi, quia habet eã à Deo, quis non potest decipere, nec decipi, si habet vtranq; fidẽ non potest errare ẽt, nam fides infusa prȩualet fidei acquisitae. Arguit tñ Scotus contra seipsum sic. Sicut ex una de necessario, & alia de cõtingenti non sequitur conclusio, nisi contingens primo priorum. te.co. 21. ita ex una fide inclinante in uerũ, & alia inclinante in falsum, semper elici debet actus falsus, qm̃ conclusio insequitur partem debiliorem, testimonio Theophrasti, Eudemi, & Themistij Respondet ipse Scotus, negã do similitudinem, nam fides infusa praeualet fidei acquisitae, non sic propositio necessaria praeualet contingenti, Exemplum, si in eadẽ domo habitarẽt duo, unus diues, alter uero pauper, domus ipsa vndiq; splendesceret. Nam diues praeualet pauperi, pari passu cũ in eadẽ anima sunt fides infusa, & fides acquisita, quamuis fidei acquisitae soli possit sub esse falsum, quia tamen fides infusa ei prȩualet, nunquàm illa anima decipietur. Sed semper ueritatem splendescet. Si haec responsio Scoti satisfacit argumẽto, ergo nihil habet ipse Scotus contra Henricum ponentem duplex exemplar respectu certȩ, & sincerȩ ueritatis, in 1.dist.3.q.4. & deduco contradictionem sic Ponit quidem Henricus, quod nemo potest cognoscere aliquã certam & sinceram veritatem absque lucis increatae speciali illustratione, hoc pacto, duplex est exemplar rei quoddam est increatum, ut idea in mẽte diuina, teste Platone libro Timei. Aliud est creatum, ut species, seu similitudo rei. infert ipse Henricus, quod tunc homo cognoscit aliquã ueritatem certam, & sinceram, quando habet utrunque rei exemplar, creatum per acquisitionem, & increatum per infusionem a Deo. Nam si non coniungeretur exemplar creatum exemplari increato, ne utiquam homo posset aliquam ueritatem certam, & sinceram dinoscere, quia exem-

Nota, & bene.

Fides infusa praeualet fidei acquisitae.

Opinio Henrici.

exemplari creato.i.rei similitudini repugnat certitudo. Arguit deniq; Scotus contra Henricum volens destruere necessitatem duorũ exemplarium, vnius acquisiti, & alterius infusi sic, sicut ex vna de necessario, & alia de contingenti sequitur conclusio de cõtingenti, ita ex vno exemplari producente certitudinem, & ex alio producente incertitudinem, semper sequitur conclusio incerta. Vult.n. Scotus in 1.distin.3. q.4.ꝙ huiusmodi ratio militat ibi contra Henricũ, & non vult, ꝙ militet hic contra se de duplici fide. Videtur ergo aliquibus, ꝙ si ratio valet contra ipsum Henricum ponentem duplex exemplar, valere debet contra ipsum Scotum ponentem duplicem fidem. Scotus arguit contra Henricum.

## SOLVTIO.

Henricus ponit vnum, quod Scotus nõ ponit, ideo illa ratio habet robur contra ipsum, reflexa vero contra Scotũ nihil valet. Dicit enim Henricus, quòd exemplari creato repugnat certitudo, si tamen coniungatur illud exemplar creatũ increato exemplari. Tunc secundum utrunqne elicitur conclusio certa. Arguit Scotus, quomodo est possibile, quòd eliciatur certitudo secundũ illud, cui certitudo repugnat? Non dicit hoc Scotus de fide acquisita, ei quidem non repugnat verum, secundum eam aliquando elicitur verum, & aliquando elicitur falsum, & cum coniungitur fidei infusæ semper elicitur verum, ipse Henricus dicit, ꝙ similitudini rei, quæ est exemplar rei creatum repugnat certitudo, tamen cum coniungitur Ideæ illius rei infusæ intellectui humano à Deo, tunc elicitur secundum vtrumq; certitudo, quod non potest stare, Dico igitur, ꝙ ratio illa Scoti, quam adducit contra Henricum in j.distin.3.q.4.tenet, quando est repugnantia effectus ad causam, sicut ipse Henricus ponit, quòd certitudo repugnat exemplari creato. In fide aũt acquisita, nulla est repugnantia effectus ad causam, quia ei non repugnat veritas. Nam aliqñ quis ₰m fidem acquisitam credit vera, aliqñ credit falsa, Exemplum de christiano & turcha. Exẽplũ de chistiano & turcha.

## *COGNITIO RERVM IN VERBO, quam habent beati in patria, est intuitiua.*

Scotus 14.q.quol.ar.2.dicit, ꝙ cognitio rerum in verbo, quam habent beati in patria, est abstractiua, nõ intuitiua, qm̃ verbũ est perfectum repræsentatiuum illarum rerum intellectui beato. Hoc idem dicit in 2.dist.3.quęst.ult. Sed oppositum statuere videtur in 1.dist.2. q.4.ibi. Sed hic restat vlterior difficultas &c. Vbi dicit, quòd notitia Quinta.

rerum in verbo, quam habent beati in patria, & intuitiua, quoniam verbum continet omnia eminenter.

## SOLVTIO.

Res sunt duob. modis in Deo. cognitio intuitiua & abstractiua deserũt specie, & tamẽ hoc prouenit tantum ex obiecto alio, & alio modo approximato.

Duobus modis sunt res in Deo, vno modo secundum esse ideale in intellectu diuino, & sic habent esse cognitum, & ideale tantum, velut declarat Scotus in 1. dist. 36. q. vni. Alio modo eminenter, & sic habẽt esse reale, & realiter existunt in Deo eminenter, velut marcellus in auro, & solidus in marcello. Tunc ad formã cõtradictionis dicendum. Dum Scotus dicit cognitionem rerum in verbo esse abstractiuam, verum est, dum cognoscũtur in repræsentante secundũ esse ideale, & cognitum. Cum dicit, ꝙ talis notitia est intuitiua, verũ est, vt cognoscuntur incontinente ſm esse reale. Paulus. n. dicit. 1. Cor. 13. Nunc cognosco ex parte, tũc autem cognoscam, sicut & cognitus sum, hoc est clare. Sed oritur dubium. Nam Scotus. 14 q. quol. & in 2. dist. 2. q 9. & alibi, loquẽs de notitia intuitiua dicit, notitia intuitiua est rei præsentis, & existentis in propria præsentia, & existentia. Sed res creatæ dum cognoscuntur in Deo à beatis, non sunt in propria præsentia, & existentia, sed eminenter tantum in Deo continente, ergo eorum cognitio non est intuitiua. Respondeo ꝙ Scotus in 1. dist. 4. loquens de notitia intuitiua addit istam particulam. Notitia intuitiua est rei præsentis, & existentis in propria præsentia, & existentia, vel in aliquo eminenter continente ipsam secundum suam totam entitatem, modo Deus cõtinet eminenter omnia ſm suam totalem entitatẽ essentiæ, existentiæ, & subsistentię, igitur eorũ cognitio intuitiua iure nuncupãda est.

## *MOTIO VOLVNTATIS PRAECEDIT motionem intellectus.*

Sexta.

SCotus 14 q. quol. ar. 2. dicit, ꝙ in diuinis motio voluntatis motionem intellectus præcedit, & motio libera præcedit motionem naturalem, seu quasi naturalem. Huius oppositum ponit in 1. dist. j. q. 4. & in 2. distin. 1. q. 1. & in q. quol. vbi tenet filium præcedere spiritum sanctum origine, & productionem verbi præcedere spirationem spiritus sancti origine, & tamen spiritus sanctus spiratur per voluntatẽ, in 1. dist. 10. q. vni. & 16. q. quol. filius autem per memoriam fecundam generatur, per modum naturæ in 1. dist. 7. q. vni. & 16. q. quol. ergo spiritus sanctus est posterior origine, ergo motio intellectus, quę est per modum naturæ præcedit motionem uoluntatis in diuinis.

SO-

SOLVTIO.

Nunquàm Scotus protulit huiusmodi propositionem, videlicet motio libera præcedit motionem naturalem, sed econuerso, motio intellectus, quæ est per modum naturæ, præcedit motionem voluntatis in diuinis, quæ est per modum artis & libertatis. Sed oritur dubium, nam Scotus 14. quæstio. quolib. artic. secundo, dicit, quòd motio intellectus præcedit motionem uoluntatis, ergo prius origine pater generat verbum, quàm Deus diligat seipsum dilectione essentiali, quod est contra omnes theologice loquentes Respondeo Ista propositio Scoti ueritatem sapit in eodem ordine, vt si compareretur intellectio essentialis & prima, qua Deus intelligit seipsum, ad uolitionem essentialem & primam, qua diligit se ipsum, equidem prius origine intelligit, quàm diligat, quia nil uolitum, nisi præcognitum. q. de trinitate. Simili er si compareretur productio per intellectum ipsius verbi, ad productionem paracleti per uoluntatem, profecto productio uerbi origine præcedit productionem spiritus sancti. Ait enim Augustinus lib. de triplici habitaculo cap. 6. pater præcedit filiũ, non natura, neque tempore, sed origine, & spiritum sanctum. Nota & tene. Quomodo detur ordo originis.

*PRAEDESTINATIO NON IMPONIT necessitatem.*

Scotus 14. quæstio. quolib. artic. secundo, dicit, quòd Deus ante determinationem diuinæ uoluntatis, intelligit futura contingentia, sub disiunctione, post determinationem uero diuinę uoluntatis intelligit alteram partem determinate. Exempli gratia, ante determinationem diuinæ uoluntatis Deus intellexit ab æterno, Petrum saluandum, uel non saluandum. Tunc oblatus est ipse Petrus diuinæ uoluntati, quæ determinauit, ut saluaretur. Et tunc intentio signo intellexit Deus ipsum Petrum (ab æterno tamen) saluandum. Hoc idem dicit in primo, distinctio. 39. ergo secundum Scotum uoluntas diuina est causa, quòd Petrus saluetur, & Iudas damnetur. Huius oppositum asseuerat ipse in primo, distinctio. 40. quæstio. uni. ubi negat necessario saluari quempiam, aut damnari, sed mere contingenter, quia prędestinatus potest damnari, & præscitus saluari, & distin. 41. q. uni. ubi dicit, dari causam reprobationis, non autem prædestinationis. Septima.

SOLVTIO.

Orthodoxa Ecclesia pcipit, ut nemo asserat pdestinationẽ & præscien- Prędestina-

tio non imponit necessitatem.

ſcientiam imponere neceſsitatem 23.quæſtione quarta capitulo.Nabuchodonoſor. Et Auguſtinus libro de eccleſiaſticis dogmatibus capitulo 50.anathematizat omnes aſſerentes prædeſtinationem & præſcientiam imponere neceſsitatem,dicens,ſi qui ſunt,qui dicant prædeſtinationem,& præſcientiam imponere neceſsitatem cum omni deteſtatione,eis anathema dicimus Nec non in libro de præd.& gratia capitulo 15.ait.Reſpondetur Dei præſcientiam neminem cogere,quòd talis futurus ſit, quale ipſe præſciuit Deus, ſed talem cum Deus præſciuit,qualis ipſe futurus eſt. Idcirco ad formam contradictionis dico quod diuina voluntas determinat contingentia contingenter,& poſſibilia poſsibiliter, ut quando determinauit, quod Petrus ſaluaretur, & Iudas damnaretur, determinauit cum poſsibilitate ad oppoſitum hoc modo. Volo,quòd ſaluetur Petrus cũ hoc, ut poſsit (ſi velit ipſe) damnari.Similiter damnetur Iudas cum hoc,ut poſsit (ſi velit) ſaluari. Et ſic contingenter, & cum poſsibilitate ad oppoſitum intellexit Deus ab æterno poſt determinationem diuinæ uoluntatis Petrum ſaluandum,& Iudam damnandum Sed emergit dubium,Chriſtus dixit Petro Math capitulo 26.antequam gallus cantet,ter me negabis.ſtāte dicto Chriſti,aut Petrus poterat ipſum non negare, aut non poterat non negare.Si poterat,ergo Chriſtus poterat mētiri,quod Petrus non concedit epiſtola prima capitulo ſecundo teſtimonio Eſaiæ capitulo 53.Qui peccatum non fecit,nec iuuentus eſt dolus in ore eius. Si non poterat non negare,ergo neceſſario negauit ergo prædeſtinatio & præſcientia imponunt neceſsitatem.Reſpondeo.Eo modo Chriſtus dixit Petro,ter me negabis,quo modo vidit Petrum eum negaturum.Sed vidit contingenter, & cum poſsibilitate ad oppoſitum, igitur ſic dixit,cum poſsibilitate ad oppoſitum,antequam gallus cantet ter me negabis Petre.Potes tamen me non negare.Et cum arguis,ergo Chriſtus poterat mentiri, negatur conſequentia, quoniam ſic expreſsit eius negationem poſsibiliter. Sed arguit,quidam ſic, hoc non expræſsit Euangelium, ergo non eſt dicendum, quia videtur addere Euangelio, & Io. dixit Apoc. capitulo vltimo qui appoſuerit ad hæc, apponet ei Deus plagas.Reſpondeo non omnia, quæ ponunt doctores,ſunt Euangelica,ſed ſufficit,quòd non deſtruant euangelicam veritatem,nec eſt addere,ſed declarare ex claue ſapientiæ. Quoniam ab hac veritate nec Peripatetici deuiarunt. Ait enim philoſophus primo perier.ad calcem, de futuris contingentibus non eſt determinata veritas,determinate, ſcilicet & neceſſario,alias fruſtra eſſent conſilia exhortationes,prohibitiones,& leges.

Quō diuina voluntas determinat contingentia contingenter.

Nota & bene.

### *VOLVNTAS DIVINA CONTINET virtualiter essentiam diuinam in esse cognito.*

TEnet Scotus 14.q.quol.art.2.quod voluntas diuina continet virtualiter essentiam diuinam in esse cognito,hoc est tunc beatus aliquis cognoscit essentiam diuinam cognitione beatifica,quando volũtas diuina vult.Quod etiam declarat Scotus in 3. dist.14. q.1.nam essentia est obiectum liberũ non naturale,& in tantum videtur,in quãtum videri uult,teste Ambr.super Lucam capitulo secundo.Huius oppositum asserit Scotus in prologo primi q.3.ubi dicit, quòd essentia diuina continet virtualiter in esse cognito omnes passiones, vel quasi passiones eius,qualia sunt attributa,vt sunt voluntas,intellectus,sapiẽtia,Iustitia, & ijs similia. Octaua.

### SOLVTIO.

Continentia virtualis est duplex,quædam a priori,& sic subiectum continet virtualiter passiones eius, quædam à posteriori, & sic passio continet virtualiter subiectum suum in esse cognito subiectum enim ponitur in diffinitione passionis tanquam prius,primo posteriorũ te. c.9.vt homo facit cognoscere risibilitatem,quoniam risibilitas est aptitudo hominis ad ridendum,& risibilitas notificat hominem a posteriori,est enim homo animal,quod est aptum natum ridere,& hæc descriptio est ipsius hominis a posteriori.Tunc ad formam contradictionis dico,quando Scotus dixit,ꝙ essentia continet virtualiter uoluntatem uerum est a priori,cum vero dixit,ꝙ uoluntas continet essentiam verum est a posteriori.Sed dubitatur,quoniam Scotus videtur dicere, ꝙ intellectus beatus concurrit pure passiue ad cognitionem intuitiuam,& beatificam ipsius Dei Et tamen in 4.dist.49.q.4.& 5.videtur dicere, ꝙ concurrit actiue ad fruitionem. Respondeo, sic tenendũ esse in via subtilium ,quòd essentia diuina est obiectum liberum, & cognitio beatifica,quæ est intuitiua,non est naturalis,sed super naturalis,& infusa. Fruitio vero est actiua. Cum enim anima beata videt essentiam visione clara,libere fruitur ea.

Continẽtia virtualis du plex.

Essentia diuina nõ est obiectũ naturale, sed voluntariũ.

### *PRAEMISSAE SVNT CAVSA EFFICIENS conclusionis, & etiam materialis.*

SCotus decimaquarta quæstione quolibet articulo secundo ad calcem,tenet, principia, seu præmissas esse causam efficientem ipsius IX. Præmisse sunt cãæ

efficientes respectus miolij termini sunt causæ materiales, q ad terminos, considerantur à logico vt sunt causæ emanatiuæ, & pululatiue.

conclusionis. Huius oppositũ uidetur ponere in prologo primi quæstione tertia ubi uidetur dicere, quòd præmissæ sunt causa materialis ipsius conclusionis, quando loquitur de uirtuali continentia subiecti in scientia, quod etiam firmauit quarta qustione eiusdem prologi, cum diffiniuit scire diffinitione data ab Arist. primo poster. test. comento quinto.

SOLVTIO.

Philosophus uidetur etiam contradicere sibi ipsi in hac positione, quoniam 5. meth. te. com. 1. asserit præmissas esse causam unde motus idest efficientem respectu conclusionis. Verum ibidem. test. com. 3. ipse Arist. adstruit suppositiones, siue principia, esse causam materialem ipsius cõclusionis. Ob id dicendum, ꝙ si capiamus præmissas, in demonstratione, quantum ad esse totale, sic sunt causa effectiua cõclusionis. Si uero quantum ad partes, sic sunt materia tantũ ipsius cõclusionis, exempli gratia. Si formatur huiusmodi syllogismus. Omne animal rationale, est risibile, oĩs homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, præmissæ quantum ad totale esse suum. Sunt efficientes causæ ipsius conclusionis, qnantũ uero ad terminos, sunt materia duntaxat, quoniam ex minori extremitate maioris, & ex maiori extremitate minoris, fit conclusio, ut patet. Alio modo conciliare possemus, & exactius quidem, nam præmissæ possunt considerari dupliciter, uno modo in esse reali, & sic sunt causa materialis tantum ipsius conclusionis, quia conclusio compaginatur ex præmisis. Alio modo in esse cognito, & sunt causa efficiens, quia cognitio præmissarũ causat cognitionem conclusionis. Quod expressit Arist. 1. poster. t. c. 5. diffiniens demostrationem hoc pacto. Est autem demostratio sylogismus apoditycon idest faciens scire. Et quando declarauit ex quibus & qualibus est demostratio, dixit, Demonstratio est ex primis, ueris, immediatis, prioribus, & notioribus, causisque conclusionis. Et si arguas. Materia & efficiens non coincidunt secundo phisic. test. comento 70. ergo si præmissæ sunt causa materialis, non erunt causa efficiẽs respectu eiusdem Respondeo. Vera est propositio Aristotilis eodem modo, & secundum idem. Vnum & idem tamen respectu diuersorum est materia, & efficiens, ut semen decisum a generante in quantũ corpus est materia, inquantum in eo est ratio seminalis, est efficiens. Veluti declarat Scotus in secundo distinctione decima octaua quæstione unica & in tertio distinctione quarta quæstione unica.

CONTINENS IN ESSE COGNITO *aliquid, continet illud realiter.*

DOctor subtilis 14.q. quolibet art.3. ponit hanc regulam. Nihil sufficienter continet continentia virtuali notitiam alicuius, nisi contineat obiectum cognoscibile, vt si subiectum continet notitiam passionis virtualiter, quia notificat passionem, vt homo notificat risibilitatem, primo post. test. comento 9. Quia in propositione per se de secundo modo subiectum ponitur in diffinitione prædicati. Continet etiam illub subiectum illam passionem Hanc eandem regulam notat Scotus in primo distinctione 3. quæstione 1. & in secundo distinctione 3. quæstione 9. nec non in 4 distinctione 1. quæstione prima cõtra Aui. Huius oppositum videtur asserere in 1. dist. 3. quæstione 3 ubi declarat, qualiter accidens continet notitiam substantiæ virtualiter, ait enim philosophus primo de anima test. comento 11. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est rei, & tamẽ accidens non continet ipsam substantiam in esse reali, ergo falsa est illa regula, videlicet cõtinens notitiã alicuius, cõtinet illud in esse reali. Decima.

SOLVTIO.

Duplex est continentia virtualis in esse cognito, Quædã confusa, velut accidens continet notitiam substantiæ, quia facit cognoscere substantiam confuse & aposteriori quædam vero distincta, sicut subiectũ continet notitiam passionis distincte, & diffinitio continet diffinitũ distincte. Regula Scoti vera est de continente distincte, non aũt de cõtinente confuse. Sed oritur dubium, nam Scotus dicit in 2. dist. 3. q 9. & 14. q. quolib. art. 2. ꝙ Deus benedictus põt causare quandã speciem sui repræsentantem essentiam suam distincte naturaliter, & infundere eam alicui intellectui, velut infudit intellectui Pauli in raptu secundo. Cor. c. 12. Arguitur tunc sic. Illa species continet Deum in esse cognito distincte, quia repræsentat ipsum Deum distincte, & tamen nõ sequitur, quòd contineat ipsum Deum in esse reali conti nẽtia virtuali. Respondeo duplex est medium cognoscendi, est enim medium cognoscendi cognitum, & appellatur medium quod, velut subiectũ est medium cognoscendi passionem, & diffinitio est medium cognitum cognoscendi diffinitum. Alterum est medium noscendi non cognitum, & appellatur medium quo, ut species intelligibilis, quæ repræsentat obiectum, ipsa autem cognoscitur reflexe 14. quæstione quolibet. Tunc dico, quòd regula Scoti est vera, quando continens conti-

Duplex continentia.

Dubium.

Responsio duplex mediũ cognoscendi.

net in esse cognito distincte, & est mediũ cognoscendi quod, non quo tantum, vt iam dictum est de diffinitione respectu diffiniti, & subiecto respectu passionis. Species autem illa, licet contineat Deum in esse cognito distincte, non tamen continet ipsum in esse reali, quoniam est medium cognoscendi non cognitum, seu quo tantum, non medium quod. Si enim illa species contineret Deum in esse reali, posset producere ipsum Deum, quod sapit hæresim, sed bene producit notitiam distinctam ipsius Dei in illo intellectu, cui infusa est.

### *ADAM IN STATV INNOCENTIAE videbat Deum distincte, & naturaliter.*

Vndecima. SCotus 14. quol. art. 3. dicit, q̄ homo in statu isto non potest cognoscere Deum distincte naturaliter. Qui tamen in 2. dist. 3. q. 8. Ait, q̄ Adam vidit Deum distincte naturaliter.

### SOLVTIO.

Cognitio naturalis duplex. Cognitio naturalis duplex, quædam est naturaliter acquisita ex naturalibus, vt scientia, q̄ de rebus naturalibus pro statu isto habemus ex causis naturaliter motiuis intellectum ad conclusiones in illa scientia, & hoc modo Adam non cognouit Deum, nec Moses dinouit Deũ sic clare naturaliter. Quædam est notitia distincta naturalis per quandam speciem infusam, a Deo creatam, repræsentantem ipsum Deum naturaliter distincte, hoc modo Adam dinouit Deum distincte naturaliter. sic Moses. Sic Paulus post raptum cognitione abstractiua, quoniam in raptu vidit visione intuitiua & beatifica, horaria tamen, (vt 7. q. quol. declaratum est) hoc modo etiam ponit Scotus, angelos cognoscere Deum distincte, naturaliter, abstractiue, per speciem infusam, repræsentantem Deum ipsum clare naturaliter vltra notitiam beatificã, quæ est intuitiua, & supernaturalis, quia obiectum eius est essentia volens. Sed emergit dubium, nam libro. Exod. capitulo 33. dicitur de Moyse. Loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui amicus cum amico suo, & libro. Numeri capitulo decimosecundo dicitur. Palam, & non per enigmata loquor ad illum. Respondeo. Semper intelligere debemus per speciem illam clarius, & minus clare repræsentantem, vt dicit magister sententiarum in secundo distinctione 23. cui adstipulati sunt sanctus Thomas, & diuus Bonauentura, quibus omnibus concors est doctor subtilis. Nam Exo. 33. dicitur, Non videbit me homo, & viuet & Ioan. c. 1. Deum nemo vidit

Moyses videbat quandam speciẽ repræsentãtem Deũ.

vnquam,

vnquam,& Paulus primo Thi.c.6.Deus lucem habitat in accessibilẽ, quem nullus,vnquam hominum vidit,nec videre potest.

*DATVR NATVRA COMMVNIS REALIS habens vnitatem minorem vnitate numerali & maiorem quacunque alia vnitate per intellectum.Ex xv.quæstione quolibet contradictiones.*



SCOTVS 15.q.quol.ar.1.dicit uniuersalia sunt in anima non extra animam, & est textus Aristo. secundo de anima.comento 60.ergo non dantur vniuersalia realia in re extra intellectum.Qui tamen in 2.dist.3.quæstione prima tenet dari naturam communem realem,quæ est communis,non per realem existentiam, sed per iudifferentiam,& appellatur uniuersale reale in potentia remota,ut natura lapidis,quæ de se non est hæc,sed quantum est de se potest esse in pluribus. Hoc idem ponit Scotus 7.meth.quæstione decimaoctaua & Antonius Andreas. quæstione decimasexta. Prima.

SOLVTIO.

Auerroici scindunt Auerrois tunicam in hac positione. Burleus enim primo phisic. in prologo tenet dari vniuersalia realia per realẽ existentiam separata a singularibus, quod Platonicum potius, quàm Peripatheticum dictatum censemus. Gandauensis primo de anima quæstione octaua & septimo meth. quæstione vigesimaquarta fatetur dari naturam communem realem,habentem vnitatem minorem vnitate numerali,& maiorem quacunque alia unitate per intellectũ. Sed hæc positio est potius Scotica, quam Auerroica. Nam Auerro. prima de anima comento octauo dicit, intellectus est, qui facit uniuersalitatem in singularibus,& manifestum est, nihil esse in re præter singularia. Similiter decimosecundo meth. comento 4. uniuersalia secundum Arist. sunt collecta ex particularibus in intellectũ, qui accipit inter ea consimilitudinem,& facit ea unam intentionem. Achillinus libro uniuersalium, & Suessanus primo de anima negant ex toto uniuersalia in re,sic quod nec natura aliqua est realis. Zimara in annotationibus super. Ioannem Gandauensem 7. met. quæstione decimasecunda mediando dicit, ꝙ datur natura realis communitas autẽ eius est ex toto per intellectum,& illa natura appellatur forma,seu q-ditas 7.met.com. 35. forma est tota quidditas, Scotus uero tenet dari

An def vniuersale reale.

Opinio Scotica.

naturam communem realem per indifferentiam communem non per realem existentiam, sic quòd natura est realis, & communitas eius per indifferentiam est realis, & ex parte rei. Tunc ad formam contradictionis dicendum, quòd vniuersale capitur tripliciter, uno modo in actu, & est natura, quæ actualiter subijcitur secundæ intentioni, & tale vniuersale fit ab intellectu possibili secundum Scotum. Altero modo in potentia propinqua, & est natura cognita actu dicibilis de pluribus, & tale habet esse per opus intellectus agentis, abstrahentis, & causantis speciem intelligibilem; quia sic habet esse repræsentatū in specie intelligibili. Tertio modo pro vniuersali in potentia remota, & est natura illa realis communis per indifferentiam, cui quātum est de se non repugnat esse in pluribus, ut natura humana, quæ est in sorte, quantum est de se non repugnat esse in Platone. Dum ergo dicit cum philosopho ipse Scotus vniuersalia esse in anima non extra animā, verum est de vniuersali in actu, & in potentia propinqua. Cum vero asserit dari vniuersale in actu, & in potentia propinqua. Cum vero asserit dari vniuersalia realia, verum est de vniuersalibus in potentia remota.

Vniuersale accipit tribus modis.

Dubium. Sed oritur dubium, quoniam Arist. 1. de anima t.c.8. dicit, Animal autem vniuersale, aut nihil est, aut posterius.

Responsio. Respondeo loquitur Ari. contra Platonem, qui dicebat dari animal uniuersale in actu, ipse dicit esse posterius idest factum ab intellectu, nam vniuersale in actu fit ab intellectu possibili (vt dictum est) uniuersale autem in potentia propinqua ab intellectu agente.

## CORPVS NON AGIT *in spiritum.*

Secunda. SCotus 15. q. quol. dicit, quod nullum corpus agit in spiritum, hoc idē tenet in 1. dist. 3. q. 7. Huius oppositum statuere videtur in 4 dist. 44 quæstione secunda ubi asserit ignem inferni esse corporalem, & cruciare malignos spiritus, & animas damnatas.

## SOLVTIO.

Pari discordia uidetur Augustinus, sibi met ipsi discors, nam lib. 12 super Gen. ad litteram asserit, nullum corpus posse agere in spiritum. Qui tamen 21. libro de ciuitate Dei cap. 10. ait, quod ignis inferni est corporalis, & malignos spiritus, ac animas ad diem iudicij discruciabit. Cui concors est Gregorius quarto libro dialogorum c.30. Ob id dicimus ad tollendam contradictionem bifariam, corpus non agit in spiritum virtute sua actiua naturali, & naturaliter, sed tanq̄ instrumentum diuinæ iustitiæ, & sic intelligimus articulum illum, quē de-

Quomodo corp⁹ agit in spiritum.

clarat

clarat Scotus in quarto dist.48.quæstione secunda cessante motu cœli, ignis potest comburere stuppam, quamuis possit etiam virtute sua naturali, quoniã Augustinis dicit libro 11.confessio.stante cœlo, mouetur rota figuli. Ideo dico. Secundo, quòd ignis inferni, qui est corporeus, agit actione intentionali in spiritum, obiectiue immutando, & diffinitiue detinẽdo. Velut carcer affligit animam carcerati. Quod ponit Scotus in quarto distinctione 44.quæstione secunda. ignis inferni est corporeus.

## POTENTIAE DISTINGVNTVR per actus, & actus per obiecta.

Scotus 11.q.quolib.artic.2. minus principali ad calcem, interpretatus illam regulam famosam Arist. videlicet potentiæ distinguũtur per actus, & actus per obiecta 2.de anima t.co.33. dicit, quòd distinguntur essentialiter actus per obiecta, tanquam per principia effectiua extrinseca. Verum 13.q.quolibet art.3. dicit, quòd ista propositio est vera quantum ad manifestationem tãtum, hoc est, si petamus quare visus non est auditus. Respondemus, quia videre non est audire, & si petamus, quare videre non est audire? Respondemus, quia color non est sonus. III. Potẽtiæ distinguũtur per suos actus tantũ a posteriori, idest distinctio potentiarum tantũ nobis innotescit per suos actus.

## SOLVTIO.

Vera est propositio Aristotilis, vt sonat, nec Scotus 13.q. quol.negat eam, sed ibi duas adducit interpretationes prima est, ꝙ illa propositio est vera quantum ad manifestationem. Secunda, quod est vera, de vera distinctione potentiarum per actus a posteriori, & actuũ per obiecta a priori, tanquam per causas. Sed emergit dubium, quoniam ab vna potentia profluunt multi actus, vt ab vno intellectu multæ intellectiones, ab vno visu multæ visiones. Similiter vnus actus circa duo obiecta, vt eodem videre videmus album.& nigrum, dum inuenimus cartam scriptam. Respondeo ad primum cum Scoto, & Antonio, Andrea primo meth. quæstione illa. Actus & generationes sunt circa singularia, quòd vera est propositio Aristotelis, de actibus genetricis, sic quod ab vna potentia non prouenit, nisi vnicus actus genere, ab intellectu intelligere, a visu videre, ab auditu audire, & sic de singulis. Ad secundum dico, quod vnico actu videndi, videmus duo obiecta, imperfecte tamen. iuxta illud dictatum, pluribus intentus minor est ad singula sensus. quod alibi dictum est. Qũo actus, & generationes sint circa singularia.

## MATER CONCVRRIT ACTIVE *in generatione prolis.*

Quarta. SCotus 15.q.quol.ar.2. partiali tenet matrē concurrere actiue in generatione prolis de mente philosophi, primo de generatione animalium capitulo secundo secundum interpraetationem, Theodori Gazza, Qui tamen in 2.dist.18.q.vni.& in 3.dist.4.q.vni.tenet de mēte philosophi, primo de generatione animalium. cap.19.ꝙ mater cōcurrit pure passiue, ergo contradictio in verbis Scoti, & Aristotilis.

## SOLVTIO.

Scotus quidem tenet matrem concurrere actiue, quia virtute sua vegetatiua naturali actingit formam corporeitatis, licet minus principaliter, & sic uirgo Maria dicitur vera mater Christi. Sanctus Bonauentura tenet idē. Franciscus Mayronis, Ochā, & Gabriel Biel. Sāctus Thomas vero tenet oppositū, Ricardus, Bacconitanus, & Auerroes tenent, quòd concurrit passiue. Vide Auerroem 5.met.co.1. Tunc ad formam contradictionis dico, quòd vbicunque Arist. dicit matrē concurrere actiue, verum est quantum ad ministrationem materiae menstrualis, dum vero 15. libro de animalibus hoc est 1. de generatione animalium assimilat materiam ministratam a matre, ligno, & patrem artifici, loquitur quātum ad formam corporis ipsius prolis. Et in hoc contra dicit Aristotili ipse Galenus libro secundo de virtutibus naturalibus capitulo tertio qui tenet matrem concurrere actiuae. Sed oritur dubium contradictorium ex verbis philosophi, nam primo de generatione animalium ca.2. tenet philosophus foemellas spermatizare seu emittere semen genitale, dicens, sperma exit ex ambobus, qui tamen libro eodem c. 12. negat foemellas emittere semen genitale. Sed menstruum tantummodo. quod est superfluitas seminis. Respondeo cum Bacconitano in 3.dist.4.q.vni.ꝙ philosophus concedit faemellas emittere quoddam humidum aqueum simile spermati genitali, tamē illud non est vnum semen.

Optima solutio.

Responsio.

## PATER ET MATER SVNT *causae essentialiter ordinatae.*

Quinta. SCotus 15.q.quolib.ar.2.partiali dicit, ꝙ pater & mater sunt causae essentialiter ordinatae, sic ꝙ non dependet a patre in agendo. Hoc idem dicit in primo dist.2.quaestione 1. & dist.3.q 7. Huius oppositū videtur sentire, cum dixit in tertio dist.4.q. vnica quòd mas & foemina sunt

na sunt eiusdem speciei. Quod firmauit Franciscus Mayronis in 1. distin.3.q.7.& Antonius Andreas.5.met.q.1.

SOLVTIO.

Aristot.10.met.te.co.15.& 1. de generatione animalium cap.vlt. dicit, mas & fœmina sunt eiusdem speciei, ideo sic tenendum est. Et ad formam contradictiones dicendum, ꝙ causæ sunt essentialiter ordinatæ duobus modis. Alique.n.sunt essentialiter ordinatæ in agendo,& in essendo, Deus,Sol,& homo 2.phi.te.co.26. Sol & homo generant hominem, & huiusmodi causæ specie distinguntur, ut patet. Quædam vero sunt causę ordinatæ in operando duntaxat, ut pater & mater in generatione prolis,& tales causę non distinguntur specie. Id circo abitienda est cōciliatio magistri Parisiensis.2.phi.q.2.qui dicit, ꝙ pater & mater quantū adesse sunt eiusdem speciei, quantum ad potentias, generatiuas distinguuntur specie. Pace tanti Scotistę nō est sic tenendum, sed tenere debemus cum Francisco Mayronis opinante eas esse eiusdem speciei,& quantum ad esse, & quantum ad potentias generandi, & si sunt essentialiter ordinatæ, uerum est quàtum ad ad agere, mas enim est principale, fęmella vero secundarium agens. Causæ sunt essentialiter ordinatæ duobus modis. Opinio vera Frācisci de Mayronis.

*VNVS ANGELVS POTEST INTELLIGERE alium angelum abstractiue per speciem intelligibilem.*

SCotus 15.q.quol.art.3.primi ar. principalis tenet, ꝙ vna substantia abstracta cognoscit aliam intuitiue,& substractiue, ut unus angelus cognoscit alium angelū intuitiue, & abstractiue per speciē, tñ illa species non causatur ab angelo cognoscente per eius intellectum agentem, sed ab angelo cognito uirtute propria tanquàm a causa totali. Huius oppositum adstruere videtur in 2 dist.3.q.ult.ubi tenet, ꝙ Angelus potest proficere accipiendo cognitionem a rebus, & habet intellectum possibilem, & agentem, quo producit speciem intelligibilem representantē illam rem cognitam, cuiusmodi & species. Hoc idem tenet in 4 distin.45.quęst.2.de anima separata, quę potest proficere accipiendo cognitionem a rebus. Sexta.

SOLVTIO.

Multifariam unus Angelus cognoscit aliū aliquando intuitiue in Q̃o vnus

propria

Angelus cognoscat alium.

propria præsentia,& existentia,& hoc per essentiam suam,& nō per speciem. Alio modo pōt cognoscere naturaliter vnus Angelus alium per speciem intelligibilem causatam ab obiecto,& ab intellectu agente Angeli cognoscentis,velut nos dinoscimus multa in hac vita. Nonnunquàm vnus Angelus cognoscit alium,quia Angelus cognitus manifestat se cognoscenti alloquendo ipsum, sicut Angelus superior alloquitur inferiorem,vt declarat Damascenus lib.2. de Ortho.fide capitulo 17.& 18.& ista loquutio appellatur illuminatio, ut declarat Scotus in 2.dist.9. quòd Angelus superior illuminat inferiorem, hoc est, alloquitur eum intellectualiter imprimēdo in intellectu eius notitiam rei,vel speciem quandam representantem rem illam, quam ei declarare intendit. Tunc ad formam cōtradictionis dico,ꝙ vbicunque Scotus videtur asserere, speciem representantem rem intellectui Angelico non fuisse causatam ab Angelo cognoscente, sed ab Angelo cognito,verum est de hoc tertio modo cognoscendi, qui est locutio,seu illuminatio. Sed emergit dubium,nam si Angelus accipit cognitionem a rebus intelligendo per speciem(sicut & nos)ergo Angelus intelligit per discursum, quod negat Augustinus lib de trini.capit.16.dicens fortasse non erunt ibi volubiles nostræ cognitiones euntes,atque in alia redeuntes,sed vnico intuitu omnia uidebimus Et ratio est, quare Angeli non discurrunt, quoniam ad discursum syllogisticum requiritur tempus,teste philosopho.1.post.re.com.3.Est autem cognoscere alio quidem prius cognoscētem,quorundam autem simul accipere notitiam.Quod & philosophus expresit te.com.5.in diffinitione ipsius scire.Respondeo cum Scoto in 4.q.prologi.1.libri, quòd ad discursum non requiritur prioritas temporis necessario, sed naturæ tantum.Quamuis philosophus loquatur de prioritate temporis,enim vero loquitur ipse de discursu nostro,ideo Angeli possunt discurrere sylogistice.Ad August.dicimus,quòd ipse loquitur de facto, non tamen negaret de posibili,sic enim est in facto,quòd Angeli vnico intuitu in essentia omnia intuentur, tamen possunt proficere accipiendo cognitionem a rebus, & discurrere Syllogistice discursu imperceptibili, qui non mensuratur tempore.

Quid sit illuminare.

Dubium.

Rñsio Angeli discurrunt discursu impcepti bili, vel discurrunt hoc p hoc, non hoc, post hoc.

## DEVS COGNOSCIT OMNIA IN SE.

Septima.

SCotus 15.q.quolib.artic.2.principali tenet,quòd Deus cognoscit omnia in se,& nihil cognoscit extra se in genere proprio.Huius oppositum videtur asserere in q.vlt.quol.Vbi determinat Deum habere prouidentiam, nedum generalem, sed etiam particularem omnium rerum.

terum. Sic quòd prouidet vnicuique, secundum merita præsentia, uel futura occulta nobis, sibi autem manifesta; ita ut alicui plus proficiat aduersitas, quàm prosperitas ex ordine diuinæ prouidentię. Teste Boetio. 4. lib. de conso. Philo. prosa. 4. Quam prouidentiam ponunt sacri canones. 24. quæst. 3, cap. quidam autem hæretici. §. Manichei.

## SOLVTIO.

Nulla quidem est in uerbis Scoti contradictio, quoniam Deus intelligit omnia in se, & sic omnibus prouidet etiam in particulari, sicut in particulari intelligit. Sed dubitatur sic. Auerr. 12. met. com. 51. dicit, quòd ista quæstio est nobilissima omnium quæstionum, quę de Deo fiunt, & in ea ualde perscrutati sunt Caldei, an Deus intelligat aliquid extra se? & determinat ipse Auerr. quòd Deus nihil intelligit extra se, quod etiam firmauit Auerr. libro destructionum disputa. 6. dub. 2. ergo Scotus Auerroizat, & tenet illud idem, quod Auerroes opinatur. Respōdeo, in hoc differunt Scotus & Auerroes, nam Auerroes ipse arbitratur Deum intelligēdo se intelligere omnia, pro quanto eminenter continentur in ipso Deo; sic quòd intellectio eius terminatur ad essentiam suam tantum, & intelligendo essentiam suam sic intelligit omnia, quia illa essentia est omnia eminenter. Velut habens aureum, habet marcellos, & sic intelligit omnia in uniuersali. Scotus uero tenet Deum intelligere se, & omnia in se, sic quòd non mouetur a rebus, quia uilesceret intellectus eius, si minima naturę attenderet motiue, & intellectio eius terminatur ad essentiam suam primo. Secundario uero ad entia illa, & sic intelligit in particulari, in se tamen, non extra se, quia moueretur a rebus. Et in hoc errauit Bacchonitanus, qui in primo, distinctio. 39. dixit in uia Auerrois, Deum intelligere se primo, & omnia in se secundario. Sic quòd intellectio eius terminatur ad illa, sicut rationabiliter corripit eum doctissimus Zimara libro Theor. propositione sexagesimanona. Verum auctoritas illa Auerrois cogit intellectum ad negandum diuinam prouidentiam in particulari. 12. met. comen. 51. Intellectus diuinus uilesceret, si minima naturæ attenderet, quemadmodum uilesceret rex, si quæ in stabulo fiunt, & ipse prouidendo caret. Respondeo cum Scoto vilesceret quidem si minima naturæ attenderet motiue, & cum tedio & labore, sicut & nos. Apostolus enim ad Hæbreos capitulo quarto, dicit omnia nuda, & aperta sunt oculis domini. Quod glosandum dicimus in se, quia secundum suum esse omnia relucent in essentia Dei.

Conclusio certa ē omnium theologorum, q̄ Deus oīa intelligit distinctissime vnico actu cognoscēdi vide Scotū in 1. dist. 2. q. 1 & 38. & 39. & alibi sæpe, vide D. Thomā in libro cōtra gentiles lib. 1. ca. 50. bene declarantem.

IN-

*INTELLECTVS BEATVS VNICA intellectione intelligit essentiam diuinam, & omnia relucencia in ea.*

Octaua. HAnc conclusionem substinet Scotus 14. & 15. q. quol. ar. 2. principali. Similiter tenet de anima Christi, quæ videbat actualiter in verbo omnia relucentia in ipso verbo. 14. dist. 5. q. 2. & sic concedit intellectum beatũ vnica visione videre infinita obiecta in essentia diuina relucentia, & tamen ille intellectus non est infinitus, sed finitus, & beatus Huius oppositum videtur ponere in 1. dist. 2. q. 1. vbi uolens probare Deum esse infinitũ, arguit sic. Intellectus Dei est infinitus, ergo ipse Deus est infinitus probat antecedens sic, intellectus Dei intelligit infinita simul vnica intellectione ergo est infinitus. A pari arguamus & nos, intellectus beatus intelligit infinita unica intellectione simul in essentia, ergo est infinitus.

SOLVTIO.

Non mouetur a rebus intellectus diuinus, sed potius mouet rei.

Deus quicquid intelligit, intelligit in se, & a se, & ipse producit cognitionem, sic ꝙ nõ mouetur a rebus. Intellectus aũt beatus pure passiue concurrit ad intellectionem beatificam, sicut intellectus animæ Christi pure passiue concurrebat. Nam essentia diuina est obiectum liberum nõ naturale, testimonio Ambrosij super Lucam cap. 2. dicentis. Essentia diuina in tantum vr̃, in quantum videri vuult, velut declarat Scotus in 4. dist. 49. q. 4. & 5. & tactum est. 14. q. quol contradictione. 8. Tũc ad formam contradictionis dico, ꝙ consequentia Scoti talis est. Intellectus diuinus intelligit infinita in se, a se, & actiue, ergo est infinitus. Modo intellectus creatus, beatus intelligit infinita vnico actu, non tamen in se, quia in essentia, non a se, quia ab essentia volente, non actiue, quoniam pure passiue.

Optima solutio huius quæsiti.

*AGERE NECESSARIO EST PERFECTIOR modus agendi, quàm agere contingenter. Ex xvi. quæst. quolibet contradictiones.*

Prima.



SCOTVS 16. quæstio. quolibet, articulo primo, dicit, quòd agere necessario est perfectior modus agendi, quàm agere contingenter. Huius oppositum videtur adstruere, dum dicit in primo, distinct. secunda, quæst. prima, & in secundo, distin. 1. quæst. 1. necnon in 7. quęst. quolib. Deum agere

agere ad extra mere, libere, & contingenter, & tamen Deo conuenit perfectissimus modus agendi.

SOLVTIO.

Regula ista Scoti hoc indiget glosemate, agere necessario est perfectior modus agendi, quàm agere contingenter, ubi talis modus agendi est composibilis, & sic in Deo agente ad intra est perfectior modus agendi necessario, quàm cōtingenter, quia ibi est composibilis, ad extra uero modus agendi necessario, non est cōposibilis ipsi Deo, quoniam Deus necessario crearet, necessario prædestinaret, & necessario operaretur, & opera omnia creata essent necessaria, & tolleretur cōtingentia a rebus. Sed dubitatur sic. Scotus in 1, dist. 8. q. ult. arguit sic de mente Auicennæ. In qualibet diuisione entis, necessitas est simpliciter perfectionis, ergo in ista diuisione agentis. s. necessario, & con tingenter, agens necessario est perfectius. Respōdeo, ut prius. In qualibet diuisione entis, necessitas est simpliciter perfectionis, si talis modus ibi non repugnat, modo repugnat Deum agere ad extra necessario ex causis prælibatis, ideo propositio Scoti undique ueritatem redolet absque contradictione. Vide doctrinam huius uiri per celebris Scotistæ.

PRIORI ABSOLVTO NON REPVGNAT ESSE sine posteriori.

HViusmodi regulā ponit Scotus 16. q. quol. ar. 2. in 2. dist. 12. q. 2. & in 4. dist. 12. q. 2. Huius oppositum notare uidetur in 2. dist. 2. q. 2. ubi ait motum localem non posse esse sine termino, quia Aristoteles dicit. 6. phi. te. com. 7. Omne, quod mouetur, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, & tamen motus est de prædicamento quantitatis, & consequenter ens absolutū Terminus uero eius est ubi, quod est respectus extrinsecus aduenients, ergo non omne prius potest esse sine posteriori absque contradictione. Secunda.

SOLVTIO.

Franciscus Mayronis huiusmodi regulam aperuit in primo, distinctio. 14. quæst. 4. Quæ quidem regula quadruplici indiget antemurali. Primum est, uera est regula, quando inter illa nō est essentialis dependentia, & sic motus nō potest esse sine termino, quia essentialiter dependet a termino. Secundum est, quando unum non includitur in alio, Quantū est de subiecto poterit esse sine risibilitate, sed quia idētificatur

sibi realiter, id non potest esse bene.

alio,& sic partes nō possunt esse sine toto,licet sint priores toto,quia necessario includuntur in toto. Tertio quando posterius sequitur necessario prius.sic duo alba non possunt esse sine similitudine,quia similitudo necessario sequitur fundamentum, & terminum, sic etiam homo non potest esse sine colore,quia color sequitur necessario & naturaliter ex mixtione humana. Quartum,quòd inter illa non sit identitas realis,Ideo homo non potest esse sine risibilitate,quia sunt idem realiter,licet homo sit prior natura.

## DATVR ACTVS NEVTER.

Tertia.

SCotus 16.q.quolib.art.j.ponit actum neutrum in voluntate humana. Exempli gratia, potest homo non diligere,neq; odisse vxorem suam,sic etiam potest non diligere, neque odisse Deum, & tunc non erit amicus,neque inimicus.Hoc idem ponit Scotus in primo,dist.1. quæst.4.& in 2.distinct.28.quæst.vni.nec non in 4.dist.49.q.9.Huius oppositum ponit Euangelium Math.cap.12. Qui non est mecum,aduersum me est. & qui non colligit mecum, dispergit,ergo aut diligimus Deum,aut ipsum odio prosequitur,nullum est medium.

## SOLVTIO.

Dari statū neutrum inter gratiā, & culpā de potētia absoluta Dei, cum Scoto tenet istæ ꝑ celebrisscotista.

Sanctus Thomas, & Ocham negant actum neutrum. Franciscus Mayronis ponit illum in quarto,distinctione prima,questione tertia, Seneca etiam ponit in adagijs suis dicens, aut diligit, aut odit mulier,nullum est tertium,in uiris vero est tertium. Ideo respondeo ad ad formam contradictionis, quòd si comparetur voluntas nostra ad Deum necessitate legis tenetur ipsum diligere Math.capitulo vigesimosecundo,diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente tua, similiter, & proximum, quia infert,& proximum tuum, sicut teipsum, ergo cum uoluntas non diligit,peccat. Euangelium ergo non negat dari actum neutrum,sed dicit, quòd non datur sine peccato, non sufficit dicere, non odi Christum,sed oportet ipsum diligere, vt quispiam salutem adipiscatur æternam. Sed oritur dubium,quoniam sanctus Thom.1.questione 18. articulo nono, ponit actum neutrum. Similiter sanctus Bona.in secundo,distinctione quadragesimaprima, articulo primo, quæstione prima. Respondeo, quòd ponunt actum neutrum, qui non est meritorius,neque demeritorius non tamen est sic neuter,quòd non sit,nec amor,nec odium,quod ponit Scotus.

SICVT

## SICVT PRINCIPIVM IN SPECVLABILIBVS, *Ita finis in operabilibus.*

Scotus 16.q.quol.art.1.adducit istam regulam & Arist.2.phi.test. co.89. & dicit istam regulam sortiri veritatem suam, quo ad duo, primo quoad ordinem obiectorum intelligibilium inter se,hoc est,si cut conclusio habet veritatem, & euidentiam suam a principijs,primo post.te.com.3.Ita ea,quæ sunt ad finem,habent veritatem suam ab illo fine participatiue. Secundo quo ad ordinem potentiarum ordinate tendentium in obiecta,vt sicut intellectus assentit conclusioni propter præmissas, ita uoluntas uult ea, quæ sunt ad finem,propter ipsum finem,non est autem uera regula illa quantũ ad necessitatem, quoniam intellectus necessario assentit conclusioni propter præmissas.Voluntas vero non necessario vult ea,quæ sunt ad finem,propter finem,sed mere,libere,& contingenter. Similiter intellectus cognoscens conclusionem necessario prius dinoscit principia,non sic uolun tas,quæ quidem non necessario uult finem,puta Deum,libere,& cõtingenter:quia potest non diligere Deum,licet diligat creaturas,quæ sunt ordinatæ ad Deũ, & secundũ legẽ debent diligi propter Deũ. Huius oppositum uidetur adstruere Scotus ibidem,quoniam Aristo. & Auer.tenent,quod sicut intellectus necessario assentiens conclusioni,prius assentit principijs,ita voluntas uolens ea,quæ sunt ad finem, prius necessario vult. Ait.n.philosophus, est autem necessarium & in doctrinis,& in his,quæ sunt secundum naturam.

Quarta pro hac ratione nota φ principia in speculationib. sunt p̃missę syllogismi demonstratiui.Et finis in agibilib. est id pp φ aliqua operatio fit, vt dare ęlemosinā propter Deũ. Deus est finis.

## SOLVTIO.

Si voluntas procedit ordinate ordinẽ legis, seu rationis,volens ea, quæ sunt ad finem,necessario prius uult finem necessitate suppositionis,ut si Petrus diligens Ioannem dilectione ordinata,debet diligere propter Deum, ergo prius & magis Deum, quoniam propter quod unumquodque tale,& illud magis.primo post.test.com.6. Si autem diligit simpliciter,& inordinate, tunc diligit uoluntas creaturã, quæ est diligenda propter Deum, & non diligit Deum, Exempli gratia, quispiam diligit meretricem,& nõ propter Deum. Tunc ad formam contradictionis dico, quod ubicunq; Scotus de mente philosophorum approbat istam positionem,uidelicet uolũtas necessario fruitur fine,si diligit ea,quæ sunt ad finem,uerum est,quando diligit ordinate ordine legis,aut rationis,& propter finem,& de necessitate suppositionis. Absolute autem regula non est uera,nam multoties nos diligimus

gimus creata, & non propter Deum, quæ tamen sunt diligenda propter Deum ordine legis, & rationis.

*POTENTIA FACIENS DIFFERENTIAM inter aliqua duo, cognoscit vtrunque extremum per se, & sub propria ratione.*

Quinta. SCotus 16. quæstione quolibet articulo secundo ponit hanc regulam, quam trahit ab Arist. 2. de anima test. comento 146. per quam quidem regulam philosophus probat sensum communem esse. Eandem regulam adducit Scotus libro vniuer. quæstione 5. & in primo sententiarũ distinctione 8. q. 3. Qui tamen in secundo distinctione 3. quæstione prima & 7. met. quæstione 17. dicit quòd intellectus noster non cognoscit singulare signatum sub propria ratione singularitatis naturaliter, sed tantum sub ratione naturæ, nihilominus intellectus ipse ponit differentiam inter singulare & vniuersale, ergo falsa est regula illa famosa, quam ipse Scotus attulit.

SOLVTIO.

Qui facit differẽtiam inter aliqua cognoscit vtrunque sub propria ratione conueniente sibi & non alteri uide, Mauritũ 5. q. vniuersalium.

Textus philosophi sic intelligitur, potentia faciens differentiam inter aliqua duo, cognoscit vtrunque extremum per se, & sub propria ratione, hoc est sub ratione conuenienti sibi, & non alteri, vel sub ratione conuenienti vtrique extremo comparationis, non intelligitur autem sub propria ratione idest sub ratione distincta, quoniam Aristot. etiam contradiceret sibi ipsi. Ait enim secundo methaphisic. primo comento. Sicut oculi nicticoracis ad lucem solis, sic intellectus noster ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, hoc est, sicut noctua nõ potest intueri lucem solis, sic intellectus noster non potest cognoscere clare Deum, & intelligentias, vbi Auerro. in comento illo exponit de difficultate non, de impossibilitate sic, sicut cum difficultate nicticorax intuetur lucem diei, sic intellectus noster cũ difficultate dinoscit Deum, & intelligentias, quoniam tantum confuse cognoscit, & nõ distincte, velut substinet Scotus in primo distinctione 33. quæstione prima & in tertio articulo 14. quæstionis quolibet. Nihilominus intellectus noster ponit differẽtiam inter Deum, & alia entia. Ait enim philosophus 12. meth. test. comento 48. ab hoc principio pendet cœlum, & natura, ergo non debet intelligi regula illa hoc modo scilicet intellectus facit differentiam inter aliqua duo, ergo cognoscit illa duo distincte, sed hoc pacto intellectus ponit differentiam inter uniuersale & sin-

& singulare, ergo cognoscit uniuersale sub ratione quadam conueniē. ti sibi, & per se, similiter singulare. Et si arguas, ergo Scotus non probat intentum. Nam lib. uniuer. quæst. 5. intendit probare, quod uniuersale est per se intelligibile capiendo uniuersale pro secunda intentione. Respondeo, si Scotus intenderet hac ratione probare, quod vniuersale intelligatur distinctè, nihil quidem probaret, sed quoniam uult probare, quod cognoscatur per se, & sub aliqua ratione sibi cōueniēti, & non per accidens, idcirco militat eius ratio. Secundę intentiones sunt per se intelligibiles sed non primo.

## DANS FORMAM DAT CONsequentia formæ.

Scotus. 16. quæst. quo. ar. 3. dicit, qui dedit cœlo esse, dedit ei sphæritatem, seu rotunditatem, sicut qui dedit esse igni, dedit ei caliditatē. Iuxta regulam Aristo. 8. Phi. te. com. 32. & 3. cœli. text. com. 28. dans formam, dat consequentia formæ, Huius tamen oppositum uidetur asserere in secundo distin. 2. q. 10. ubi dicit, quod grauia & leuia habēt principium intrinsecum actiuum sui motus, sic quod si graue moueatur deorsum, talem motum consequentem formam ipsius grauis non habet a datore formæ seu a generante, sed a semetipso. Similiter cū leue ascendit, non habet illum motum sursum leuē a generante, sed a leuitate sua intrinseca, ergo falsa est regula illa famosa, dans formam dat consequentia formæ. Sexta.

## SOLVTIO.

Propositio illa Arist. est uera de consequentibus formam necessario, ut sphæreitas sequitur cęlum, caliditas ignē, & risibilitas hominē Qui dedit homini esse dedit ei risibilitatem, quoniam risibilitas necessario necessitate naturæ insequitur esse hominis. Motus autem localis non sequitur necessario ipsum graue, neque leue, ideo in illis non tenet. Verum dubitatur sic, Aue. 8. phi. com. 32. dicit, dans formam, dat omnia accidentia consequentia formam, quorum unum est moueri in loco, ergo loquitur etiam de motu ipse Aristoteles. Respondeo, moueri capitur dupliciter, uno modo in actu, & sic non sequitur necessario mobile necessitate naturæ, nec sic cępit Auerroes ipsum moueri. Alio modo capitur moueri aptitudinaliter, & sic aptitudo ad moueri, & in graui intelligimus grauitatem, in leui leuitatem Qui dedit esse graui dedit ei grauitatem, per quam aptum natum est moueri deorsum naturaliter. Similiter q. dedit leui esse, dedit leui esse,

Dubium. Responsio. Moueri duob. sumitur.

dedit ei leuitatem, per quam aptum est moueri sursum naturaliter, nam grauia, & leuia habent principium intrinsecum actiuum sui motus, teste Auer. 2. phi. com. 1. & Scoto in 2. dist. 2. q. 10.

### *VOLVNTAS EST POTENTIA COLLATIVA sicut intellectus. Ex xvij. quæst. quolibet. contradictiones.*

Prima.



ENET Doctor subtilis. 17. q. quo. ar. 1. ꝙ tam intellectus, quam uoluntas cõparat unum obiectum ad aliud, & sic utraque potentia est collatiua. Intellectus. n. intelligendo duo obiecta comparat unum obiectum ad aliud, uoluntas uero uult unũ propter aliud. Vt quando quispiã diligit filium propter matrem. Huius oppositum uidetur ponere in 1. quæst. quo. ar. 1. & in 4. dist. 1. q. 2. ubi diffinit secundam intentionem dicẽs eam esse comparationem passiuam intellectus, qua vnum obiectũ ad aliud comparatur ab ipso intellectu cognoscente, ergo uoluntas non comparat.

## SOLVTIO.

Secũdum Theologos ponit actus collatiuus, ipsius uoluntatis, uide Scotum 3. d. st. 1.

Cum intellectus ducit comparãdo unũ obiectũ cognitũ ad aliud innascitur secunda intentio, inde non sequitur, ꝙ voluntas non possit conferre vnũ obiectũ uolitum ad aliud, similiter odisse unum cã alterius. Ideo dicimus ad formã contradictionis, ꝙ intellectus confert seu cõparat, sed non tm̃ intellectus quin ẽt uoluntas est, potentia collatiua. Sed oritur dubium, nã Sco. ibi assignans causam, quare intellectus & uoluntas sunt potentiæ collatiuæ dicit, quia sunt potentiæ immateriales, ac si dicat, si essent potẽtiæ materiales conferre & cõparare non possent. Tunc arguitur sic contra Scotum. Ari. 2. de anima te. co. 146. dicit, sensum communem ponere differentiam inter obiecta particularia cuiuscunque sensus particularis, comparando unum ad aliud, & tamen sensus communis est potentia materialis. Similiter Auer. 2. de anima co. 63. & 3. de anima co. 63. & 3. de anima com 6. & com. 20 dicit ꝙ cogitatiua discurrit in particulari, & est potentia collatiua indiuidualiter, & tamen cogitatiua est potentia organica, & materialis. Respondet Dominus Lechetus, quod immaterialitas non est causa pręcisa qua potentia aliqua sit collatiua, quoniam potentię materiales sunt comparatiuę. Sed pace tanti viri dixerim huiusmodi responsio non est Scotica, quia nullam potẽtiam materialis confert proprie

loquendo, sicut loquitur Scotus de comparatione, quæ est secunda intentio. Idcirco dicendum, quòd immaterialitas est præcisa causa, qua aliqua potentia comparatione, quæ non est ex natura obiecti sed secunda intentio. Cum autem sensus cōis comparat, comparatio illa est relatio realis potentiæ comparantis ad obiectum compatatū, seu unius obiecti ad aliud, quia nascitur ex natura rei, sicut cum ignis agit in aquam, cum intellectus uero comparat, seu uoluntas confert, talis relatio est rationis, & Scotus notat hanc diuersitatem comparationis in littera.

PECCATOR EXISTENS IN PECCATO, *per bona opera ex genere potest se disponere ad gratiam gratum facientem.*

AD hoc, ut actus sit meritorius, debet elici secundum inclinationem charitatis, seu gratiæ gratum facientis, hoc dicit Scotus 17. q. quol. art. 2 ad calcem, quod firmauit in primo dist. 17. & in 3. dist. 13. cui adstipulatur Franciscus Mayronis in 1. dist. 17. q. ultima, Buccinante Paulo prima Cor. 13. & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Huius oppositum uidetur adstruere Scotus in 4. dist. 14. q. 2. ubi tenet ꝙ peccator existens in peccato, per bona opera ex genere potest seipsum disponere ad gratiam gratum facientem mediante communi influentia, ergò peccator potest mereri sine gratia gratum faciente.

SOLVTIO.

Dominus Gadius uolens sedare huiusmodi contradictionem dicit, quòd propositio Scoti est uera, nisi actus meritorius fuerit elicitus absque gratia. Alias autem non elicitur, nisi mediante gratia gratum faciente. Miror equidem tantū Theologū in hanc delapsum falsitatē. Ait Christus Io. 15. Sine me nihil potestis facere, & Paulus Ro. 6. Gratia Dei uita æterna. Et primo Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatum autem nō habeam, factus sum uelut æs sonās aut cymbalum tiniens, & c. 15 Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit 1. Cor. c. 3. Quid n. habes, qđ non accepisti? 2. Cor. 4. Nō ꝙ idonei sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est, & Philip. c. 2. Deus est, qui dat unicuiq; uelle, & perficere pro bona uoluntate, qđ declarans Augustinus lib. de natura & gratia dicit. Sine gratia Dei nullū prorsus siue agen-

Contra Gadium Bononiensem.

I 2 do, siue

o ,siue volendo,faciunt homines bonum, libro de verbis apostoli fermone decimotertio.Sine gratia Dei nihil boni aliquis facere potest libro soli loquiorum capitulo decimoquinto. Domine siquid boni est in me a te est,ex me autem non,nisi malum,& peccatum. Nam apostolus dicit in prima Cor.capitulo 10.Non ego,sed gratia Dei mecũ. Ideo dico ad contradictionem,quod nemo potest facere bonum meritorium sine gratia Dei gratum faciente. Peccator tamen fidelis potest seipsum disponere meritorie ad illam gratiam per bona opera ex genere,tanquam per fructus fidei stante communi influentia ad bonum.Sed nascitur dubium, quoniam sanctus Thomas, & sanctus Bonauentura in secundo distinctione 28. pari concordia tenent. ꝙ peccator non potest seipsum disponere sine gratia Dei præueniente, & Scotus ponit sufficere communem influentiam.Respondeo non nulli non intelligentes Scotum arbitrantur ipsum Pelagio quoquo modo adhærere,sed sciant quæso Scotum loqui de peccatore fideli, præsupposita fide, quæ est gratia præueniens,& per peccatum non deperditur ex toto,sed infirmatur duntaxat,vt declarat Augustinus lib.de verbis apostoli ser.2.15.& 16. Dicit ergo Scotus; quòd peccator fidelis ex fide infirma mediante auxilio Dei ad bonum,quod est communis influentia ad bonum; potest producere aliqua bona opera, quæ non sunt meritoria,sed dispositiua ad gratiam gratum facientem, tanquã fructus fidei, & sic producit atritionem idest dolorem imperfectum de peccato, sic detestatur peccatum, imperfecte tamen. Cum autem recipit gratiam gratum facientem atritio fit contritio,& omia opera quæ ipse producit,sunt meritoria , & euangelice loquitur. Ait enim. Matthæus capitulo tertio.Pœnitentiam agite, appropinquabit in nos regnum cælorum,peccatores quidem alloquitur fideles. Et Paulus ad Eph. capitulo quinto. Surge,qui dormis & exurge a mortuis,& illuminabit te Christus. Similiter Iacobus capitulo quarto. Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis.Vos ei per fidem fructificantem opera,ipse autem per gratiam perficientem. Et ante eos Dauid dixit psalmo trigesimotertio. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.Catholice igitur loquitur Scotus,& concor di spiramine cœteris doctoribus attestatur veritatem huiusmodi, ꝙ nos fideles debemus accedere ad Deum per opera bona tanquã per fructus fidei , & licet fides nostra sit infirma ex peccato, illuminabimur perfecte lumine fidei,& gratiæ,quia fides auget, & gratia condonatur. Petebant enim discipuli peccatores augmentum fidei, Lucæ capitulo decimoseptimo Domine adauge nobis fidem.

Dubium.

Responsio.

Qũo istæ vir per celebris saluat, & tuatur Scotum.

Oĩs actus meritorius elicit a gratia,nisi visibile actus fuerit elicitus.

Scotus qũo loquat catholicæ.

CHA-

## CHARITAS EST FORMA *omnium virtutum.*

CHaritatem esse formam omnium virtutum adstruit Scotus 17. q.quolibet art.3.Et in primo distin.17.necnon in tertio dist.36. q.unica.Huius oppositum notat ipse in tertio dist.36. ubi de mente Arist.6.Ethi.capitulo vltimo dicit: Prudentiam esse regulam,& formam omnium virtutum. Tertia.

## SOLVTIO.

Augustinus libro 4.ad Iulianum c.2.dicit,veræ & perfectæ virtutes non sunt sine charitate,& in libello de charitate ait,tanta est charitas, ꝙ cum ipsa habetur,rite habentur omnia.Si autem desit,frustra habẽtur cætera.Et libro quinto de ciuitate Dei, dicit Romanos nõ habuisse veras virtutes,quia non fuere perfectæ eorum virtutes ipsa charitate,quod Pau.expræssit prima Cor.13.Nunc autem manent spes,fides charitas, Tria autem hæc maior autem horum est charitas. Tunc ad formam contradictionis dico,vbicunque Scotus dicit,charitatem esse formam omnium virtutum,loquitur theologice de virtutibus infusis,& acquisitis,moralibus,& theologicis.Cum vero dicit,Prudentiã esse regulam,& formam,loquitur de uirtutibus naturalibus tantum naturaliter acquisitis cum philosopho.Nam prudentia est vna virtus generalis,vel quælibet virtus moralis habet propriam prudentiã sine qua non est perfecta virtus.Sed dubitatur sic,Ari.quinto Ethic.c.4.dicit, ꝙ iustitia se habet ad alias virtutes, sicut hæsperus inter stellas, & hanc iustitiam Scotus 17.q.quolib.articulo tertio appellat iustitiam generalem,& regulam omnium virtutum,ergo non est prudentia regula omnium virtutum moralium.Respondeo,quod iustitia hæc habitualis generalis est virtus quædam,secundum quam vnusquisque bene se habet ad totam legem,vt declarat Franciscus Mayronis in 3.distin.37.q.9.& talis iustitia coincidit cum prudentia illa generali. Quõ charitas tripliciter sit forma a iaiũm uirtutũ vide Scotũ in 3 sent.dist.36

## DE VNO ET EODEM HABETVR *scientia, & fides.*

SCot.18.& 17.q.quol.art.3.tenet,ꝙ de eodẽ obiecto põt simul haberi scientia,& notitia credulitatis,quæ est fides, velut de Deo habetur notitia methaphisica 12.met.t.c.38 ꝙ est actus purus,& independens,a quo cũcta dependent,cœlum & natura, t.c.vlt. ꝙ est unus, Quarta.

& de eodem habetur notitia theologica, quæ est fides, ꝙ est incarnatus in persona verbi, ꝙ est trinus & vnus, creator cœli, & terræ. Huius oppositũ sentire videtur in prologo primi q.3. ad calcem vltimi quæsiti, vbi tenet, ꝙ de vno, & eodẽ non potest simul haberi scientia, & fides. Nam scientia est notitia certa, & euidens ab obiecto, primo post. t.c.5. Fides vero est notitia certa, non tamen euidens, sed reuelata. Similiter in tertio distinctione 24. quæstione vnica, ubi tenet, quòd sicut de uno, & eodem non potest simul haberi scientia, & opinio, quia scientia est notitia certa sine formidine de opposito, opinio vero est cum formidine de opposito, ita de vno & eodem non potest simul haberi scientia, & fides.

## SOLVTIO.

Duplex est scibile.

Duplex est scibile, quoddam remotũ, & est obiectum de quo ostenditur propria passio. Quoddam est propinquum, quod est conclusio scibilis. Exempli gratia, cum dico, homo est risibilis, ly homo est scibile remotum, tota conclusio vero est scibile propinquum. Tunc ad formam contradictionis dicendum, quòd de eodem scibili remoto, bene potest haberi scientia, & fides, vt dictum est de Deo, de eodem scibili propinquo non, vt si de ista conclusione, Deus est trinus, & vnus habetur fides, nevtiquam potest de eadem haberi scientia. Alio modo respondere possumus, ꝙ quando Scotus dicit de eodem obiecto non posse haberi simul scientiam, & fidem, uerum est tãquam de subiecto adequato. Dum uero concedit de eodem obiecto posse haberi simul scientiam, & fidem, uerum est, tanquam de considerato in illa sciẽtia. Exempli gratia si ens est subiectũ adequatum meth. non põt esse subiectum in theologia, tamen de eodem considerari potest in utraq; uelut dictũ est de ipso Deo. Sed monetur dubium tale. Scientiæ secãtur, quemadmodum & res 3 de anima t.c.37. & 6. met. t.c.2. Arist. diuidit scientiam realem, in phisicam, Methaphisicam, & Mathematicam, penes diuersitatẽ consideratorum. Si ergo de Deo habetur notitia theologica, & methaphisica, istæ duæ notitiæ non erunt distinctæ, qm̃ res considerata est eadem. Respondeo scientiæ distinguntur specie ab intrinseco penes rationes suas formales, intrinsecas, sicut homo & equus distinguntur specie ab intrinseco penes quiditates suas formales, ab extrinseco uero scientiæ distinguntur specie, Aliquando ab obiectis consideratis, aliquando a diuersa ratione formali considerandi, velut Arist. & Auer. declarant secundo phi. test. comento 18. ut de cœlo consideratur a philosopho naturali, & a mathematico, sed sub di-

Quõ de eodem scibili remoto possit haberi scia & fides. istæ sciẽtiæ conueniũt circa rẽ cõsideratã, differunt quo ad modum cõsiderãdi.

uersis modis considerandi. Nam phisicus cōsiderat de cœlo, ut est corpus mobile, mathematicus autem, ut est sphericum. Similiter de Deo consideratur in methaphisica sub ratione entis, & quantum ad passionem ipsius entis, quæ sunt, unitas, necessitas, æternitas, independentia actus, finis, & ijs consimilia prædicata. In theologia uero considerat de Deo, quantū ad prædicata intrinseca, & extrinseca, q̄ sunt reuelata.

### *DEVS NON PRAECEPIT PRAECEPTA seruanda nobis ex charitate.*

Scotus 17. quæstione quolibet & in 2. dist. 28. quæst. unica, tenet q̄ Deus non præcepir nobis præcepta seruanda ex charitate, aliter si quispiam daret elemosynam, & non amore Dei, peccaret. quia contra mandatum Dei. Sanctus Thomas uero in 2. distinctione 28. quæstione 3. & sanctus Bonauentura in 2. dist. 28. articulo primo quæstione tertia tenet, Deum præcepisse nobis præcepta omnia seruanda ex charitate. Quinta.

### SOLVTIO.

Præcepta seruari a nobis contingit dupliciter, uno modo quātum ad genus operis, & dispositiue ad gratiam, & sic non tenemur seruare ex charitate. Si enim aliquis seruat legem, dato quòd non sit in gratia, sed peccator, disponitur ad gratiam acquirendam. Altero modo meritorie, & sic non possumus seruare sine charitate, quia tota ratio meriti est a radice charitatis, ut declarat Pau. 1. Cor. capitulo 13. & Scotus aperit in primo distinctione 17. & in secundo distinctione 28. & 17. quæstione quolibet. Sed mouetur dubium, quoniam Apostolus dicit, Rom. capitulo 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, ergo a fortiori, quod non est ex charitate. Respondent Domini canonistæ prima quæstione primo capitulo non sinat. Omne quod non est ex fide, idest contra fidem, peccatum est. Nicholaus de lyra dicit omne, quod non est ex fide id est contra conscientiam, peccatum est. Sanctus Thomas secunda secundæ quæstio 16. articulo quarto ait, omne quod non est ex fide peccatum est, concomitanter uerum est dictum Apostoli, Quoniam opera infidelium sunt facta in uiua radice omnium peccatorum, quæ est infidelitas, licet sint suapte natura bona, sic ut ea nullo modo uituperare possimus, quemadmodum declarat Augustinus libro de spiritu & anima capitulo 27. tamen appellantur peccata sic concomitanter.

Præcepta seruari a nobis cōtingit dupliciter.

Omne q non est ex fide peccat, id est non est meritorium.

## ACTVS EXTERIOR ADDIT ALIQVID *actui interiori. Ex xviij. quæstione quolibet. contradictiones.*

Prima.



COTVS decimaoctaua q.quolibet ponit,ꝙ actus exterior addit aliquid bonitatis,vel malitiæ actui interiori,hoc est, magis peccat, qui vult committere homicidium,& committit,quam ille, qui vult committere, & non committit, quia impeditur, quamuis faciat quantum in se est. Hanc eandem conclusionem substinet magister sententiarum in secundo dist.42.c.1.Sanctus Thomas in 2.dist.42.q.1.sanctus Bonauẽtura in 2.dist.42.art.1.q.2.Huius oppositum videtur adstruere Christus in Euangelio Mat.c.5.dicens. Qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eam,iam mœchatus est in corde suo,cui adstipulatus Aug.lib 1.de libero arbitrio c.3.ait,Cui non contingit concubere cum vxore aliena,planum tamen est eam cupere, non minus reus est, quam si in ipso facto deprahenderetur.

## SOLVTIO.

Peccatum duobus modis cõsideratur.

Peccatum potest cõsiderari dupliciter,uno modo ex parte auersionis a Deo,ait diuus Bonauentura & sic uoluntas reputatur pro facto. Altero modo ex parte conuersionis ad opus,& sic non tm̃ peccat, qui vult,& non potest,quam qui vult,& facit.Nempe non tantũ meretur qui vult dare elemosynam,& non dat,quantum ille, qui vult dare,& dat. Quod quidem Euangelium adnotauit dicens,iam mœchatus est in corde suo,itaque mœchus dicitur corde non opere,sed emergit dubium,nam Scotus dicit esse duo peccata, vnum in velle facere, alterũ in facere,primum est in actu interiori,Secundum in actu exteriori,cui tamen omnes doctores scholastici fere contradicunt, qui sunt magister sententiarum in secundo distinctione quadragesimasecunda. Sanctus Thomas.Sanctus Bonauentura ibidem.Ocham quolibet primo quæstione 20.& in tertio distinctione 10.Gregorius de Arimino in secundo distinctione vltima.Gabriel Biel. Tenent enim isti,ꝙ actus exterior addit actui interiori intensiue,non extensiue,hoc est,magis peccat,qui vult facere,& facit quam qui vult,& non facit, tamen nõ sunt duo peccata,sed unum. Respondeo, ꝙ omnes hi doctores sunt hmõi opinionis , Scotus vero oppositæ opinionis. Quoniam lex ponit præcepta diuersa,unum ad actum interiorem,aliud ad exteriorem,Exodi c.20.Non mœchaberis,non cõcupisces vxorem proximi tui.Similiter

Dubiũm.

Responsio.

non furtum facies, non concupisces rem proximi tui. In primo præcepto prohibetur actus exterior, in secundo vero actus interior, uidelicet non facias furtum, neque adulterium, postea, non cōcupisces rem proximi tui, neque uxorem, ergo sunt duo peccata.

## DEVS LIBERE MOVET creata per voluntatem.

SCotus decimaoctaua quæstione quolibet articulo primo dicit, ꝙ Deus mouet naturaliter vegetabilia, puta arbores, ut fructificent, & plantas, ut crescant. Huius oppositum dicit Scotus decimaseptima quæstione quolibet ubi determinat Deum esse principium actiuum liberum, non naturalem, quoniam Arist. secundo phi. test. comen. 49. & nono met. t. c. 10. diuidit principium actiuum per naturale, & liberum, hoc idem dicit Scotus in primo dist. 2. q. 7. & in 2. dist. 25. q. unica nec non in quarto dist. 49. q. 4. determinās Deum mouere omnia per voluntatem suam psalmus 113. omnia quæcunque voluit, fecit. Secunda.

## SOLVTIO.

Vbi Scotus dicit, ꝙ mouet ista creata naturaliter, debet intelligi sic naturaliter idest mediante causa naturali, uel naturaliter, hoc est, sicut natura eorum eligit, aut naturaliter, quoniam ipse est director totius naturæ. Ait enim August. septimo libro de ciuitate Dei capitulo 30. Sic Deus res, quas, condidit, administrat, ut proprios motus agere sinat, non mouet autem naturaliter, hoc est necessisitate naturæ, ut non possit impedire fructificationem plantarum, & pluuiam, & solis radios terram irradiātes. Ait enim ueritas Mat. c. 5. Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Optima interpretatio

## OMNE RECIPIENS DEBET ESSE denudatum a natura recepti.

SCot. 18. q. quol. & in 2. dist. 15. q. vnica nec nō in quinto met. q. 7. interpretāt regulā hmōi, quæ ponitur ab Ar. 3. de aīa t. c. 4. hoc modo Omne recipiēs debet esse denudatū a natura recepti a toto genere, ut si phiala debet recipere aliquē liquorem, nullum debet habere in se liquorē, neq; eiusdem speciei, neq; eiusdē generis. Et si aīa debet recipere aliq̄ speciē, non debet habere aliā speciē, neq; eiusdē speciei, neq; eiusdē generis. Auer. uero 3. de aīa c. 4. interpretatū sic. Omne recipiēs III. Vide Zimarā i suis theorematibus thæorematе 84. eadem dicentem.

debet

debet esse denudatum à natura recepti, secundum speciem tantum. Sed emergit dubium primum. Si ista propositio esset vera, sequeretur, quòd anima habens vnam speciem intelligibilem in se, non posset recipere aliam, cum ipsa sit tam in receptione spirituali, quàm corporali secundo de anima comen.67. locus specierum non tota, sed intellectus. tertio de anima test. comen. sexto, & similiter phiala habens vinum pro medietate sui non posset recipere aquam. Respondet Scotus vera est illa propositio, quando forma recepti satiat totam capacitatem recipientis, modo vna species intelligibilis non satiat totam capacitatem intellectus recipientis, quia est receptiuus plurium specierum. Similiter vinum illud non replet totam capacitatem phialæ recipientis, quando phiala ipsa est dimidiata. Secundum dubium oritur tale contra Auerr. si recipiens debet esse denudatum à natura recepti secundum speciem tantum, & non secundum genus, ergo materia informata forma lapidis posset recipere formam ligni, quia istæ duæ formæ distinguuntur specie, & sic materia informata forma lapidis iam est denudata a forma ligni secundum speciem. Nullam enim habet formam in se, quæ sit eiusdem speciei cum forma ligni. Respondeo cum Auerroe tertio cœli comen. 67. quando receptiuum omnium formarum, velut materia prima, tunc illud recipiens debet denudari ab omni forma, & secundum speciem, & secundum genus. Si vero intellectus debet recipere unam speciem, sufficit quòd sit denudatus ab aliqua specie simili illi, sed non ab omni specie etiam eiusdem generis. Tertium dubium mouetur tale, sensus, tactus non est denudatus ab omni tangibili secundum speciem, quia ipse etiam est quoquo modo tangibilis. Respondeo cum Auerro. tertio de anima comen. quarto, quòd in organo potentiæ actiuæ, in quo viget sensus tactus, est complexio, quæ resultat ex qualitatibus tangibilibus, videlicet caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, non tamen est vera qualitas tangibilis, nisi forte, secudum quid. Quartum dubium. Si recipiens debet esse denudatum a natura recepti secundum speciem, ergo intellectus non potest intelligere formas immateriales, cum ipse sit immaterialis, nec poterit intelligere semetipsum. Quamuis Auerro. tertio de anima comen. quarto, reliquerit hoc dubium insolutum, tamen quantum colligimus ab ipso Auerroe lib. destructionum disputatione quinta, in solutione dubij secundi, materialitas formę est causa, quòd recipiens debet esse denudatum a natura recepti, a tota specie: immaterialitas autem non impedit, & hoc suapte natura. Ideo licet intellectus sit immaterialis, tamen intelligit immaterialia & seipsum,

Dubiũm. (margin, beside "cipientis, quando phiala")

Responsio. (margin, beside "habet formam in se")

Idẽ dicit Zimara theoremate 84. (margin, beside "num disputatione quinta")

BONVM

BONVM ET MALVM SVNT IN rebus, & verum & falsum sunt in intellectu.

Scotus 18.q.quolib.art.3.dicit,quòd bonum & malum sunt in rebus:& verũ & falsum sunt in intellectus. Huius oppositũ sentire videtur ipse Scotus sexto met.q.8.ubi dicit,bonum & malum sunt in rebus,uerum & falsum sunt in intellectu,& est propositio Aristo.sexto met.te.co.8.quam declarat Antonius Andreas.6.met.q.6.

SOLVTIO.

Duplex est ueritas,ueritas in re, & veritas in intellectu, ueritas in re est conformitas rei intelligibilis,seu intellectę ad ipsum intellectũ, & appellatur intelligibilitas rei. quam Arist.secundo met.te.com.4. appellat ueritatem,dicens, unumquodq; sicut si habet ad esse, ita ad veritatem,hoc est ad intelligibilitatẽ, & ista ueritas est in re. Alia est ueritas in intellectu,& est cõformitas actus intelligẽdi ad ipsum obiectum intellectum, ut dum quispiam intelligit rem conformiter ad ipsam rem,intellectio illa dicitur vera, & huiusmodi ueritas est in intellectu.Sed oritur dubium quoniam Arist.sexto met.te.com 8.dicit,veritas & falsitas sunt in intellectu,qui tamen,9.met.te.co.21.ait in sola compositione,& diuisione est ueritas & falsitas,hoc est in propositione affirmatiua,& negatiua Respondeo vtraque propositio Arist. est uera. Nam ueritas & falsitas sunt in propositione affirmatiua, & negatiua immediate,mediate uero in intellectu. Nam illæ propositiones sunt in ipso intellectu, sicut albedo est obiectiue immediate in superficie parietis,mediate autem in pariete,in quo subiectatur & ipsa superficies.Et si arguas sic.Scotus dicit in 4.distinct.8.quæst.2. art.3. quòd ueritas & falsitas sunt in propositione uocali,nam ab eo, quòd res est,uel non est, oratio dicitur uera , uel falsa.cap.de substantia,& cap.de priori. Respondeo uerum est,ut in signo,in propositione autem mentali, ut in fundamento propinquo, in intellectu uero tanquàm in subiecto ultimo.

Veritas & falsitas apprehensiue sũt in intellectu.

Enũtiatiue sũt in uoce per modũ cautæ sunt in re.

CONCLVSIO HABET SVAM PROPRIAM veritatem, sicut principium habet suam propriam veritatem & formaliter.

Scotus 18.q.quolib.art.3.dicit,quòd principium in syllogismo habet propriam ueritatem formaliter,quæ tamen dependet a terminis Quinta.

nis primo poster test. comen. 6. Similiter conclusio syllogistica habet propriam ueritatem formaliter, licet ipsa dependeat a principijs, hoc idem dicit Scotus decimaseptima quaestione quolibet. articulo tertio exempli gratia si fiat talis syllogismus. Omne animal rationale est risibile, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est Animal rationale sunt hic tres ueritates, prima ueritas maioris secunda minoris, tertia conclusionis. Huius oppositum uidetur sentire Scotus in primo distinctione 8. quaest. 4. ubi dicit, ꝙ ueritas conclusionis nil aliud, est quam quaedam participatio ueritatis principiorum, seu praemissarum.

## SOLVTIO.

Quõ cõclusio habeat ueritatẽ suã formaliter.

Scotus in primo distinctione 8. quaestione 4. loquitur uirtualiter, alibi autem formaliter, hoc est ueritas conclusionis continetur uirtualiter in ueritate praemissarum. Ideo est participatio ueritatis praemissarum, formaliter tamen, & proprie ipsa conclusio habet ueritatem suã sicut praemissae suas proprias ueritates. Hanc declarationem facit Scotus sexto meth. quaestione prima. Sunt enim uerae praemissae immediate, conclusio uero mediate, quia ueritas conclusionis pendet ex ueritate praemissarum.

## BONITAS IN ACTV MORALI *est relatio extrinsecus adueniens.*

Sexta.

SCotus decimaoctaua quaestione quolibet dicit, ꝙ bonitas in actu morali est relatio extrinsecus adueniens, qui tamen in primo distinctione 17. quaestione secunda tenet, quòd bonitas in actu morali est relatio intrinsecus adueniens.

## SOLVTIO.

Exemplum triplex cõitatis ex genere cõitatis virtuose & bonitatis meritorie.

Ille actus dicitur bonus moraliter, quando elicitur secundum inclinationem uirtutis moralis, & est conformis recto dictamini rationis, Ait enim philosophus sexto Ethicorum capitulo tertio electio recta necessario requirit rationem rectam. Exempli gratia si quispiam praebeat pauperi elemosynam ex pietate naturali, ratione recte indicante, quia ille indiget, & dat quantum potest, & quando debet, & ubi debet, actus ille est bonus moralis, debitis circunstantijs circunstantiatus, & bonitas illius actus est relatio quaedam extrinsecus adueniens, quoniam non sequitur actum immediate, sed requiritur, ꝙ ille actus

sit con-

ſit conformis recto dictamini rationis, aliter non eſt bonus perfecte moraliter, vt ſi diues ex pietate naturali præbeat obolum tantum pau peri indigenti, quem ſcit habere plures filios infirmos, iſta elargitio non eſt conformis recto dictamini rationis, nec actus eſt debite circũ ſtantiatus, quia non dat quãtum debet diues ille, propterea eſt bonus actus, ſed non perfecte bonus moraliter. Quando ergo Scotus dicit, ꝙ talis bonitas eſt relatio intrinſecus aduenicns, intelligit ſic, quotiẽſcunque eligitur actus conformis recto dictamini rationis, ſemper eſt bonus bonitate morali, & ſic huiuſmodi bonitas eſt relatio intrinſecus aduenięs, quia neceſſario ſequitur extremis poſitis in actu Hæc eſt enim diffinitio relationis intrinſecus aduenientis data a Scoto in 4. diſtin. 6. q. 10. & diſt. 13. q. 2. & in quol. q. 11. Cum veso dicit illam bonitatem eſſe relationem extrinſecus aduenientem, loquitur de actu nudo, non elicito ſecũdum dictamen rectæ rationis, qui non dicitur perfecte bonus, vt dictum eſt. Definitio relationis intrinſecus aduenietis.

## PECCATVM ET GRATIA *opponuntur demeritoriè.*

SCotus 18. q. quolibet dicit, ꝙ peccatum eſt priuatio, ſeu carentia rectitudinis in actu uoluntatis, & quando actus non eſt rectus rectitudine legis, appellatur peccatum. Idem ipſe dicit in 2. diſt. 35. Huius oppoſitum videtur ponere in 2. diſt. 35. & 37. vbi dicit, quòd peccatũ eſt priuatio gratiæ. Dum enim quiſpiam aliqua operatione priuat ſe gratia, tunc peccat. Septima.

## SOLVTIO.

Nulla profecto eſt contradictio, qm̃ peccatum formaliter eſt priuatio rectitudinis in actu, demeritorie vero eſt priuatio gratiæ. Nã peccatũ & gratia opponuntur demeritorie. Sanctus Thomas vero tenuit prima ſecundę q. 85. ꝙ peccatum nil aliud eſt, niſi priuatio charitatis. Scotus uero tenet, ꝙ ſecundum eſſe peccatum eſt priuatio rectitudinis, quæ deberet ineſſe actui, & cũ quiſpiam mœchatur, ille actus non habet illã rectitudinem, quã deberet habere, ideo dr̃ peccare, immo actus ille eſt deformis, q͂a cõtra legem. Aug. n. lib. Ench. c. 10. & 11. diffinit ſic peccatũ. Peccatũ eſt priuatio boni, & in lib. de duobus aĩabus hoc modo diffinit. Peccatũ eſt voluntas retinendi, vel cõſequendi, qđ iuſtitia vetat. Et Ambr. libro de paradiſo ſic. Peccatũ eſt p̄uaricatio legis, & cœleſtiũ inobedientia mãdatorũ, quod quidẽ non ſtat cũ gratia

Peccatũ & gratia opponuntur.

Peccatũ nil aliud eſt ni ſi deficere ab illa rectitudine, quę diceret in eſſe.

gra-

gratum faciente, quæ est charitas, idcirco opponuntur demeritorie. Nam ingressus peccati in animā egressum operatē gratię, & econuerso.

## PŒNITENTIA VOLVNTARIA, inuoluntaria tamen.

Octaua. SCotus 18.quæst.quol. soluendo primum principale ait, quòd tristitia est in voluntate, non tamen est voluntaria. Qui tamen quarto dist. 14.q.2.dicit, ꝙ pœnitentia virtus est voluntaria, aliter non est pœnitentia, est tristitia de peccato commisso, quia deforme & displicibile Deo est illud peccatum, ergo tristitia est voluntaria.

## SOLVTIO.

Aliquid eē volūtarium ꝯtingit duobus modis. Aliquid esse voluntarium contingit dupliciter, vno modo per se, vt electio boni, & gaudij, amor amici cum delectatione. Altero modo dicitur quid voluntariū per aliud, ut proiecto mercimonij in mare est voluntaria quidem, non tamen propter se, sed vt saluetur nauis, & ne pereant nauigantes. Vnde cum quispiam proicit merces in mare. proicit quidem voluntarie, inuoluntarie tamen, quia non cum delectatione, sed cum tristitia. Ita pœnitentia, quæ est penes tenentia, & tristitia de peccato commisso, est quidem voluntaria non propter se, sed propter aliud, vt. s. peccator ex illa pęnitentia a peccati labe expurgetur. Ait. n. Christus Mat. cap. 3. Pęnitentiam agite, appropinquabit in vos regnum cœlorum, & Lucæ cap. 13. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Propterea Augustinus libro de vera & falsa pęnitentia cap. 8. declarans originem pœnitentię dicit, ꝙ est dolor in voluntate, qui nascitur ex desiderio salutis. Declaratio originis pęnitentiæ. Cum ergo Scotus dicit, ꝙ tristitia & dolor non sunt voluntaria, verum est per se. Dum vero asserit tristitiam esse uoluntariam, uerum est per accidens, seu ꝑ aliud.

## VNIO NATVRAE HVMANAE AD VERBVM non est relatio equiparantiæ mutua. Ex XIX. quæstione quolibet contradictiones.

Prima.



SCOTVS decimanona quæst. quolib. artic. 1. dicit, quòd unio, qua natura humana est unita uerbo in unitate suppositi, est relatio realis, extrinsecus aduenien est quidem realis, quia est inter extrema realia, & realiter distincta, & insurgit ex natura extremorum, ut patet in 1. distinct. 3. & declarat Franci-

Franciscus Mayronis in 3.dist.1.q.2 Est autem extrinsecus adueniēs, quia nō necessario sequitur extrema posita in actu, sed requiritur assumptio facta a uerbo, non est equiparantiæ, quia non denominat utrunque extremum eodem nomine. Nam unio ex parte naturæ est relatio realis suppositati ad suppositans, seu personati ad personans: ex parte uero uerbi est relatio rationis, quia non surgit ex natura extremorum talis unio in uerbo, sed per uoluntatem ipsius assumentis. Rom.cap.1.qui prædestinatus est esse filius Dei in uirtute. Prædestinatio autem est actus uoluntatis, ut declarat Scotus in primo, distinctio.40.q.uni. Huius tamen oppositum ponere uidetur ipse Scotus in quarto, distinct.11 q.2.soluendo primum argumentum principale, ubi dicit, quod unio naturæ humanæ ad uerbum denominat utrunq; extremum. Nam natura humana unita est uerbo, & uerbum est unitum naturæ humanæ in unitate suppositi.

## SOLVTIO.

Aristotiles in prædicamentis cap.ad aliquid dicit, quadratura circuli est scibilis, nō tamen est scita, quamuis Brixo ille quadrare uoluerit circulum, & sic scibile, & scientia non sunt relatiua mutuo. Si enim est scientia, est scibile, sed non econuerso. Nam scibile est, & tamen nō est scientia. A pari unio naturę humanæ ad uerbum est relatio realis, ipsa autem unio uerbi ad naturam humanam est relatio rationis tantum ex causis superius dictis. Ideo licet talis unio denominet utrūque extremum eodem nomine, nō tamen eodē modo, ut patet. Tunc ad formam contradictionis dicendum quod ubicunque Arist dicit, illam relationem esse equiparantiæ, & mutuā, quæ denominat utrunque extremum eodem nomine, intelligendum est eodem nomine, & eodem modo, ut similitudo, equalitas, & idemptitas. Modo unio non denominat uerbum, & naturam humanā unitā eodem nomine unionis & eodem modo: ideo talis unio non est relatio equiparantiæ, sed disquiparantiæ. Ait, quod philosophus, tertio phi.te.com.21. Eadem uia est a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas.

Quatratura circulo est scibilis in potentia. Scibile & sciētia sunt relatiua sm dici.

## RELATIO ORIGINIS EST PROPRIE, ET FORmaliter, independens.

Scotus decimanona q.quol.art.2.dicit, quòd relatio originis in diuinis est formaliter, & proprie independens. Hoc idem dicit in tertio dist.1.q.1.ergo dicit perfectionem simpliciter, quoniam independentia dicit perfectionē simpliciter. Verum ipse Scotus 5.q.quol.dicit,

Secunda.

cit, quòd relatio originis nullam dicit perfectionem secūdum se, quia tunc una persona diuina includeret aliquam perfectionem, quam alia non includeret, ut pater includeret perfectionem paternitatis, quam filius non includeret, si paternitas diceret perfectionem.

## SOLVTIO.

Relatio originis dicit perfectionē in negatiue idest excludit omnem imperfectionem.

Aliquid esse perfectum contingit dupliciter vno modo positiue, quando habet actualiter in se aliquam perfectionem, & sic relatio originis non est perfecta. Altero modo negatiue, hoc est non est imperfectum, & sic relatio originis est perfecta, quia non est imperfecta. Similiter aliquid dicitur independēs quia habet independentiā actualiter, quæ est quædam perfectio, & sic relatio originis non est independēs. Altero modo dicitur independens, quia excludit dependentiam, & sic relatio originis dicitur independens, quoniam cum idemptificetur essentiæ diuinæ a nullo depēdet. Exempli gratia, quispiam dicitur diues positiue, quia possidet diuitias, alter uero dicitur diues, quia non est pauper, & sic diues negatiue idest non pauper.

## *PERFECTIO VNIVERSI consistit in ordine.*

Tertia.

SCotus 19. q. quolibet att. 2. tenet de mēte Aristotilis 12. meth. test. comento 52. quòd bonitas, seu perfectio vniuersi consistit in ordine sic, quòd omnia sunt ordinata in perfectione. Huius oppositum uidetur substinere in 2. dist. tertio q. 6. & in tertio dist. 22. q. vnica. Vbi de mente philosophi tertio metaphisic. test. com. 11. dicit in indiuiduis non est hoc prius, & illud posterius, ergo non omnia sunt órdinata in perfectione.

## SOLVTIO.

Duplex est bonitas in uniuerso.

Aristotiles ait duas esse bonitates, seu perfectiones in vniuerso. Vna quidem extrinseca, quæ est bonitas, finis, ad quem totum uniuersum est ordinatum, & a quo pendet cœlum, & natura, 12. meth. te. co. 38. Altera est bonitas, seu perfectio intrinseca, quæ consistit in ordine rerum bene ordinatarum inter se, velut exercitus dicitur bonus, quando habet bonum ducem, & talis bonitas est ei extrinseca. Dicitur etiā bonus bonitate propria, & intrinseca, quia est bene ordinatus in ducibus, & falangis: Tunc ad formam contradictionis dicendum. Vbicun-

Qñ exercitus est bonus.

cunque phylosophus,& Scotus asserunt,quod in indiuiduis eiusdem speciei non est hoc prius,& illud posterius, illud uero imperfectius, illud uero imperfectius,uerum est de perfectione essentiali, inde non sequitur,quod omnia non sint ordinata in uniuerso secundum perfectionem,uel essentialem,vel accidentalem.

## *ENS EQVIVOCE COMPETIT quiditati & proprietati ypostaticæ.*

Scotus decimanona quæst.quolib.articu.2. dicit,quod ens prædicatur equiuoce de quidditate,seu essentia Dei,& de ratione notionali.Vt si dicam essentia est ens,& filiatio est ens, ens ipsum non prædicatur de eis uniuoce,sed equiuoce. Huius oppositum uidetur adstruere in primo dist.26.q.vnica ubi tenet,quod ab ultimis constitutiuis personarum abstrahitur quidam cōceptus realis,dictus in quid de eis, vt si dicamus paternitas est ens,illud prædicatur de eis,uniuoce,uel saltē est ad illa uniuocum prædicatum. Quarta.

## SOLVTIO.

Quidam ualde celebres Scotistæ dixerunt.quod ubicunque Scotus dixit, ens prædicari equiuoce.intellexit quantum ad realitatem, nā non dicit aliquam realitatem communem substantiæ,& accidenti,sed bene dicit conceptum realem.Hæc quippe sunt bene dicta,tamen nō soluunt præsentem contradictonem,ut luce lucentius uidemus, nam dubium stat in hoc,quia in uno loco dicit,prædicari uniuoce, uel saltem esse uniuocum prædicatū ad relationes notionales in diuinis, hic uero inquit,ens de eis prædicari equiuoce.Idcirco dicendum arbitror in gymnasio subtilium hanc propositionem esse ueram, uidelicet ens prædicatur uniuoce de essentia, & relationibus,& sic etiam in creaturis de substantia,& accidente,& de quiditate,& in diuiduo,uel saltem est uniuocū prædicatum ad relationes notionales in diuinis, & ad differentias ultimas rerum in creaturis,etiam ad differentias indiuiduales.Exempli gratia,huiusmodi propositiones ueræ sunt paternitas est ens,filiatio est ens,spiratio est ens,non tamē sunt essentiales uelutiista, Deus est ens,sed ens est uniuocum prædicatum ad illas relationes, & tales propositiones sunt identicæ.Similiter in creaturis huiusmodi propositiones rationalitas est ens,risibilitas est ens,forteitas est ens, prædicatum est uniuocū,quia dicit unum conceptum,non tamen prædicatur uniuoce,sed denominatiue.Secundum Scotum in primo dist.8.q.3.& Discrimen est inter pdicatum vniuocū, &

& prædicari uniuocæ secundum Scotum 8. dist.primi, q.3.& dist. 3. eiusdem q.3.

in 3.di.7.q.prima.Nam Ar.dicit 3.met.te.c.8.ꝙ genus non prædicatur uniuoce de differentia,quia in qualibet diffinitione committ eretur negatio. Quando ergo Scotus dicit decimanona.q.quolib.ꝙ ens prædicatur equiuoce de relationibus hypostaticis,intelligendum est per æquiuoce,i.analogice,sicut utitur.Auerro.hoc dicendi genere secundo de anima co.7.dicens,perfectio dicta de anima intellectiua, & aliis animabus pura equiuocatione equiuoce dicitur, hoc est analogice,& Scotus in primo distinctio.1.quæst.2.dicit, quod ens est uniuocum ad quiditatem, & suppositum,prius tamen prædicatur de natura postea de supposito,hoc idem affirmat in secundo dist.3.q.1.& in tertio dist.22.q.vni.

## *ANGELVS NON POTEST ALIQVID de nouo causare.*

Quinta.

Scotus decimanona,quæst.quol.art.2.dicit, quod Angelus non põt aliquid de nouo causare.Qui tamen in 2.dist.8.q.uni.& dist.8.q.8.& dis.9.q.1.& 2.tenet,ꝙ Angelus potest assumere corpus,in quo exercitat opera uitæ spectantia ad malum localem,& corpus illud assumptum fabricatur ab eo,ut patet de tribus Angelis apparentib. Abrahæ Gen.cap.17.Et de Angelo Gabriele, Virgini deiparæ nunciante Luc.cap.primo.

## SOLVTIO.

Angelus non potest aliquid de nouo causare se solo, non concurrẽte Deo,quia materia istorum inferiorum non obedit Angelis ad nutũ velut declarat August.nec potest aliquid de nouo causare,nisi præsupposita materia,applicat.n.tantum actiua passiuis, in quibus inducitur forma a Deo mediantibus causis secundis.Talis,qualis nata est in duci per operationem naturæ,puta forma corporis. Tunc ad formam contradictionis dico,quod Scotus sic intelligit angelum non posse aliquid de nouo causare per orationem de nihilo, & se solo, Deo non agente.Potest tamen assumere corpus,& cadauer iam formatum, & etiam formare corpus de nouo applicando actiua passiuis,& potest esse succubus,& incubus,quod tamen Angelis bonis nullatenus impingendum est,sicut fertur de Merlino,qui natus est ex matre demone incubo. Sed emergit dubium,nam Scotus,in secundo distinctio.nona, dicit, quod Angelus superior causat conceptum nouum, in intellectu Angeli inferioris, quod est illuminare Angelum inferiorem, ut do-

Angel.quõ & quale corpus assumat.

declarat Damascenus libro secundo; de Orthodoxa fide capitulo 17. sed talis cõceptus causatur immediate ab ipso angelo, & nulla præsupposita materia, ergo creat. Respondeo cum Scoto in quarto distin. prima, quæstio. prima, quod nulla creatura potest creare, ideo Angelus non creat conceptum, quia in producendo conceptum prærequiritur obiectum, creatio autem ex nihilo est factio, idest ex nullo præsupposito, sicut mixtio non est creatio, quia mixtio est miscibilium alteratorum unio. primo de gene. test. com. 90. & intellectio præsupponit obiectum. Angel. quõ Angelũ alloquitur.

## PERSONA PER SOLAM negationem constituitur.

Scotus decimanona, q. quolib. art. 2. tenet, quod persona per solam negationem ponitur in esse. Nam persona est intellectualis naturæ incommunicabilis existentiæ, teste Riccar. quarto de Trini. cap. 22. per quam diffinitionem corrigitur, seu exponitur diffinitio Boetii lib. de duabus naturis, & una persona Christi, diffinientis hoc modo. Persona est intellectualis naturæ indiuidua substantia. Suppositũ, ergo in natura intellectuali, quod est incommunicabile, ut quo, & ut quod, appellatur persona, ut hic homo. Huius oppositum uidetur ponere in 1. di. 26. vbi dicit, personas diuinas constitui per relationes positiuas, Secundum Sanctum Thomam, aut per absoluta secundum diuum Bonauenturam, &c. Sexta.

## SOLVTIO

Duplex est persona creata, & increata, quando Scot. dicit personã constitui per relationes positiuas, uerum est de personis diuinis, & increatis. Cum uero asserit personam constitui per solam negationem uerum est de personis creatis, uide Scotum in primo distinctione vigesimatertia, quæstione uni. & in tertio distinctione prima, quæstio. prima, nec non in primo distinctione vigesimaoctaua, quæstione prima, & secunda pro quo notandum ducimus, quod negatio constituens psonam creatam est negatio in genere, quæ negat unum, & connotat aliud, ut declarat Scotus, aliter contradiceret sibi ipsi, quoniã in quarta quæstio. quolibet, & in primo distinctione vigesimaoctaua, quæstione secunda impugnat diuum Bonauenturam tenentem patrem diuinum constitui per innascibilitatem, seu in generationem. Duplex est persona. Optima solutio.

## ANIMA INTELLECTIVA NON EST *naturaliter inclinata ad gratiam, & gloriam.*

Septima. SCotus decimanona.q.quolibet,ar.3.tenet, quod anima nostra potest recipere gratiam.& gloriam,non tamen naturaliter est inclinata ad gratiam,& gloriam,quia non habet naturalem aptitudinem ad formas super naturales.Huius oppositum uidetur sentire in quarto distin.49.q.9.& in primo distin.1.q.4. ubi dicit, quod omnes homines necessario,& summe appetunt beatitudinem appetitu naturali testimonio August.decimotertio,de trini.Appetitus autem naturalis est naturalis inclinatio alicuius ad aliquid,ut declarat ipse Scotus in quarto dist.49.q.10.& primo meth.q.2.ergo contradicit sibimet ipsi.

## SOLVTIO.

Aliquid habere naturalem inclinationem ad aliquam perfectionē contingit dupliciter,uno modo actiue,sicq̧ ex uiribus naturalib. eius possit acquirere illam perfectionem , sicut intellectus habet naturalē inclinationem ad scientiam actiue,nam omnes homines natura scire desiderant,primo metha.in prohœmio.Altero modo passiue , uelut homo est naturaliter inclinatus ad honorem,quem tamen propriis uiribus adipisci non potest.Dum ergo Scotus dicit,quemlibet habere natutalem inclinationem ad beatitudinem,gratiam,& gloriam , uerū est passiue.Dum uero negat hoc,uerum est actiue.Scriptum est enim gratia Dei uita æterna Rom.cap.6.& alibi,Si gratia esset ex operibus gratia non esset gratia.Rom.cap.11.in quo tamen differant aptitudo & potentia,uide Scotum in decimanona. quoli.arti.3.& libro uniuer. quæstione 18.lapis.n.potest tendere sursum,non tamen est aptus natus tendere sursum.similiter cęcus est aptus , ad uidendum , non tamen potest uidere.

Differt potētia ab aptitudine nā aptitudo, ē inclinatio, & nō repugnantia ad aliquid potentia uero dicit ordinē ad actū.

## QVODLIBET PONENDVM EST ESSE *possibile,cuius non patet ratio impossibilitatis.*

Octaua. SCotus decimanona,q.quolib.ponit hanc regulam,ex qua sequitur, quod primum principium est possibile , quia non patet ratio eius impossibilitatis,ut arguatur sic.Nō patet ratio impossibilitatis huius principii,de quolib.dr̄ esse,uel non esse,ergo ipsum est possibile, est

pos-

possibile,ergo non est necessarium,quod est contra ipsum Scotum in 1.dist.2.q.2.& 1.q.quol.art.1.& contra Ari.primo post. test.com.6.

## SOLVTIO.

Possibile capitur dupliciter,uno modo generaliter,& stat cum necessario,sicut ponitur in rotulis propositionum modalium libro secūdo per hieremiam hoc modo,sortem currere est necesse,ergo sortem currere est possibile.Altero modo specialiter,vt conuertitur cum cōtingenti,& conuertitur in oppositam quantitatem,velut declarat philosophus quarto libro thopi.hoc modo.Sortem currere est possibile, ego Sortem non currere est possibile,quoniam possibile sic, est illud, quod potest esse, & non esse. Tunc ad formam contradictionis dicendum,ꝙ regula Scoti est vera de possibili generaliter, non autem specialiter,& sic concludo,ꝙ primum principium est necessarium,& possibile.Sed emergit dubium,nam Scotus in 2.dist.1. q.3. corrigit sanctum Thomam & diuum Bonauenturam.Sic arguentes,oppositū huius nō potest demonstrari,ergo ipsum est possibile,arguit sic Scotus. Oppositum primi principij non potest demonstrari, ergo primū principium est possibile,non valet cōsequentia. Respondeo quòd sanctus Thomas,& sanctus Bonauentura intendunt concludere possibile specialiter captum, ut quòd Deus possit producere aliquid aliud a se,sine principio durationis.Et licet omnes conueniant in petitione,discōueniunt tamen in modo ponendi,quoniam iste modus arguendi non ualet de possibili specialiter capto generaliter uero capiendo possibile, consequentia est bona,hæc videlicet,oppositum huius scilicet homo est animal rationale,non potest demonstrari,ergo ista propositio est possibilis,possibilitate generali, quæ stat cum necessitate,non autem possibilitate speciali quæ repugnat ipsi necessario.

Possibile capitur duobus modis

Dubium.

Responsio.

## *INTER OMNIA OPERA MERITORIA oratio est magis meritoria. Ex xx. quæstione quolibet. contradictiones.*



SCOTVS vigesima q.quol.art.1.tenet,quòd inter omnia opera satisfactoria oratio tenet primum locum, quod quidem tenet Franciscus Mayronis in 4. dist,21. q.5.art.2.Huius oppositū ponit Riccardus in 4.dist.15 q.3.art.2. dicens elemosynam esse magis satisfactoriā, cui fere omnes doctores scholastici consentiunt.

Prima

## SOLVTIO.

Q̃uo elemosyna sit de iure naturæ & de iure diuino.

Elemosyna est de iure naturæ, Math. 7. quæcunque vultis faciant vobis homines, & vos facite illis, sed quicunque in necessitate constitutus uellet sibi fieri elemosynam. Est etiam de iure diuino, Esaiæ capitulo 58. frange exurienti panem tuum, ægenosque, & vagos induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam, ne despexeris, Ecclesiastici capitulo tertio sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Et Thobiæ cap. 12. Elemosyna a morte liberat, ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternã. Danielis cap. 4. peccatum tuum elemosinis redime. Quibus adstipulatus Ioan. 1. can. c. 3. ait, Si quis viderit fratrem suum in necessitate cõstitutum, & clauserit viscera misericordiæ ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Ob id Math. 25. dicitur, q̃ Christus iudex viuorũ, & mortuorum, examinabit in die iudicij de operibus pietatis. Est etiã de iure positiuo 8. dist. capitulo non sitis 5. pasce, exurientem, si nõ pauisti, occidisti. Oratio autem uocalis non est de iure diuino, sed ipsa bene declaratur in Euangelio, Matth. cap. 6. cum oraueritis patrem, dicite pater noster. Idcirco ad formam conditionis dicẽdum, q̃ elemosyna est magis placatiua Dei formaliter, & secundũ se. Et dum Scotus dicit, q̃ oratio est magis satisfactoria, verum est inclusiue, q̃m oratio pro formali est eleuatio mentis in Deũ, teste Damasceno libro 3. de orthodoxa fide cap. 24. Oratio inquam spiritualis, uocalis aũt oratio est a Deo decentium petitio, vt Damascenus ibidem declarat. Et q̃m nullũ opus est meritorium, nisi ad Deum dirigatur, ideo elemosyna non est satisfactoria sine oratione. Similiter de ieiunio. Hoc modo itaque elemosyna est magis satisfactoria in se, sed oratio virtualiter est primum satisfactorium, quia sine ea nil boni. Sed petet quispiam, absolute autem quid istorum primum obtinet locum, oratio, eleemosyna, uel ieiunium? Respondet Gregorius ad Bonifacium archiepiscopum, & notatur in decretis 13. q. 2. cap. animæ defunctorum, q̃ sacrificium missæ obtinet primum locum. Oratio secundum locum vendicat (vt dictum est) sequitur eleemosyna, demum surgit ieiunium.

Elemosyna est etiã de iure positiuo.

Q̃uo oratio non sit de iure diuino.

Quid sit oratio pro formali.

Quid sit oratio spiritualis.

Placare Deũ est dupliciter, formaliter, & sic oratio, vel uirtualiter, & sic dilectio Dei.

Sacrificiũ missæ obtinet primũ locum.

## ORATIO NON DILECTI non placet.

Secunda.

SCotus 20. quæstione quolibet dicit, quòd oratio non prodest, nisi existenti in gratia. Et articulo secundo parte tertia ait, oblatio Eucharistiæ non est accepta, nisi sit offerẽtis accepti. Similiter 17. quæst.

quol.

quol. inquit. Oratio non dilecti non placet. Huius oppositum videtur dicere in 2. dist. 28. & in quarto dist. 14. q. 2. quòd opera peccatoris facta mediante gratia gratis data sunt bona, & Deo grata, licet non meritoria, quia non sunt facta in charitate, seu in gratia gratum faciente.

## S O L V T I O.

Opera peccatoris fidelis sunt bona, & Deo grata dispositiue, licet non meritoria, vt patet Lucæ c. 18. de publicano, quia longe stans percutiebat pectus suum dicens, Domine propitius esto mihi peccatori, & ait euangelium, Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam, hoc est, iustus factus, ergo per orationem factam in fide, ipse acquisiuit gratiam gratum facientem, quoniam iustificatio fit p illam gratiam velut declarant Scotus 17. dist. primi, in 4. dist. 14. q. 2. nec non sanctus Thomas, ac diuus Bonauentura in 2. dist. 28. Tunc ad formam contradictionis dicendum, q ubicunque Scotus dicit opera peccatoris non placere Deo, intelligit de non ualere meritorie, sed bene valet dispositiue. Sed dubitatur quoniam Gen. cap. 4. dicitur, respexit Deus ad Abel, & ad munera eius, Ad Chaym autem, & ad munera eius non respexit. Similiter Io. cap. 9. dicitur peccatores Deus nō exaudit. Respondeo, de peccatore dicendum est obstinato velut Chaym. Nam per obstinationem quispiam cadit a fide, sicut declarat Augustinus libro de verbis apostoli sermo 13. & 16.

Qūo opera peccatoris fidelis sint bona.

Respexit Deus ad Abel, idest ad Bonitatem suā primo, & quo conatu voluntatis faciebat, & ad munera eius scilicet post.

## APPLICATIO MERITI *quomodo fieri potest.*

SCotus 20. quæstione quolibet articulo primo dicit, quòd orans potest applicare meritum orationis suæ alteri, sic etiam celebrans missam, qui tamen non debet applicare totum meritum, sed seruare sibi partem, quia si applicet totum, peccabit, quia contra charitatem, tenemur enim ex ordine charitatis diligere nos metipsos ordinate. Huius oppositum videtur asserere in 3. distin. 30. q. unica, vbi adducit dictum Pauli prima Cor. cap. 13. charitas non quærit quæ sua sunt, ergo charitas exigit, quòd totum applicet meritum alteri.

Tertia.

## S O L V T I O.

Dictum apostoli videlicet charitas non quærit, quæ sua sunt, intelligitur de bonis corporis, seu fortunæ; sic q existens in charitate perfecta

Charitas non quærit

quæ sua sūt Dico ꝙ iterum est sua temporalia repetendo.

fecta omnia libenter proximo indigenti tribuit, etiam quòd ipse indigeat (vt sæpius videmus.) Sed emergit dubium, si sic est, ergo Christianus non debet repetere, quæ sua sunt a debitore suo ex charitate, tamen Paulus dicit Rom cap. 13. reddite omnibus debita. Respondeo quòd charitas debet esse ordinata, sic ꝙ prius sit ad se, postea ad proximum, stante æquali indigentia, vt declarat Scotus in quarto dist 15. in materia de restitutione. Et ideo diues, non debet cogere pauperem non habetem, vnde reddat, quod expræssit Christus Lucæ cap. 18. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

## PLVRA BONA EQVALIA EQVIVALENT vni bono maiori intensiue.

Quarta.

SCotus 20. q. quolib. art. 1. ponit talem regulam, exempli gratia, tantum valent septem marcelli ab una parte & septem ex alia, quantū valet aureus. Huius oppositum videtur adstruere in 2. dist. 15. q. vnica ubi determinat, ꝙ substantia non intenditur, neque remittitur. Nā Arist. dixit cap. de substantia. Proprium est substantiæ non suscipere magis, neque minus: Auer. aútem tertio cœli com. 67. idem asserit, de substantijs perfectis, quamuis substantiæ imperfectæ, qualia sunt elementa, intendantur & remittantur, quia sunt media inter veras substātias, & ipsa accidentia, vt declarat ibi Auer.

## SOLVTIO.

Vnde lechetum per celebrem Scotistam.

Quidam in gymnasio subtiliū valde celebris dicit, ꝙ Scotus in ista q. 20. intelligit in formis intensibilibus, & remissibilibus, cuiusmodi sunt qualitates, quæ acquiruntur per gradus, Responsio licet sit bona, & uera sentit, quæ dicit, non euacuat tamen difficultatem. Quoniam doctor subtilis loquitur de meritis, intendens declarare, quòd tātum ualent duo merita posita ab una parte, & duo ex alia, quantum valet vnum meritum magnūm, vt quispiam dat hodie duos solidos amore Dei proximo indigenti, in crastino alios duos, meritum eius est equale merito illius, qui dedit pauperi vna uice solidos quatuor. Meritum enim non suscipit magis & minus, quoniam meritum est opus factū in charitate, & a Deo acceptatum, teste Scoto in tertio distinctione decimaoctaua, & libro quolibet quæstione decimaseptima. Ideo dicendum opinor, quòd intendi & remitti, seu suscipere magis, & minus, contingit dupliciter uno modo proprie, & est acquirere plures

Meritum suscipit magis, & minus.

gra-

gradus, seu partes perfectionales in eodem loco, & situ, & in eadem parte materiæ, penetrantes se ad inuicem, vt albedo, nigredo, caliditas, frigiditas, & huiusmodi qualitates, quæ acquiruntur, & deperduntur ut per gradus, & tamen remanent secundum esse specificum. Altero modo dicitur intendi, & remitti large illud, quod acquirit plures partes crescendo successiue, vt pueri crescunt, & arbores, & pecunia. Et merita, sic intenduntur & demerita. Hoc modo substantiæ intenduntur, & remittuntur, quia crescunt & decrescunt, sic etiam merita intenduntur & remittuntur, nunc quidem sunt maiora, tunc vero minora. Sic loquitur Scotus in vigesima quæstione quolibet. quando dicit plura bona equalia æquiualent uni bono maiori intensiue, crescendo scilicet per acquisitionem, partis ad partem, & hoc modo intellexit Augustinus, cum dixit libro septimo de trinit. capitulo sexto, plus aliquid sunt duo homines, quam vnus homo.

Intendi & remitti cōtingit duobus modis.

Qūo substātiæ remittantur.

## GRATIA EST INTENSIBILIS, & remissibilis.

Scotus vigesima quæstione quolibet. articulo primo, tenet, quòd gratia intensibilis & remissibilis, nam augetur & minuitur per gradus, hoc idem tenet ipse in primo distinctione decimaseptima quæstione tertia. Huius oppositum videtur sentire in secundo distinctione vndecima quæstione vnica vbi habet pro inconuenienti, quòd elementa refrangantur in mixto, & remittantur per gradus, quia quilibet gradus elementi est unum indiuiduum, & sic plura indiuidua essent in eodem. A pari si charitas habet plures gradus, plura indiuidua charitatis sunt in eodem.

Quinta.

## SOLVTIO.

Scotus in 2. dist. 14. q. vnica arguit Auer. Qui in tertio cæli com. 67. tenuit elementa remanere in mixto formaliter, refracta tamen secundum qualitates, & secundum substantiam. Et habet Scotus pro inconuenienti, quod in vno indiuiduo de prædicamento substantiæ sint plura indiuidua, quia quodlibet indiuiduum de prædicamento substantiæ est suppositum, in qualitatibus vero non conuenit. Tunc ad formam contradictionis dicendum, quòd charitas, seu gratia est augmētabilis, & diminuibilis per gradus, substantia uero non, nisi per partē post partem. Ait enim Christus apostolos dixisse, Domine adauge nobis fidem Luc. capitulo 17. Et Augustinus ad Bonifacium dicit, charitas

Charitas est augmentabilis in sui natura, unde fit ācisce

in primo, diſt. 18 q. 1. & Scotus 17. diſt. primi. q. 3. benedeclarat.

ritas meretur augeri, vt & aucta mereatur perfici. Sed oritur dubiũ, an corrumpatur realitas charitatis præexiſtentis cũ aduenit ei nouus gradus? Reſpondeo quòd non corrumpitur, ſed adueniente ei nouo gradu, ipſa intenditur, ſicut albedo nõ corrumpitur, cum augetur, ſeu intenditur, teſte Scoto in primo, diſt. 17. quæſt. 3. oppoſitum tenet ſanctus Thomas in ſecundo, diſt. 42. artic. 1. quæſt. 2. quòd non intenditur eſſentia rei, ſed accidens eius. Verum arguitur pro ſancto Thoma ſic. Ar. 8. met. te. com. 10. dicit, formæ ſunt ſicut numeri, hoc eſt, ſicut numerus variat ſpeciem, quando additur ei vnitas, vt ternario ſi addatur vnitas ſit quaternarius, ita ſi formæ addatur aliqua perfectio, variatur ſpecies, ut ſi ſenſitiuo addatur intellectiuum, fit homo. Reſpondeo, verum eſt, quando additur perfectio ſpecifica, vt ſenſitiuo intellectiuum, ſeu rationale, & viuenti ſenſitiuum. Si autem addatur perfectio indiuidualis, non uariatur ſpecies, modo gradus eſt perfectio rei indiuidualis, non autem ſpecifica, nam albedo ut quatuor, & albedo, vt octo ſolo numero diſtinguuntur, non autem ſpecie. Sic etiam gratia intenſa, & gratia remiſſa ſolo numero differũt, nullo modo ſpecie. Quamuis ergo quiſpiam habet gratiam ſeu charitatem remiſſam, poteſt ei Deus illam augere per adictionem gradus eſſentiam charitatis, & charitas aucta eſt eadem ſpecie cum illa præexiſtente licet differat ſolo numero ab ea.

## BONA TEMPORALIA DANTVR pro bono ſpirituali.

VI. Auguſtinus ſuper illo Pſal. ſumite pſalmũ & date timpanũ i. ſumite ſpiritualia, & date corporalia.

SCotus 20. quæſt. quolib. art. 2. parte ſecunda, tenet, quòd ſacerdotes, & prędicatores pro miſſarum celebratione, & verbi Dei ſemine, ſortiri debent bona temporalia pro uictu, & ueſtitu, & neceſsitatibus corporis. Hocidem ſubſtinet diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 187. artic. 4. & libro opuſculorum opuſculo. 19. cap. 7. nec non duodecima quol. q. art. 1. Huius oppoſitum videtur ponere Scotus in quarto, diſt. 35. quæſt. 1. vbi dicit, quòd vendere, vel emere ſacrum ſimonia eſt. & ſic ſpiritualia etiam, quod confirmat ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ. quæſt. 100 art. j.

## SOLVTIO.

Aliud eſt emere bonum ſpirituale, aliud vero gratis & elemoſynaliter dare ſacerdoti indigenti pro collatione ſacramenti, & boni ſpiritualis, primum quidem ſimoniacum eſt primo. q. tertia, capit. ſiquis obie-

obiecerit, secundum uero non est simoniacum, immo habentes modum tenentur subuenire pauperibus sacerdotibus, quod Paulus de promisit dicens.1.Cor.cap.9.Si nos seminamus vobis spiritualia, mirum est si carnalia uestra metamus? Et ibidem, qui altari seruit, ex altari uiuere debet & Rom. cap. 15. ꝙ spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent temporalia ministrare eis, & secunda Cor. capit.11.de semetipso loquens Pau.dicit ꝙ cum ipse prædicaret Corinthijs ab alijs ciuitatib. stipendium accipiebat, ne eos supra modũ grauaret. Quin.Sco.in 4.dist.5.q.2.& Ricardus ibidem, & in 4.dis 25. tenent.ꝙ licet sacerdoti uendere laborem, non sacramentum, ut laborem itineris ad sepeliendum mortuũ, ad baptizãdum, ad audiendam confessionẽ, & sudores inconcionando populo fideli, quod ẽt firmauit sanctus Doctor, secunda secundæ.q.100.art.3.Emere aũt, uel uendere spirituale, simonia & giezzia nũcupatur, Simonia a Simone mago, qui uoluit emere gratiam spiritus sancti, ut patet actorum cap.8. cui Petrus dixit. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimauit donum Dei pecunia possideri, dicitur ẽt giezzia a Giezzi discipulo Helisei, qui uoluit uendere gratiam Naaman Syro quarto libro regum cap.5.Sed uidetur, ꝙ non sit Simonia, qm̃ Abraham emit sepulturã ab Ephron in spelunca duplici. Genesis.22. Similiter Iacob emit ius primogenituræ ab Esau. Gene.c.25. Similiter, & modo emere possumus terram sacram in sepulturam, sicut emere solemus uasa s cra. Respondet sanctus Thomas, secunda secũdę.q.100 art.4. & Ricardus in 4.dist.25.art.3.q.2.ꝙ emere, uel uendere illa, quæ sunt spiritualia, uel spiritualibus annexa necessario, sic, ut non possint haberi sine spirituali bono, simonia est, uelut emere episcopatum quãtum ad redditum annualem, similiter terram sacram in sepulturã, & ius. Primo geniture, & ius patronatus, quod est auctoritas præsentãdi quempiam ab beneficium aliquod ecclesiasticum, & ius decimarum, ad illud de Abraham dicunt, quòd terra illa, quam emit, non erat sacra. Ad emptionem Iacob dicũt, quòd ius primogenituræ suum erat, Malachiæ cap.1.& Roma.cap.9. Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui, ob id Esau uendens peccauit, Iacob autem emens non peccauit.

Et qa Scotus in 4.distin. 5. q. 2. in fine uidetur dicere, ꝙ labor in materia sacramẽtorũ vnde pôt. Dico ꝙ sic debet intelligi Scotus ꝙ minister ecclesiasticus dispensans sacramenta non recipit illud ut p̃ex tu operis, vel laboris, sed ad sustẽtatione ministri quid sit simonia.

## HONORARE PARENTES EST DE *iure naturæ.*

DOctor subtilis uigesima quęst.quolib.art.2.parte secunda tenet, quòd præceptum de honore parentum est de lege naturæ. Huius oppositum adstruit ipse in 3.dist.37.quęst.uni.ubi tenet, quòd solum

duo

duo prima præcepta primę tabulę sunt de iure naturæ, cętera vero de iure diuino, sed præceptum de honore parentum est primum præceptum secundæ tabulę, vt patet Exo.cap.20.& Matth.cap 19.ergo non est de iure naturæ.

## SOLVTIO.

Omnia prę cepta decalogi sunt de iure naturæ.

Sanctus Thomas.1.2.q.100.art.j.tenet, quòd omnia præcepta decalogi sunt de iure naturæ, Scotus vero non, nisi quòd prima duo, videlicet, Non habebis Deos alienos, & non assumas nomen Dei tui in vanum. Tunc ad formam contradictionis dico, quòd ubi Scotus dicit hoc præceptum de honore parentum esse de iure naturæ, large intelligit, hoc est, quia est valde consonum legi naturæ. Nam dicit philosophus libro 8. de animalibus, quòd quidem equus uelatus cognouit equam genitricem, qui postea discoopertus seipsum præcipitem dedit, & mortuus est. Simile refert ibi de elephante, qui cum ingeniatus & quodam ingeniatore habuerit rem cum matre sua, hoc postea dinoscens irruit in ingeniatorem, & interfecit eum. Sed uidetur, quòd omnia decem præcepta sint de iure naturæ proprie, nam ius naturæ exprimitur Math.cap.7. quæcunque uultis faciant uobis homines eadem, & uos facite illis. Et dist j. cap. humanum. Sed omnes, si essent genitores, vellent a suis filijs honorari, ergo tenentur & ipsi honorare parentes. Similiter nemo vellet occidi, igitur debet velle non occidere. Similiter nullus vir vellet vxorem suam ab alio fœdari, ergo vnusquisque debet uelle non adulterare. Respondet Scotus, quòd hæc duo dicta, videlicet quod tibi nō uis fieri, alteri ne feceris, & quod tibi uis fieri, alteri feceris, non sunt principia iuris naturæ proprie loquendo de iure naturæ, sed large, quoniam non acceptantur ab omnibus. Multi.n. volunt occidere, & nolunt occidi. Consimiliter non nulli vellent aliena potiri vxore, qui tamen nolunt quempiam cū proprijs mechari vxorib. Nos autem legib. addicti huiusmodi præcepta acceptamus ex lege. Igitur præcepta decalogi non sunt de iure naturæ proprie, quia ius naturæ proprie est, quod omnibus natura ministrat. Quod quidem iure ducimur ad uenerandum unum Deum noscentes ab eo cuncta pendere, eiusque nomen non dilapidandum fore dictamur.

Exemplū.

Subuenire patri in necessitate est de iure diuino.

Responsio pulchra.

## APPLICATIO MERITI SVB CONDITIONE.

Octaua.

SCotus 20. quæst. quol. artic. 2. dicit quòd sacerdos debet applicare meritum sacrificij, & orationis suæ sub conditione ista uidelicet, si Deo

Deo placet, hoc modo. Domine Deus omnipotens, volo ꝙ ista hæc valeant primo parentibus meis iam defunctis. Secundo valeant benefactoribus. Tertio omnibus amicis, si tibi placet. Huius oppositũ videtur asserere in 4.dist.30.q 2.vbi dicit, ꝙ votum nõ est emittendum conditionaliter, quia in quocunq; voto includitur nota conditionis, hęc.s. si Deo placet. Et sicut dum virgo Maria & Ioseph virginitatem Deo deuouerunt, non opportuit eos cõditionate uouisse (vt quidam opinant) quia includit conditio, ergo similiter in applicatione meriti.

## SOLVTIO.

Votum non debet fieri sub illa conditione, videlicet, si Deo placet quoniam præsupponitur omne bonum Deo placere. Applicatio meriti debet fieri sub tali cõditione, quia nescimus an Deus velit tale bonum potius illis, quib. applicatur, quàm alijs, Et ratio fundamentalis est, quia votum immediate dirigitur ad Deum, meritum vero sacrificij applicatur ad proximum, idcirco Scotus in 4.distin.8.q.2.docet, ꝙ quãdo populus est ꝑplexus, an sacerdos cõsecrauerit, necne in aliquo casu, dẽt adorare sub conditione, sic, adoro te, si tu es Christus, vt subterfugiat periculum idolatriæ. Sed emergit dubium, nam missa videtur prodesse celebranti tantum, & nõ astantibus, quia Christus dixit Matth.26. Luc.c.22. hæc quotienscunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Igitur sacrificium est memoriale passionis Christi tantum, & non est meritorium, nisi celebrãti, quia Christus semel oblatus est Hebr.cap.9. Respondeo in missa est triplex meritum totius Ecclesiæ vniuersalis offerentis, meritum sacrificij, & meritũ personale celebrãtis. Meritum totius ecclesiæ valet omnib. fidelibus filijs eius, quia ipsa offert pro omnibus, meritum sacrificij valet pro omnibus ẽt, quia Christus mortuus est pro omnib. fidelibus, Rom.c.5.& Phil.c.2. Meritũ personale celebrantis põt applicari ab eo uiuis & mortuis, Sic.n. statuit & declarauit Ecclesia.13. q.2.cap.animę defunctorum. Vnde Hieronymus & quarto de consecratione distin.5. cap.non mediocriter dicit, ꝙ missa valet celebranti, & illis etiã pro quib. celebratur, cui consentit Augustinus lib.Enchir.c.190.dicens, non est negandum animas defunctorum releuari. cum pro illis sacrificium mediatoris offertur. Et cum dicitur, ꝙ Christus præstauit nobis sacrificium missæ in memoriale passionis eius. Verum est, ex tali tamen memoriali innascitur nobis meritum. Similiter cum dicunt, Christus semel oblatus est pro nobis. Hebr.c.9. Verum est a se, a nobis autem pro nobis pluries offertur, quia talem nobis ipse præbuit facultatem.

Opinio Ricardi dicẽtis ꝙ beata virgo vouerat virginitatẽ suã sub conditione.

Dubium.

Respõdeo.

In missa est triplex meritum.

Qũo valeat meritũ toties ecclesię, omnib. fidelibus filijs eius.

Meritũ personale celebrãtis qũo possit applicari.

SI SACERDOS CELEBRAT VNAM *missam pro duobus, quibus equaliter obligatur, non satisfacit.*

IX Sicut missa ratione meriti personalis nõ tantũ ualet cuilibet si diceref pro plnribus, sicut si solũ pro uno so lo diceref. Ita ẽt missa rõne sacrificij, nõ im valet cuilibet si dicatur pro plũrib. sicut si solũ pro vno diceref & hoc in eodẽ gradu.

SCotus 20. quæst. quol. art. 3. principali tenet, quòd sacerdos obligatus stricta obligatione, hoc est, obligatione elemosynaria, vni ad dicendam missam pro eo, si dicit missam pro illo & alio, non satisfacit. Exempli gratia, si quispiam dat cuidam sacerdoti elemosynam more Ecclesiæ, dicens, pater dicas pro me missam, & ille accipit obligans se verbis, aut si quis si posteà accipit elemosynam ab alio, & dicit vnam tantummodo missam pro ambobus, ipse non satisfacit, siue ille sacerdos sit collegiatus, seu parrochius, beneficiatus, vel non beneficiatus. Huius oppositum videtur sentire ipsemet Scotus in 20. quæst. quolib. dum dicit, quòd quilibet sacerdos potest applicare meritum suæ missæ pluribus, vt patri, & matri, amicis, & benefactoribus similiter, ergo potest celebrare vnam amissam pro multis, & satisfeciet.

SOLVTIO.


Primam Scoti conclusionem substinet dominus Riccardus in 4. distinc. 45. artic. 2. quæst. 3. Nec non Franciscus Mayronis in 4. dist. 2 r. quæst. 5. art. 6. & dominus glosator de consecra. distin. 5. cap. non mediocriter. Ideo ad formam contradictionis dico, quòd sacerdos quando non est obligatus stricta obligatione, potest celebrare vnam missam pro multis, & diuidere meritum sacrificij, & meritum personale celebrantis secundum beneplacitum diuinæ acceptationis, quando vero est obligatus, non potest, & si dicit vnam missam, non satisfacit. Sed emergit dubium, tale. Aliquis porrigens elemosynam sacerdoti sciens, quòd sacerdos est pauper, & si habebit aliam elemosynam dicet vnam missam pro pluribus, an in isto casu sacerdos satisfacit? Respondet Scotus, quòd in tali casu satisfacit, quoniã dans elemosinam cedit iuri suo, attenta consuetudine Ecclesiæ ex paupertate sacerdotis, si tamen ille, qui dat elemosynam, intendit obligare sacerdotem, ut habeat ipse solus totum meritum missæ, dicit doctor subtilis, q̃ sacerdos non satisfacit, & peccat mortaliter. Verum arguitur sic, qui plus dat, quàm sit illud, quod accipit, sufficienter satisfacit, sacerdos dicẽs unam missam pro duobus, plus dat, quàm accipit, quia dat meritum sacrificij, quod excedit omnem pecuniam, ergo satisfacit abundantissime. Respondet Scotus, quòd meritum sacrificij non est infinitum, sed finitum, & stat in acceptatione diuine uoluntatis, sic etiam

meritum

meritum elemosynæ illius, qui dat, est limitatum ad certum gradum. Ideo non dat sacerdos plusquàm accipiat spiritualiter loquendo, & quantum ad meritum, quia meritum sacrificij non est meritum infinitum, licet ibi offeratur corpus Christi, Matth. cap. 26. Lucę. cap. 22. & prima Cor. cap. 11. Et tunc ad argumentum dicimus, quòd uerum est sacrificium ualore plus, quàm tota mundi pecunia ualeat, quantũ ad corpus Christi, & passionẽ ęius, cuius est commemoratio, sed non quantum ad sacrificij meritum, quod est limitatum ad certum gradum intensiue, & extensiue.

Meritũ elemosine est limitatum.

**BONA FORTVNA QVID SIT. EX XXI. QVAEST. *quolib. quæ est vltima, contradictiones.***



SCOTVS vigesimaprima quæst. quolib. artic. 1. dicit, ꝙ bona fortuna est sine ratione natura. Quam diffinitionẽ dedit fortunæ Ar. in libello de bona fortuna. Huius tamen oppositum ponere videtur philosophus. 2. phi. te. comen. 52. ubi diffinit sic fortunam. Fortuna est agens a proposito in ijs, quæ sunt extra semper, & frequenter, & in effectibus ordinatis ad finem, cui euenit aliquid præter intentum, si. n. est agens a proposito, & liberum, ergo non est natura, seu agens naturale, quoniam Aristo. diuidit agens in agens a proposito in agens naturale. 2. phi. te. co 49. & 9. met. te. co. 10. igitur si fortuna est natura, nullo modo debet dici agens a proposito, seu liberum, & si est agens a proposito, non debet dici natura.

Prima.

## SOLVTIO.

Istæ duæ diffinitiones non sunt formales, sed illa, quã dedit. 2. phi. est materialis. Alia uero est causalis, prima sic exponitur. Fortuna est agens a proposito, hoc est, fortuna est respectus agentis liberi ad effectum fortuitum, qui fundatur in agente a proposito, exempli gratia, aliquis intendens fodere uineam, inuenit thesaurũ, respectus ille realis uolentis fodere ad effectum fortuitum. i. ad inuentionem thesauri appellatur fortuna, & fundatur immediate in agẽte a proposito, hoc est in uoluntate. Secunda uero diffinitio sic exponit, bona fortuna est est sine ratione natura, hoc est, bona fortuna est impetus quidam naturalis a Deo bene fortunatis datus, quo impetu ipsi feruntur ad bonum, sine discursu rationis, sic, ut bene fortunati operentur aliquando nesciẽtes quare, & vnde innascitur eis magnum bonum, sicut quidam,

Et si dicas 2. phys. dicit Arist. ꝙ fortuna est vna imma nifesta ergo non põt definiri. Respondeo ꝙ est ĩmanifesta. quia nõ põt ab ĩtellectu syllogizari, & probari.

dam,qui Romam petens in breui tempore fuit electus episcopus, & tamen non intendebat episcopari,neque tantum bonum sperabat.Ait enim phylosophus lib.de bona fortuna de bene fortunatis loquens,etenim a Deo uehecti impetum habent ad aliquid peragendum sine ratione.i.absque discursu.Et ibidem dicit.Bene fortunatis non expedit consiliari habēt enim principium tale,quod est melius intellectu, & consilio,hoc est,habent Deum,a quo prouenit impetus ille ad bonū, insequens naturam particularem animæ. Tunc ad formam contradictionis dicendum,quod ista duo non contradicunt,uidelicet fortuna est agens a proposito, & fortuna est natura, penes diuersas diffinitiones,Prima.n.est diffinitio naturalis(ut dictum est)similis illi,quam dedit Arist.lib.primo periher.cap.de nomine, uidelicet nomen est uox significatiua ad placitum,hoc est,nomen est una secunda intentio fundata in uoce concepta significatiua ad placitum, uelut declarat Scot. in quarto dist.1.q.2.Est enim diffinitio fundamentalis, alia uero est causalis diffinitio hoc modo,bona fortuna est sine rōne natura, hoc est,bona fortuna est impetus naturalis,seu effectus bonus causatus ab impetu naturali dato a Deo,& est similis illi diffinitioni, quam tradidit Arist. primo de anima te.com.16. Ira est accensio sanguinis circa cor.1. Ira est impetus causatus ex accensione sanguinis circa cor,uel dicamus,quod diffinitio fortunæ,quam posuit Aristo.2.phi.te.co.52. conuenit ipsi fortunæ quantum ad effectum sic, fortuna est effectus fortuitus eueniens agenti a proposito præter eius intentum. Secunda vero diffinitio,quam ipse annotauit lib. de bona fortuna,conuenit ei, quantumiad causam,hoc pacto. Fortuna est sine ratione natura.i.fortunæ causa est impetus naturalis sine discursu intellectus.

## DE FORTVNA.

Secunda. TRes sectæ in descriptione fortunæ contradicunt. Poetæ namque ponunt fortunam esse quandam deam, cui omnia sub lunaria subduntur, unde Iuuenalis satyra. decima, sed nos te facimus fortuna Deam,cœloque locamus. Philosophi,& theologi dicunt fortunā esse agens a proposito,cui euenit aliquid præter intentum, & frequenter,uel unum bonum notabilis bonitatis,& tūc dicitur bene fortunatus ille,uel malum,& dicitur male fortunatus,& sic nuncupantur infortunium,& fortunium,ut declarat Augustinus,quinto libro de ciuitate Dei capitulo decimooctauo,& decimanona, & Scotus,apetit. 21.quæstione quolib.

SO-

S O L V T I O.

Omnes tres sectæ conueniunt in nomine, in re autem philosophi, & Theologi sunt concordes, poetæ vero discordant, a ueritate, quoniam poetice loquuntur.

Tres sectæ quo conueniant.

*DE FATO.*

TRes sectæ ponunt fatum. Poetæ enim dicunt fata esse deas cæle stes, quas appellarunt cloton, Lachesim, & Atropon, quarum imperia vita & mors apposita sunt, nam clotos tenet colum, lachesis filũ ducit, Atropos uero fila præcidit philosophi uero negantes diuinam prouidentiam, ut Cicero negauit, libro de fato & libro secundo de diuinatione, & Quintilianus libro tertio, declamationum, dixerunt, fatum esse connexionem causarum secundarum, ut cœlorum, & stellarũ quibus nos subdimur in uita, & morte, & etiam quantum ad partem rationalem, & arbitrariam. quod declararunt Augustinus libro quinto de ciuitate Dei, capitulo decimo. Aulus gelius libro quinto noctium atthicarum, est enim (secundum eos) fatum perpetua, & indeclinabilis series rerum. Theologi uero ponunt fatũ esse ordinem causarum secundarum præuisum a diuina prouidentia, ab ea permissum Velut declarant Augustinus quinto libro de ciuitate Dei capitulo octauo, & Boetius quarto de consolatione phisica, & diuus Thomas prima parte quæstione 116. Deus enim omnipotens mundum gubernat mediantibus causis secundis, quarum tamen habenas ipse retinet, stellarum interfluxus frenando aliquando, lassando non nunquam habenas, vt ei placet. Dicit namque Augustinus, libro septimo, de ciuitate Dei capitulo 30. Sic Deus res, quas condidit, administrat, ut proprios motus agere sinat.

Tertia.

Possumus probare fatum per cõmunẽ opinionẽ theologorum.

S O L V T I O.

Non est tenenda fictio poetarum. minime imaginatio philosophorum, sed positio uerorum sapientium, nam scriptum est Heste. capitulo decimotertio. In uoluntate tua domine uniuersa sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere uoluntati, tu enim fecisti cœlum, & terram, & uniuersa, quę cœli ambitu continentur, Dominus uniuersorum, tu es, & Psalmus 113. Deus autem noster in cœlo, omnia quæcunque voluit, fecit.

Oia sunt a Deo danie & dispõẽte.

## FORTVNA AN SIT VOLVNTAS vel intellectus?

Quarta. SCotus vigesimaprima, quæstio, quolibet tenet, quod fortuna est agens a proposito, cui euenit aliquid præter imentum. i. uoluntas, cui euenit aliquis effectus præter disignationem, appellatur fortuna, fundamentaliter, quia respectus agentis ad effectum fortuitum fundatur iu uoluntate. Huius tamen oppositum uidetur adstruere Aristoteles, qui in secundo libro phi. t. co. 52. dicit circa idem uersatur intellectus, & fortuna est potius in intellectu, quam in uoluntate. Similiter in lib. de bona fortuna dicit. Vbi plurimus intellectus ibi minima fortuna, & ubi minimus intellectus, ibi maxima fortuna, igitur potius fortuna est in intellectu, quam in uoluntate.

## SOLVTIO.

Philosophus paruam differentiam posuit inter intellectum, & uoluntatem, ut declarat Scotus in primo distinctione, secunda quæstio. septima, & in secundo distinctione 25. quæstione unica, & in quarto distinctione 49. quæstione quarta, & rationem assignauit Auerroes secundo phi. com. 52. quia uoluntas non est sine intellectu, nam nil uolitum, nisi præcognitum, teste Augustino, nono libro de trinita. Tunc ad formam contradictionis dicendum, quod fortuna proprie est in uoluntate, dicitur autem esse in intellectu, quoniam uoluntas non est sine intellectu, & paruam differentiam adinuenit philosophus inter ea. Similiter intelligimus determinationem Gandauensis, libro secundo, ph. quæst. 12. & in lib. de bona fortuna q. ulti. dicentis, fortunam esse intellectum practicum, hoc quidem uerum est pro quanto intellectus parum differt a uoluntate in uia philosophi, & uoluntas non est sine intellectu in uia ueritatis.

Fortuna proprie est in uoluntate.

Quō Fortuna sit intellectus practicus.

## NIHIL EST ORTVM SVB SOLE, cuius non præcessit legitima causa in cælo.

Quinta. SCotus uigesimaprima quæst. quol. dicit, quod nihil est in mundo, quod nō habeat causam efficientem in cœlo. Et est sententia Platonis lib. Thimei, & Ciceronis, ut declarat Augustinus quinto libro de ciui. Dei capitulo nono, a quibus non deuiat Aristoteles, in libello de bona fortuna, qui dicit, quod impetus ad bonum est a Deo, & fortunati

nati pelluntur à Deo immittente impetum. Huius tamen oppositum uidetur adstruere ipse Scotus in secundo distinctio.34.& 37. ubi de mente diui Bonauenturæ dicit,quod peccatum non habet causam efficientem,sed deficientem.

S O L V T I O.

Peccatum capitur dupliciter,uno modo pro actu substrato,altero modo pro deformitate actus exempli gratia,quispiam interficit hominem illa interemptio est actus substratus,Et quia est contra legem talis actus,ideo dicitur deformis,sic quod deformitas in actu est carentia rectitudinis,quam ille actus deberet habere. Actus ille substratus est ab efficiente,a Deo autem permissiue.Deformitas in actu non habet causam efficientem,sed deficientem tantummodo. Tunc ad formam contradictionis dicendum quod nihil est ortum sub sole,quod non habeat causam efficientem in cœlo,uerum est in effectibus, qui natura boni sunt,nam scriptum est,Gen.cap 2.uidit Deus cuncta,quę fecerat,& erant valde bona.

Peccatum duobus modis sumit.

*V N V S E F F E C T V S N O N F A C I T hominem fortunatum.*

SCotus vigesimaprima,q.quol.art.1.dicit,quod unus effectus non reddit hominem fortunatum.Nam dicit philosophus.1.Ethi.ca.9. vna yrundo non facit uer.nec unus dies reddit hominem fœlicem. Huius oppositum uidetur asseuerare in secundo distinctione.quinta quæstione uni. ubi asserit hanc propositionem: plus ualet unus actus intensus, quàm mille remissi, ergo qui uno ictu fodiens, ut plantet uitam fodiendo præter intentum inuenit thesaurum magnum, ille unus effectus reddit ipsum bene fortunatum, plusquam si centum uicibus centum ad inuenisset aureos,singula uice vnum aureum, præter intentum.

Sexta.

S O L V T I O.

Dictum Scoti,& Aristo.uidelicet, unus effectus non reddit hominem fortunatum,ueritatem continet proportionaliter loquendo, & dãdo singula singulis. Vt si quispiam hodie inueniat aureum,ex hoc non dicitur bene fortunatus. Similiter si uno die potiatur re amata

præter intentum,& non vltra,non dicetur bene fortunatus,illud vero dictum plus valet vnus actus intentus, quam mille remissi, verum est per continentiam,& æquiualentiam contentorum. Et ille vnus actus appellatur multi actus per æquiualentiam.

Commune dictum.

## *A QVO MOVETVR BENE fortunatus ad operandum.*

Septima.

SCotus 21.q.quolibet.dicit,de mente Arist. in libello de bona fortuna, quòd Deus mouet bene fortunatum ad operandum mediante impetu,exempli gratia.Quispiá petit agrum,& incipit fodere,vt plantet vitem,& fodiendo præter intentum inuenit thesaurum.Deus mediante impetu naturali mouet istum ad petendum agrum, & fodiendum in eo, vt plantaret vineam, Huius oppositum videtur ponere Scotus,qui allucinatur Aristotilem dicere in principio illius libri, ꝙ beneuolentia Dei non est causa boni effectus fortuiti, quoniam effectus fortuitus bonus aliquando venit inordinate,& acquiritur ab homine non merente,si autem Deus esset causa, tunc Deus ipse inordinate ageret, & non secundum merita.

## SOLVTIO.

Rei veritate philosophus substinuit Deum esse causam effectiuam boni impeditus, quem ipse in aliquo producit mediante natura,causa vero intrinseca effectus boni est impetus ille, causa autem extrinseca est Deus mediante cœlo,sic quòd Deus mediante cœlo mouet bene fortunatum ad agendum, mediante cœlo extrinsece,& mediante impetu intrinsece.Dicit enim philosophus in libello de bona fortuna bene fortunatis non expedit consiliari,habent enim aliquid, quod est melius intellectu,& consilio, & ibidem ait. Et enim adeo vehectii impetum habent ad aliquid peragendum, & libro primo cœli test. comento 100. A causa prima deriuatum est esse ijs,quidem clarius,illis vero obscurius. Tunc ad formam contradictionis dicendum,quando Aristot.dicit, ꝙ Deus non mouet bene fortunatum ad agendum, verum est immediate, quia tunc inordinate ageret. Cum vero dicit, quòd Deus mouet ipsum,verum est mediate,mediante cœlo extrinsece,& mediante impetu intrinsece. Sed emergit dubium,quoniam Scotus in calce quæstione duodecima dicit, quòd Deus ipse immediate mouet quempiam ad agendú.Respondeo,ꝙ Scotus loquitur in via theolo-

Pulchrum dictũ Arist.

Dubium

theologorum, qm̄ Deus operatur ad extra contingenter, entia contingentia, uelut declarat Scotus, in 1. dist. 8. q. vltima, & lib. quol. q. 7. Philosophus vero dicit, q̄ quicquid producit Deus ad extra immediate, necessario producit, vt declarat Auerrois in libello de substantia orb. cap. 2. In æternis sequitur actum necessario, & 8. phisic. com. 8. & 15. a voluntate antiqua non prouenit noua actio sine mutatione sui, nouitas autem reducitur ad causam secundam, secundū philosophos. Ideo quicquid Deus operatur ad extra, & de nouo, operatur mediante causa secunda, si autem aliquid producit immediate, illud est necessariū, quamuis productum, velut declaratum est in 1. dist. q. vltima & dist. 42. quæstione vnica nec non in 2. distinctione 1. quæstione 1. quæstione 2. & 3. & in 7. quæstione quolib. Respōdeo.

*IMPETVS EST QVALITAS in anima, non in corpore.*

DOctor subtilis 21. quæstione quolibet. tenet, quòd impetus datus a Deo bene fortunatis, est in anima subiectiue, non in corpore. Ait namque in anima enim est talis natura, quo impetu ferimur sine ratione, hoc est, impetus, quo ferimur ad bonum, est in anima. Huius oppositum videtur adstruere in eadem q. cum dicit art. 1. in corpore, ergo ista dispositio est consequens determinatam complexionem. Octaua.

SOLVTIO.

Impetus est quædam qualitas spiritualis, & affectio quædam animæ indita a Deo ipsi animæ mediante natura, velut perspicacitas, solertia, iustitia, fortitudo, temperantia, prudentia, & huiusmodi qualitates spirituales. Tunc ad formam contradictionis dico, q̄ nunquam Scotus dixit impetum esse qualitatem in corpore. Sed dixit esse qualitatem animæ consequentem determinatam complexionem in corpore, quod patet, quia dicit doctor, talem impetum conuenire intellectui, non suapte natura, sed quia habet nobiliorem impellentem. Et hanc esse mentem philosophi, declarat Gandauensis in libro de bona fortuna quæstione 24. & 7. cui concors est Egidius in expositione textus Aristot nec non Suessanus 2. phisic. in expositione textus. com. 52. Qui omnes declarant, quòd talis impetus non conuenit potius huic, quam illi, quia habet hic nobiliorem animam, sed conuenit animæ propter determinatam complexionem corporis, quam nos non cognoscimus. Impetus qd

## ANIMAE IMMORTALITAS NON *potest ratione naturali demonstrari.*

Nona.

SCotus 21.q.quolibet.ad calcem,videtur dicere,quòd ratio naturalis se extendit ad animæ imortalitatem. Ait enim ad hoc attingere potest ratio naturalis, cum sit immortalis. Qui tamen in quarto dist. 43. q.2. dicit contra sanctum Thomam, quòd nulla ratione naturali potest demonstrari animam esse immortalem,neque mortalem,quia Arist.dubius remansit in hac dilucidatione.

## SOLVTIO.

Scotus tenet, quòd nulla ratione naturali potest demonstrari immortalitas,sed persuaderi, seu a posteriori probari, nec aliter dicit in vigesimaprima quæstione quolib. Illa autē verba, quæ adducit,sic intelligenda sunt, Animam intellectiuam esse immediate productam a Deo,pōt probari ratione naturali, quia ipsa est immortalis, hoc modo, omne sempiternum est necesse esse,primo cœli test. com. 138.9. met.in com.17.omne necesse esse producitur immediate a Deo quia quicquid a Deo producitur mediate,est nouum 2. phi.com.74. & libro de substantia orb.cap.2.nec non 8.phi.com.8 & 15.Hinc non sequitur Scotum dicere animam esse immortalem posse demonstrari demonstratione naturali. Aliam solutionem dat quidam celebris Scotista dicens,Scotum loqui vigesimaprima q.quolibet. ad mentem diui Thomæ,in quarto vero ad mentem propriam. Alter Scotista dicit, quòd ratio natutalis est duplex. Quædam demonstratiua quia vel propter quid,& tali ratione naturali non potest animæ immortalitas demonstrari. Alia vero est ratio naturalis thopica,& hæc potest demonstrari. Primæ opinionis Gadius est. Alterius vero magister Parisiensis, quorum interpretationes non redarguo. Sed rei veritate non sunt ad propositum,nā bene seriem literarum non perscrutati sunt. Sed emergunt dubia,primum est,quoniam Plato lib.phedo.& libro de legibus dialogo 10.diffinit animam sic. Anima est numerus seipsum mouens, & corpus, non equidem est numerus prædicamentalis de prædicamēto quantitatis,qui est accidens,sed methaphorice loquitur ipse Plato, quoniam sicut numerus constat ex multis veritatibus, & consistit in indiuisibili,sic anima est substantia indiuisibilis,& immortalis,constās ex multis perfectionibus intellectu scilicet memoria,& voluntate,solertia,& perspicacitate In lib.vero timeo.Plato sic diffinit animā. Anima est substantia spherica seipsam mouens, & corpus, hoc est, sicut

Opinio Gadij.

Magistri parisiensis opinio.

Ratio naturalis duplex.

Contra Gadium & magistrum Parisiensem.

Dubia.

sphæra

sphæra non habet principium,nec medium,nec finem. Sic anima spiritualis est,non quanta,nec extensa ad extensionem materiæ,ergo est immortalis in via Platonis Igitur ratione naturali demonstrari potest animæ immortalitas. Respondeo. Ex isto argumento sequitur, ꝙ Platocognouit naturaliter animam esse immortalem, non autem, quòd probauit ratione naturali demonstratiua ipsam fore immortalem. Sed quibusdam rationibus thopicis bene suasit eius immortalitatem, vsque adeo, vt quidam discipulus eius Teobertus nomine, se præcipitem dederit spe alterius vitæ, adductus suasionibus Platonis de animæ immortalitate, ut declarat Augustinus libro primo de ciuit. Dei. cap.22. Secundum dubium oritur. Nam Arist. videtur probasse ratione demostratiua, animam esse mortalem, in primo de anima. te. com. 12.& 13. sic. Si anima habet aliquam operationem sibi propriam, in qua non dependeat a corpore, vt ab obiecto, vel vt a subiecto, ergo nõ tingit ipsam separari, probat ipse minorẽ, quia si haberet aliquã operationem sibi propriã, illa maxime esset intelligere, intelligere aũt nõ est operatio sibi propria, quia intelligere aut est phantasia, aut non sine phantasia, nempe oportet intelligẽtem phantasmata speculari tertio de anima test.com.30.& 39. Respondeo, quod si teneamus huiusmodi Aristotelis rationem esse demostrationem, dicimus, ꝙ ipse arguit ibi contra Platonem asserentem animam produci ante corpus. Et Aristoteles dicit, quòd si anima produceretur ante corpora, haberet aliquam operationem sibi propriam, in qua nullatenus dependeret a corpore, neque vt a subiecto, neque vt ab obiecto, quod dicit postea esse factum, quia oportet intelligentem phantasmata speculari. Si uero arbitrabimur illam Aristotelis rationem non esse demostratiuam, soluimus eam negando minorem, videlicet intelligere aut est phantasia, aut non sine phantasia, nisi loquatur de anima, vt coniuncta corpori, sic & glosamus illam propositionem vulgatam, oportet intelligentem phantasmata speculari, cui subnectitur illa propositio primi de anima.text.comento 64. qui dicit animam gaudere, vel tristari dicit eam texere, vel filare, verum est de anima coniuncta corpori, disiuncta vero a corpore ipsa anima intelligit, & non per conuersionem ad phantasma, sic etiam gaudet, & tristatur, velut declarat Scotus in quarto distinctio. quadragesimaquarta quæstione secunda, & distinctione quadratesimaquinta, per totam. Tertium dubium innascitur, quoniam Aristot. secundo libro de anima test. comento quarto diffinit animam sic. Anima est actus corporis phisici organici, potentia vitam habentis, in semetipso, sed omnis actus, qui unitur subiecto mediantibus dimensionibus interminatis, est diuisibi-

Responsio.

II. Dubiũ.

Responsio.

III. Dubiũ.

lis ad diuiſionem ſubiecti, ut declarat Auerroes lib. de ſubſtantia orbis cap. primo, ubi negat a cœlo dimenſiones interminatas, ne intelligentia uniatur ei per informationem, & ſit diuiſibilis. quia omne diuiſibile eſt corruptibile, ergo ex illa diffinitione Ariſt. ſequitur animam eſſe mortalem. Reſpondeo, ſi teneamus animam informare, & dare eſſe velut ſubſtinet Scotus in via Ariſt. in quarto, diſtinct. 43. quæſt. 2. licet non in uia Auerrois, dicimus, quòd omnis forma, quę unitur materiæ mediantibus dimenſionibus interminatis, immediate illa eſt diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti, modo anima intellectiua unitur corpori mediante cogitatiua, ſicut aperit Auerr. tertio, de anima comen. 5. & 36. Hinc ortum habent diuerſæ ſapientum opiniones de quiditate, ſeu eſſentia animæ. Auerroes enim tertio, de anima comen. 5. opinatur animam humanam integrari ex cogitatiua, & intellectiua, ideo quantum ad cogitatiuam anima humana mortalis eſt, quantum ad noeſim, ſiue intellectum æterna eſt, quia intellectus eſt unius in omnibus. Latini omnes, ut ſanctus Thomas, & Egidius & eorum ſequaces in via Peripatetica opinati ſunt, animam intellectilem cõſtare ex intellectu agente, & poſsibili, quaſi ex duabus animabus, velut declarat Gandauẽſis. 3. de anima. quæſt. 26. & 29. Scotus vero tenuit, quòd anima eſt ſubſtantia quædam ſpiritualis, conſtans ex intellectu, memoria, & uoluntate, & intellectus agens & poſsibilis ſunt duæ ipſius animæ intellectiuæ formalitates, quod notauit ipſe in ſecundo, diſtinctione 16. & 17. & in quarto, diſtinctione quadrageſimatertia, quæſtione ſecunda.

*Reſponſio.*

*An anima ſit immortalis.*

*Opinio Scoti.*

## PROVIDENTIA DEI.

*Decima.*

Scotus vigeſimaprima quæſtione, quolibet ad calcem duplicem Deo adſcribit prouidentiam, unam generalem, qua curat uniuerſum ſecundum ſpeciem, Alteram particularem, qua prouidet unicuique ſecundum merita præſentia, & futura nobis occulta, ſibi autem manifeſta, teſtimonio diui Boetij. quarto libro de conſolatione chriſtiana. Huius oppoſitum uidetur ponere Scotus 15. q. quolib. ubi determinat, quòd Deus non cognoſcit entia in genere proprio, & extra ſe, & videtur ibi Auerroizare.

## SOLVTIO.

*Quid ſit prouidentia.*

Auguſtinus lib. 83. quęſt. q. 4. diffinit ſic prouidentiam Dei. Prouidentia eſt lex ęterna incõmutabiliter manens, quæ tñ omnia mutabilia

lia pulcherrima gubernatione moderatur. Boetius, quarto lib. de con solatione christiana sic eam diffinit. Prouidētia est illa diuina ratio in summo omniū principe constituta, qua cuncta disponit. Damascenus libro secundo, de Orthodoxa fide diffinit eandem hoc modo. Prouidentia est uoluntas Dei, per quam omnia, quæ sunt conuenientem gubernatorem suscipiunt. Tunc ad formam contradictionis dicunt, ꝙ vbicunque Scotus asserit Deum non intelligere entia extra se, & in genere proprio docet, & intelligit motiue. Non enim mouetur a rebus in genere proprio diuinis intellectus, velut noster intellectus, quia sic uilesceret quidem, & staret dictum Auerroys, duodecimo met. co. 51. Intellectus diuinus uilesceret, si minima naturæ attenderet, quod verum esset, si moueretur a rebus in genere proprio ad intelligendum ea, sed diuinus intellectus mouetur ab essentia sua tantummodo, eius tamen cognitio terminatur ad entia in genere cognita in ipsa essentia quod non concedit Auerroes, ut dictum est decimaquinta. q. quolibet

Quō Deus non intelligat entia extra se.

Ponit ergo prouidentiam Scotus generalem, & particularem, quam negarunt Philosophi. Sed emergit dubium, quoniam Chrisippus princeps sectæ Stoicæ, asserit prouidentiam Dei particularem, uelut declarat Augustinus quinto libro de ciui. Dei. cap. decimo. Similiter Plato. lib. de legibus dialogo sio. docet Deos humanarum rerum curam habere, & in lib. phedonis docet mortales Diis uota emittere dr̄e. Exemplo nauis, quam Athenienses singulis annis mittebant in Delum pro reditu Thesei, ergo philosophi posuere diuinam prouidentiam. Respondeo. Stoici, & Acchademici statuere eam. Peripathetici uero negarunt eam in particulari, ponentes tantum secundum speciem Deū curare uniuersa. Similiter negauit eam Cicero lib. de natura Deorum, & lib. de diuinatione, ut refert August. quinto libro, de ciuit. Dei. cap. decimo, Similiter negarunt eam Manichei, & Epicuri. nt notatur. vigesimaquarta quæstione, tertio capitulo, quidam autem hæretici, §. Manichei. Verum oritur dubium. Nam Ari. & Auer. uidentur statuere talem prouidentiam particularem, quia lib. decimo ethico. cap. decimo dicit philosophus multoties Deus uisitat homines, sicut amicus uisitat amicum suum. Et lib. de secretis secretorum ad Alexandrum ait, o Alexander possunt siquidem homines a diuina prouidētia aliquid de præcationibus ieiuniis elemosinis, & orationibus petendo obtinere. Auer. autem secundo lib. de animb. capitulo trigesimoseptimo, & primo libro cæli. com. 98. dicit Sollicitudo. enim diuina cum non posit facere indiuiduum manere secundum suum esse, miserta est ei, in dando illi uirtutem, quæ permanere posit secundum speciem. Doctissimus Auerroistarum Zimara respondet quod Arist. in moralibus in se-

Dubium.

Exemplum

Dubium.

Quō detur prouidentia apud Arist. & simpliciū, q asserit ꝙ Deus hęc vilia cō temnit.

fectatus est opinionem vulgi & peccauit in philosophiam tunc Moraliter ergo loquendo concedit talem prouidentiam phisice uero negat eam. Similiter Auer. dicit, quod ex illo textu non uenatur aliam prouidentiam nisi secundum speciem, Ob id cedant paripathetici sapientiæ diuinitus immissæ, quoniam scriptum est, Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, Ecclesiasti. capitulo septimo, & Alibi, Tu es Deus, cui cura est omnibus. Sat. sexto. Deus itaque cuncta in bene placito suo disponit, cuius nomen a solis ortu usque ad occasum sit benedictum, per infinita sęcula sęculorum.

Amen.



CON-

# CONCILIVM PAVLI.

## *Dydimo, & Philothæo colloquentibus:*

AVTHORE FRATRE PADVANO DE GRASSIS Barolita Franciſcano conuentuali,& S.Theolog. magiſtro, olim in gymnaſio domus magnę Venetiarum Regente.



### *Argumentum præſentis codicillis.*

DYDIMO.



NOSTRIS expletis Colloquijs de eccleſiaſtica Republica perdoctę Philotheæ mihi in mentem venit Pauli monumenta calcatius delibbare. Nempe tempeſtate noſtra inoleuit, ut neminem aliquid ſcire arbitrentur, qui Pauli mineruam non calleat quod ſi grǣce aut hebraícę quiſpiam pandat miris profecto efficitur laudibus, verū(non ut Apoſtolo impingam) Qui totus ſpiritu plenus extat, quin potius propriæ ignorantiæ tenebras damnare intendens multa contradictoriæ dicta inde mihi ſe offerunt aliquādo enim uidere mihi videor. Paulum ſibi met ipſi contradicere nonnunquàm Petro & Iacobo.(& quod turpius ſonat)multoties Chriſti Euangelio dicta ſua ipſum opponere,ſed quoniam tu mihi lumen poſt primum lumen Chriſtū,Idcirco emergētiū cōtradictionum modos ad amiſsim mihi diſoluas ſuppliciter quæſo.

PHI. Age millitiſsime Didyme,contradictorios tuos expromas conceptus,ſi te dilgam tu te ſcis, nullo nempe in te doctrinæ munere grauabor quin ad lucem ſequentem amice tibi reſponſa prēſtabo.

EPI-

EPISTOLA AD ROMANOS. CAP. I.
*Contradictio prima.*

Paulus seruus Iesu Christi.

DYDI. EMIROR enim Paulum se Christi seruum nuncupasse, ait enim Dominus. Iam nõ dicam vos seruos, sed amicos & rationem reddens dicit, quia seruus nescit quid faciat
Ioan. 15. Dominus ego autem nota feci vobis quęcunque audiui à patre meo. Igitur potius se amicũ Christi nominare debuit quam præceptoris dictato contradicere, ad quod quidem
Gal. 4. accedit, quoniam ipsemet Paulus dicit itaque fratres non sumus ancillæ filij sed libere qua libertate Christus nos donauit.

S O L V T I O.

PHIL. Scias velim Didyme, ex sacris literis duas nos venari seruitutes, est enim seruitus timoris, qua mancipium Domino obtemperare solet, profecto si pene timor non esset. Nemo ex eis quos seruos appellamus suis Dominis seruire vellet, & talem timoris seruitutem expressere Petrus, & Paulus dicẽtes. Serui subditi estote Dominis in omni timore, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, nempe ad hanc seruitutem neminem Christus sibi elegit, ait enim Paulus non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. In quo clamamus, Abba Pater. est alia seruitus amoris, qua filij parentibus seruire tenentur, dictante lege honora Patrem tuum, & Matrem tuam, quod enodare intendens Paulus inquit. Filij obedite parentibus in Domino, & hac seruitute se seruam appellitans Sarra viro Abrahæ obediebat, Dominum eum sibi vocãs, dum itaque se Christi seruum, nominat Paulus non timoris, sed amoris vinculo se Christo alligatum esse adstruit.

Ad Eph. 6. — Ad Rom. 8. — Exod. 20. — Matth. 9. — Ad Eph. 6. — Ad Col. 4. — Gen. 18. — Petri. 3.

DY. Arbitrabar equidem Pater Philothea, censere te multoties Paulum appellitasse se, & confratres Christi seruos ex humiliate, licet omnes eius amici forent ex Euangelica norma ait enim Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, Itidem. Paulus seruus Dei hoc ipsum Paulus seruus Iesu Christi.

Ad Eph. 1. — AdTh. c. 1 — Ad Rom. 1.

PHIL. Non nihil est quod dicis namque Christus, assidue nos ad humilitatem hortatur ait, enim quicũque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister, quod enim declamatorie exprimentes Iacobus, & Petrus dicunt superbis Deus resistit humilibus autem dat gratiam.

Matth. 20. — Cap. 14. — 1. Can. 5.

NO-

## NOTVLA.

Vide August.19.libro de ciuitate Dei cap.15.& lib.22.cap.6.libro, 21.cap.11.Rimare tamen, quomodo seruitus permittitur in Euangelio, dicente Apostolo seruus vocatus es, non sit tibi curæ, sed si potes fieri liber, magis vtere seruitute.S. 1. Cor. 7.

## *CONTRADICTIO II.*

Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo.

EX Euangelico dogmate perspicue habemus Christum præcepisse nullatenus esse iurandum, ait enim Ego autem dico vobis nolite iurare omnino neque per cœlum neque per terram sit sermo vester, est, est non, nō nihilosecius Paulus in monumētis suis multoties iurare consueuit, inquit enim. Testis est mihi Deus cui seruio in spiritu meo, & alibi ait quotidie moror per vestram gloriam fratres Itidē testem Deum inuoco super animam meam, quia parcens vobis nondum veni, & vlterius, quæ autem scribo vobis ecce coram Deo quia non mentior. DYD. Matth.5. Iac. 5. Rom. c.11. 1.Cor.15. 2.Cor.c.1. Ad Gal.c.1

## SOLVTIO.

PHIL. Duo scitu digna te scire iubeo mi Didyme, & quæ falsum iurare periurium sit, & qui iuramento sine necessitate procliues sunt, periurio appropinquans. Nempe ambo hæc dictata lex ipsa tibi obstētat, ait enim. non assumes nomē Dei tui in vanum, cui subnectitur, nō dices falsum testimonium, Christus itaque hæc duo duntaxat prohibere intendit videlicet. Quod quis Pseudo non iuret, nec ad iuramentū procliuis sit sine necessitate, Idcirco rite dogmatizat Paulus, inquiēs. Finis omnis controuersiæ est iuramentum. Exod. 20.

## NOTVLA.

Vide Augustinum in sermone de periuriō, super Iosue q, 13 lib.19 contra faustum Manicheum cap.33.& Psal.109. super versiculum. Iurauit Dominus & non penitebit eum. Heb. c. 6.

## *CONTRADICTIO III.*

Tradidit illos Deus, in reprobum sensum, ut faciant quæ non conueniunt.

DY. Ait Paulus, tradidit illos. Deus in reprobum sensum ut faciāt

quæ

quæ non conueniunt, Deus itaque est auctor mali & causa obduratio nis, verum de infidelibus obstinatis, inquit, qui desperãtes seipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ. Igitur homo peccator, ducit seipsum ad nephas, & nullatenus Deo huiusmodi mixturam impingere debemus.

Exo. 4 et 19. Exo. 10. Age pater Philotheæ, Adeo talis scripturæ controuersia meum discrutiat animum, vt vndiq; mihi contradictio sese offerat, inquit Moyses, ego indurabo cor Pharaonis, & rursus, ego indurauí cor Pharao-

Exo 8. nis. Igitur Deus indurat hominum corda. Et tamẽ ipse idem Moyses dicit, & ingrauauit Pharao cor suum. Ergo obduratio cordis nobis & non Deo est ascribenda, Paripassu Esayas dicit. Indurasti nos domi-

Ca. 63. Psal. 94. io. ca 12. Esa. cap. 6. ne ne timeremus errare nos fecisti. Nihilominus Dauid clamat, nolite obdurare corda vestra consimiliter Ioannes Euangelista dicit Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum vt non videant oculis & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos nihilosecius

Cap. 13. August. de fide & gratia. ca pit. 4. Mattheus dicit, & incrassatum est cor populi huius & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt nequando videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant & cõuertantur, & sanem eos en patens contradictio in euangelistarum dictatis, Ioannes nempe Deũ phariseos excecasse adstruit Mattheus vero eos clausisse proprios oculos ne videant dicit.

Tria hęc dictata ex sacris codicibus perpendas mi. Didyme uidelicet tradere in reprobum sensum, ob durare, & excecare, Deum namque, tradere hominem in reprobum sensum est ipsum deserendo non adiuare nempe post primorum parentum lapsum adeo omnes ad uitia procliues gignimur, ut si quispiam in mera arbitrij sui libertate desideratur, & adeo spiritualiter non adiuuetur mox in peccatorum

Roma. c. 7. foueam delabatur, hanc enim ad malum naturæ humane in Adam

Psal. 26. vitiate propensionem. Paulus legem carnis appellat, quod totum de-

Pal. 36. prompsit Dauid dicens, adiutor meus esto ne derelinquas me, & rur

Psal. 59. sus, Deus in adiutorium meum intẽde. Domine ad adiuuandum me festina & Incidius Auertisti faciem tuam a me, & factus sum contur-

Psal. 36. batus, tale Hercle spirituale auxilium Euang. Cananea postulabat ad

Luce. 15. Christum conuersa dicens. Domine adiuua me, hoc ipsum Apostoli

Luc. 14. exposcebant clamantes Domine adauge nobis fidem similiter obdurare est non mollire per gratiam, dum. n. cor hominis per gratiã non mollescit, ipsum seipsum seipso induratur excecare autem est non illuminare lumine fidei. Tradit itaq; Deus quempiam in reprobum sensum, non aliquid mali in eo patrando, sed ipsum in libertate sui arbitrij deserendo, spirituale auxilium ei præstare denegans, hoc namque

pacto

pacto Pharaonem indurauit, uolens mollire eũ per gratiam, sic etiam phariseos excecauit lumine fidei eos illuminare contennens, ob id vero scripturæ non denegant Pharaonem cor suum propria uoluntate ingrauasse, & phariseos propria malitia seipsos excecasse. Iob enim in quit ipsi fuerunt rebelles lumini, nesciẽrũt vias eius. Esaias autem clamitat. Surge illuminate Hyerusalẽ. Quibus consentit Paulus inquiens surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus sed oganiens quispiã diceret, cur phariseos lumine fidei nõ illuminauit? Cap. 14. Cap. 60.

DY. Similiter, cur Pharaonem per gratiam nõ molliuit. Quemadmodum Nabucdonosor, cum ambo Egipti Reges fuerint amboque in Deum peccauerint? Eph. cap. 5. Aug. de Prę de. & gratias cap. 15.

PHI. Tue dubitatiunculę satisfacit Paulus mellite Didyme, dicẽs, cuius vult miseretur & quem uult indurat, Moysi enim dicit, miserebor cui misertus sum & misericordiam, pręstabo cui miserebor. Roma. c. 9. Exo. c. 33.

DY. At qui sic curiosius petam, cur nam uoluit Deus aliquorum corda mollire? Alijs eandem porro denegat gratiam? Nullatenus eos mollescere volens.

PHI. Paulus ipse tibi obicit dicens, tu quis es ut respondeas Deo cui adstipulatus Augustinus dicit quare hunc trahat, & illum non, noli velle iudicare si non uis errare. Enim vero errare nõ expauesco qa causam talis uoluntatis accuratius quærito. Rom. c. 9. Sup. Io. c. 6.

DY. Dic quęso Philotheæ: Effare (si libet) cur Deus ipse uni auxilium præbet alteri vero penitus negat?

PHIL. Curiosis equidem curiose satisfaciendum, consentaneum dico: Icirco assero uni Deum ipsum, ex sua misericordia auxilium præbere, nulla in recipiente stante meritoria causa. Alteri uero gratiã denegat, uidens eum auxilium omnino spernere vt si auxiliatus est Nabucdonosor, hoc ex mera sua clementia effecit: si autem Pharaonem adiuuare abnuit: in causa fuit, quia Pharao ipse contra Dei misericordiam pietatem libero suo pugnauit arbitrio Dei auxilium duro cordo spernens: similiter si Petrum ad ima delapsum adiuuit: Iudę vero auxiliũ noluerit: id fuit quoniam Iudas ipse ab eo adiuuari nolebat: omnes nempe Deus ipse adiuuat qui eius suffragia, in pace ecclesiæ piæ expostulant.

DY. Vnde has paradoxas expicatus es pater Philotheæ?

PHIL. Augustinus cui in sacris literis interpretandis ualde profecto innitendum, dicit de Nabucdonosor, & Pharaone loquẽs: Hic. n. manum Dei sentiẽs in recordationem propriæ iniquitatis ingemuit. Alter vero cõtra Dei misericordissimam pietatẽ, libero pugnauit. Arbitrio, rursus, in eo cuius miseretur eius gratiam ignoscite, in eo De præd. & gra. c. 15. de gra. & lib.

vero

Arb. ca. 23. de natura & gratia c. 23. & 31.

vero quem obdurari permittit, eius demerita credite. Itidem, Deus deserit tantum dignos deseri. Istuc ipsum exprimitur Apocalipsis. Sto ad hostium & pulso si quis aperuerit intrabo?

## N O T V L A.

Vide Augustinum de ecclesia: dogma. cap. 21. & 22. libro de prædest. & gratia cap 4. & 15. In Enchyr. c. 97. libro de natura, & gratia cap. 15. libro de gratia & libero arbitr. ad valenti. cap. 23. & de natura & gratia cap. 23. vide Paulum 1. ad Thess. cap. 2. dicētem, eo quot charitatem veritatis non receperunt, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendatio & ad Rom. primo inquit propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ rursus propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Et vide Augustinum Psalmo 6. versiculo illo. Conuertere Domine, & eripe animā meam Dauid Psalm. 59 & eduxisti eos secundum desideria cordium eorum ibunt in aduentionibus suis.

## *CONTRADICTIO. IIII.*

Non solum qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte.

DYDI. Rom. c. 1. Ioan. c. 19.

Agentes & consentiētes in scelere pari multādos esse pena docet Paulus. verum Christus oppositum In Euangelio decernit alloquens enim ipse Pilatum præsidem inquit propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet, magis itaque deliquerunt Pharisei Christum damnantes, quam Pilatus eis consentiens.

## S O L V T I O

Lib. 1. de meri. & remis. cap. 1. & 16.

PHIL. Pœnam fore parem bifariā intelligere quimus, & parē in genere & parem in gradu, exempli cā neuti omnes ad tartara detrusi parem luunt pœnam in genere pœne ignis scilicet æterni, non tamen parem in gradu, quia vnus altero acrius discrutiatur, paruuli nempe sine baptismate decedentes, ad inferna detruduntur, æterno ignæ cruciandi. Inquit Augustinus Minori tamen ardent flamma quàm adulti sine fide.

Dum igitur Paulus adstruit agentes & consentientes pari multandos pœna esse, intelligit in genere pœne, Christus autem dicit non pari supplicio puniendos in gradu supplicii. Pharisei profecto & Pilatus am-

tur ambo inferni igne comburuntur, leuius tamen ille ignis agit, in Pilatum quàm in phariseos, hoc namque pacto agentes, & consentientes pari pęna puniuntur humana iustitia, in genere non in gradu.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro contra Manicheos, & de verbis Domini, ser. 19 & Addas hæc glosemata, nisi cõsentiens inuitus consentiat seu in vincibili necessitate compulsus. vide regulam ex sacris canonibus, secunda quæst. primo capitulo, notum sit agentes, & consentientes, pari pœna constringit.

## *EX II. CAPIT. CONTRADICTIO. I.*

Reddet vnicuique secundum opera sua. Rom.c.2



A Deo opera magnificat hic Paulus, ut ea vite æterne premio digna esse censeat, dicens reddet unicuique secundũ opera eius quidem Dauidis sententia prius explosum fuit Domine tu reddis unicuique iuxta opera sua. Istuc ipsum adstruit Paulus cum dicit, unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum suum proprium laborem, & rursus, quæ enim seminauerit homo hæc & metet verum uidere mihi uideor Paulum contradictoriæ sibi loquentem, ait enim, non sunt condignę passiones huius seculi ad futuram gloriam, quæ releuabitur in nobis, itidem nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiã saluos nos fecit, & illud idem non secundum opera nostra sed secundũ propositum suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu, Similiter gratia factis estis per fidem, & hoc non ex vobis Dei enim donũ est, & iterum, gratia Dei uita eterna igitur nostra iustificatio non pēdet ex operibus, minime nostris solis.

DYDI. Psal.61. 1.Cor.3. Gal.c.6. Rom.c.8. Titum.3. 2.Ad.Tit.1 Ad Ephes. cap.2. Ad Ro.c.6.

Opera dupliciter considerare solemus, vt sunt effecta sine fide, & hoc pacto humana opera nuncupantur, & nullius, sunt ualoris apud Deum, nec digna erunt suaptæ natura fælicitate, ait enim Paulus, sine fide impossibile est placere Deo, Aliter enim consideramus opera, ut fructus fidei sunt, sine quibus fides ipsa mortua dicitur Tali namque pacto Dei opera appellantur. Licet nostra si namque sunt fructus fidei quæ est donum Dei, & huiusmodi opera enim coronat Deus, sua in nobis coronat dona, inquit Augustinus, in quibus operibus sequentibus fidem Deus se tribuit mercedem uitæ, ait enim, merces, uestra

Heb.c.1. Iaco.c.2. AdEph.c.2 Hom.c.14. Math 5. Math.

copiosa est in cęlis. Rursus, voca operarios & redde illis mercedem suam, his etiam operibus, corona iustitię reddi solet dicente Paulo ad Timotheum Bonum certamen certaui cursum consumaui fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, & ulterius, non enim iustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri. Matt. filius, hominis uenturus est, in glo patris sui, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.

2. Capit. 4. Heb. c. 6. Cap. 16.

## NOTVLA.

Vide Augustinum de fide & operibus c. 14. Lib. de Homeliis Homelia. 14. Psal. 30. & in episto. ad Valentinum Ioann. 5. & qui bona fecerunt ibunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii.

## CONTRADICTIO. II.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

PEr opera sequentia fidem hominem peccatorem iustificari palam ostendit Paulus dum dicit, nō enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur Augusti. namq; sacrarum literarum interpres uigilantissimus. Hoc pacto dictum apostoli interpretatur factores legis iustificabuntur ueruntamen ipse Paulus dicit. arbitramus enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis nempe hęc duo dicta valde sese certant videlicet factores legis iusti ficari, & hominem sine operibus legis iustificari.

De spiritu, & litera c. 26. de fide, & operib. c. 14. Ro. c. 3

## SOLVTIO.

PHIL. Nonnulli talem emergentem cōtradictionē dissoluere cupientes autumarunt Paulum arbitratiue loquutum fuisse. Dum dixit arbitramur hominem iustificari per fidē sine operib. legis, sed nihil est quod dicunt, ait. n. ipse Paulus, iustus autē ex fide viuit, & rursus, ex operib. legis non iustificabitur omnis caro, Itidem iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum & ad galathas inquit, si. n. ex lege iustitia ergo Christus gratis mortuus

Alii vero dicta apostoli calcatius metiri uolentes adstruunt Paulo loquutum fuisse de operibus legis legalibus, qualia namque sunt de catalogi institnta, &c.

Ro. cap. 1. Rom. c. 3. Rom. c. 5. Cap. 2. Exo. c. 20. Mat. 19. 2. Cor. 3.

Ve-

Verum enimuero nec ipsi scopum rei tangere potuere, nempe Paulus dicit litera occidit spiritus autem viuificat quod Augustinus interpretatur de tota Moysis lege sine fide: est enim lex sine fide litera occidens quia pręcipit quod nullatenus homo adimplere potest sine fide, & dum legi addictus quæ lex seruanda precipit ipse non seruat, mortem sibi vendicat. De spiritu. & litera, ca. 4. & 5.

DY. Hercle huiusce contradictionis perspicuam solutionem hactenus non uideo perdocte Philotheæ. Ex prome eia Si libet dictorum Apostoli ex propria officina sanum concilium.

Te scire scio mi didime, binam esse hominis iustificationem qua de iniusto fit iustus, est enim prima qua in baptismate iustificatur a noxa originali per fidem expurgatus, & (ut ait Paulus) per gratiæ adoptionem, est alia dum quispiam ex multis facinorib. quæ in Deum per preuaricationem legis molitus est, per penitentiam muudatur, prima nanque iustificatio per solam fidem sine aliquo præcedenti opere efficitur, Paruuli enim in peccatis concepti a macula originali baptismatis nuda abluti, iustificantur, qui nihil boni iam patrarant, at cum adultus suscepto baptismate in peccatorum foueam demergitur totis uiribus niti debet, ut fides eius, licet ex peccato infirma quemadmodum, adstruit Augustinus, fructus pariat bonorum operum, qui sunt opera legis, quoties itaque Paulum audies dicentem nudam fidem sine operibus legis hominem iustificare, primam hominis iustificationem eum nos edocere scias. dum uero opera sequentia fidem ad iustificationem necessaria clamitat Paulus, de secunda differit iustificatione, capis ne mi Dydime? Hebr. c. 6. De verbis apostoli Ser. 10.

NOTVLA.

Legito Lucę cap. 17. Domine adauge nobis fidem ad ephe. 5. esurge qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Christus, Iacob. cap. 1. qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis non adiutor obliuiosus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. In actis capit. 10. Petrus iuquit. in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiā, hoc est opera iusta, acceptus est illi, Augustinus de uita Christiana c. 13. ad sixtum epistola. 105. & de fide & operib. c. 13. 14. & 15.

*CONTRADICTIO. III.*

Gentesque leges non habent naturaliter eaque legis sunt faciunt.

QVæ iam enucleaueras rite cepi pater Phylotheæ uerum ex dictis Pauli noua mihi se offert contradictio. quæ mirum immodū meum obnubilat animum. DYDI.

Cap. 2.
PHIL. Quæ nam?dic sodes,age exprome dubiū,nesileas quæso, inquit Paulus ad Ro. gentes quæ legē non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciūt,& tamen ad cor.ait,nō quod idonei simus cogitare ali-
2. Cap. 3.
quid ex nobis,quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex Deo est,en perspicuam contradictionem hinc enim gentes naturali dictamine opera legis efficere adstruit Inde vero quempiam nec aliquid boni absq; diuine gratiæ munere cogitare posse clamitat.

## SOLVTIO.

De spiritu & litera. capi. 27. & 28
PHIL. Non ab re Didymus diceris,nēpe sapiētiæ medullas dubitando exauris scias velim quātum ex August. interpretatione textus Pauli nobis elucescit dū Apostolus dixit generis quæ legē non habēt naturaliter ea quæ legis sunt faciunt nō utique intelligit de gentibus in perfidia gentilitatis permanentibus sed de illis qui prius gentes fuerant & ad Christum conuersi fidei donum acceperant & verborū intellectus talis est gentiles qui tempestate ista ad Christum venerunt naturali lege adiuncta fide seu naturali dictamine rationis illustrato fide, operantur opera bona qualia lex præcipit & tamen non habent adhuc legem scriptam,quin lex Euangelica nōdum promulgata erat, Idcirco subdit eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex (per fidem scilicet ) Nolim itaque perpendas mi Didyme paulum asserere quem piam naturaliter absque fide legem seruare posse,aut opera bona efficere, qualia lex ipsa præcipit , nempe post latam legē Christus
Io. c. 15. de verbis ap. Ser. 13.
dixit Sine me nihil potestis facere,hoc est,nec parum boni. Teste August.& rationem apponens ait,ego sum vitis vera & vos palmites, sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in vite,sic nec vos nisi in me manseritis.

De spiritu & litera capi. 27. & 28
DY. Rem acu tetigisti Philotheæ Nihilominus Augustinus ibi bifariam testum illum,nodauit, & de gentibus ad Christum cōuersis etiā de gentibus in fidelitate gentium perdurantibus,uolens ipso Augustinus Paulum ibi Iudæos ad Christum conuersos arguere eo quod in nonnullis gentibus peteriores effecti erant nam gentes non habentes legem.Moysis scriptam multa bona opera conformia legi operabant, ipsi vero Iudæi nullatenus legem seruare volebant. Si testum hoc sonu intelligimus, perspicua est profecto contrradictio in verbis Pauli vnde ergo venabimur consilium.

PHIL. Vereor mi Didyme,qđ tibi satisfaciā mihi aūt nunq̄ verū pro captu meo dicā sedulo,ex sacris literis duas venamur grās pueniē
Psalm. 58.
tē.f.& subsequentē ait,n.Dauid ps.Deus meus misericordia eius pueniat

niat me ulterius, & misericordia tua subsequat me oibus diebus uitæ meæ, cuius uoces amitatis Augustinus inquit gratia præuenit ut pie uiuamus subsequitur ut cum ipso semper uiuamus, gratia præneniēs bipartitur adhuc, est enim gratia præueniens generalis quæ a doctoribus scolasticis gratia gratis data nuncupatur, alia autem cōis influentia, Augustinus autem lib. de præd. Sanctornm appellat eam uocationem generalem qua Deus omnes uocat uocatione externa, per amicos, per prædicatores, per sanitatem, infirmitatem, diuitias paupertatem, aduersitates, & prosperitates. Paulus autē actum generalem Diuinæ Voluntatis quo omnes uult saluos fieri nominat dicens, Ad Thimot. Deus uult omnes homines saluos fieri, hæc quidē gratia cōis est omnibus, bonis & malis electis & reprobis sicut Sol & pluuia, solem, nunquam suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Idcirco dicitur, Multi sunt uocati pauci uero electi Altera uero est gratia prȩueniens spetialis quā Deus ipse electos duntaxat uocans (ut ait Augustinus) eis impartitur, & talis gratia multis nominibus in sacris codicibus nominari consueuit, aliquando enim uocatio interior, de qua Paulus quos prędestinauit hos & uocauit, quos uocauit hos & iustificauit, quos iustificauit hos & glorificauit nonnunquam illuminatio p̄s. illumina oculos meos ne unquā obdormiam in morte, & etiam porrectio fidei. Esay. enim dicit surge Illuminare Ierusalem, quia uenit lumen tuum cui adstipulatus Paulus blandis uocibus clamitat Snrge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Sæpius etiam dicitur auxilium Dei speciale Psal. adiutor meus esto ne derelinquas me, rursus Deus in adiutorium meum intēde Dn̄e ad adiuuandum me festina, nec non adiuua nos Deus salutaris noster. Alias tractus nuncupatur Io. 6. nemo pōt uenire ead me nisi pr̄ meus qui misit me traxerit illū. Vbi Aug. ait Deus trahit hoīem ad se non cogendo sed inspirando, qn̄q; autem Versio, prouerbiorum c. 21. Cor. Regis in manu Dn̄i, quocunque uolueit uertet illud Demū compulsio in Euangelio inscribitur. Exi in uias & sæpes, & quoscunq; inueneris cōpelle eos intrare. Extat tertia gratia q̄ est charitas, & hæc subsequens dr̄, quia multotiens hoīs bona opera subsequitur, licet ex operibus non detur ut aperit Paulus ad Ro. Dicens si gratia esset ex operibus gratia non esset gratia. Hæc eadem gratum faciens nuncupatur, quoniā opera nostra ipsa sola Deo grata reddat, & nos præmio Vite dignos efficiat: Testante Apostolo Gratia Dei uita Aeterna.

De natu. & gratia c. 32

San. Th. & S. bon. in 2 distin. 28. Sco. in 1. distin. 17. in 4 dist. 14. q. 2 1. cap. 2.

Matth. 5. Math. c. 20

De prædest. cap. 5. & 16.

Rom. c. 8. Psalm. 12.

Cap. 60. Eph. 5. 16. 69. Psalm. 28. De verbi apostoli. capit. 13. 16.

Luc. 13.

Capit. 11.

Rom. 6.

Generali gratia quæ neminem excludit mediante unusquisq; opera legis efficeret imperfecte tn̄ Secunda concurrente, quæ gratia præueniens spālis denominat̄ quilibet opera legis p̄fecta operati poterit.

At opera meritoria,& præmio vitæ æternæ digna,nemo nunquam efficietn isi ex viua charitatis radice, quæ est gratia gratum faciens, ut exposuit Paulus 1.ad Cor. cap.13. Si habuero tantam fidẽ ita vt mõtes transferam charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Ex hac itaque dilucidatione capias mi Didyme dictorum Pauli sanũ concilium. Dum enim asserit gentes naturaliter absque fide,opera bona efficere similia. Illis quæ lex seruanda præcepit imperfectæ quidẽ eos operari intelligit,cum vero adstruit neminem absque fide aliquid boni agere posse,nec etiam cogitare,perfecte dices, ut sint illa opera perfecte dispositiones ad gratiã gratum facientẽ sine fide,nec nõ cum dicat opera eius nihil sibi prodesse sine charitate, meritorie affat ipse.

## N O T V L A.

Vide Augustinum de prædestinatione sanctorum cap.16.de natura & gratia cap.32.insolutionibus q.Hylari q.1. lib.1.ad simplicianũ q.2. lib.3.Hypponosti contra Manichæos. Et speculare contra Pelagianos sacros canones 24.q.3.c.quidã aũt hęretici Paraph.Pelagiani.

## EX III. CAP. CONTRADICTIO. I.

Causati enim sumus Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse.

D Y D.
Rom. 3.
Rom. 3.



AVSIS & rationibus comprobasse ait Paulus omnes & mares & femellas Iudæos, & Gentiles propagatione naturali sub peccato esse, quod præsins de promens inquit, omnes peccauerunt, & gentes gloria Dei, & rursus, per vnum hominem intrauit peccatum in mundum & per peccatum mors. In quo omnes peccauerunt, uerum ecclesiastic cus oppositum sentire uidetur inquiẽs, solum modo hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus. Homo itaq; non est sub peccato exui naturæ, sed ꝓpria uolũtate.

Rom. 5.
Cap. 7.
Rom. 5.
Lib. de cõr. & gfa c.11
Ench. ca.6.
de ecclesiacis. dogmati. cap. 46.
Ypon contra Manichæos.

## S O L V T I O.

PHIL. Leuem hanc scripturæ controuersiam Tollit Augustinus pluribus in locis, adstruens, Ecclesiasticum loqui de prothoplaustro nostro Adam. Ipse namque rectus est plasmatus, in iustitia originali, nec membrorum legem quæ spiritus legi assiduè aduersatur in nobis ipse sentiebat, quin volens stare, & in peccatum non delabi stare quibat, Dei etiam præceptis obtemperare poterat absque nouo diuinæ

gratiæ

gratiæ iuuamine, at cum ille in peccatum de lapsus est, Iustitiam illā originalem ex toto perdidit ob id nempe omnes ab eo per seminariā propagationem descendentes in peccato nascimur, ut ipsemet Paulus aperiendo declarat, eramus, & non natura filij iræ.

DY. Non nulli me Hercle ambigūt, quoniam scriptum est, filius nonportabit iniquitatem patris neque pater iniquitatem filij, cum omnes nos filij Adæ sumus, quo namq; iure iniquitatē eius portamus. Eph. c.2. Exod.c.16.

PHIL. Perpendas velim mi Dydime quot hæc duo ualdę sese certam, portare iniquitatē parentis, & peccare in parentem. Paulus enim ait, omnes nos peccasse in parēte Adam. Nec nunquam essereret nos iniquitatē Adæ portasse nempe dicit, unusquisque onus suum portabit, Dum enim Adam donum gratuitum originalis iustitiæ. Deo largiēte accepit, pro se, & tota Posteritate illud acceptauit, paripassu dū deliquit Iustitiam illam originalem ammisit, & nos Deo obnoxios, ut talis iustitiæ dona ostendamus, expacto, effecit peccatum igitur originale nostrum est, ualet carentia iustitiæ originalis ex transgressione primorum parentum, & decreto diuino. Rom. c.15. Gal. cap.6. Ansel lib. de cōceptu virginali.

DY. Extant ne aliqua scripturæ dictata ex quibus apostolicam hanc ueritatem seruare ualeamus?

PHIL. Extant æquidem, genesis ait Moyses, masculus cuius caro preputij nō fuerit circumcisa peribit anima eius de populo suo, quorsum enim anima est circūcisio nisi ad tollendam noxam originalem? Iob itidem dicit, quis potest facere mundū de immundo conceptū semine? Quilibet ergo ex immundo concipitur semine, si per seminariā propagationem ad lucem procedat sui ortus, his Dauid adstipulatur, conquæstus ait, ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea, quod totum Rabbi Scialomai, cuius nomen pacificus æque interpratatur. Imber escit rabba, quæ est libri genesees comentario magno explosit, sicut luce lucentius Hæbraicas literas callenti elucescit. Cap. 17. Cap. 14. Psalm. 50.

## N O T V L A.

Vide Augustinum, adstruentem libro, de fide ad Petrum cap. 26. & libro Enchyr. cap. 25. firmissime tene & nullatenus dubites, omnē hominem qui per concubitum uiri, & mulieris concipitur, in peccato nasci originali impietati subditum mortique subiectum, legito Augustinum libro primo. Hipponosticon, & quinto contra Manichæos, & cælestinianos Paulum speculare, ad Galathas cap. 5. Si circuncidimini, nihil uobis prodest Christus.

## CONTRADICTIO. II.

### Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

DYDI. Rom. 3. Opera legis neminem iustificare autumauit Paulus dum dixit, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, verum enim uero, circuncisi,& sacrificia iustificabant.fertur enim gen.cap.17.Masculus cuius caro preputii non fuerit circuncisa peribit anima eius de populo suo,quod interpretari intendens,Augustinus inquit, ex quo instituta est circuncisio ad purgationem huius peccati ueteris, ualebat magnis & paruis,sicut baptismus valere cepit ex quo institutus est pariformiter sacrificia ipsa gratiam conferebant ad pellenda peccata.Nam leui.cap.4.præcepit Deus per Mosen, quod si princeps ciuitatis p ignorantiam peccaret offerat sacerdoti hyrcum sacerdote autem sacrificante,& orante pro eo,omnis deletur macula ab eius anima, istuc ipsum si quispiam de populo peccatum patrasset efficiendum iubet, oblata enim pro eo capra peccatum eius remittitur quamquidem legem declarans diuus Gregorius ait. Quod apud nos ualet aqua baptismi,hoc egit apud ueteres, vel pro paruulis sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificii, ergo Paulus legem destruit per fidem, cuius oppositum clamauit dicens, legem ergo destruimus per fidem. absit, sed legem statuimus.

lib.1.nupi. de con.& cup.

4.lib. Mor.

## SOLVTIO.

Rom.3. De spiritu. & litera c.8 lib. exposi. tionis quorundam p positionum Pauli.

PHIL. Belle Dubitas bone Dydime, nihilominus quantum ex Augustino dicendum colligi sacrificia legis, bifariam intelligere quimus, vt sacrificia sunt sine fide,& hoc pacto non purgabant animam a peccatis per gratiam iustificantem,sed expurgabant carnem ex quadam irregularitate,quam ipsa contrahebat, ex contractu morticinii. Et ab aliis illicitis in lege,hoc notauit Apostolus ad Hebræos, dicens. Si enim sanguis hyrcorum,& taurorum,& cinis vitulæ aspersus.Coinquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti.alio namque modo nos sacrificia rimari solemus ut operata sunt in fide,messis venturi a patribus nostris,& sic concomitate fide ipsa iustificabant, peripassu de ciruncisione sentiendum esse dicimus quoties itaque Paulus dicit opera legis non iustificare, intelligit in tempore legis Euangelicæ, sine fide etiam non iustificabant sub lege.

Cap.9.

Cap.4.

DY. Quid ad Paulum respondere poterimus. qui ad Romanos, de

de Abraham loquens ait,& signum accepit circumcisionis signaculũ, iustitiæ fidei,quæ est in preputio. Hoc est Abraham prius iustificatus est per fidem,& postea circuncisus est. fuit enim iustificatus Gen. vt patet credidit Abrabam Deo,& reputatum est illi ad iustitiam, circũcisit seipsum & Imaelem filium cultro petrino,& tunc Abraæ circuncisio fuit signum iustificationis,non quod ista iustificasset. Gen. c.15.

PHIL. Vna yrundo non facit Ver. Nec unus dies reddit hominem fortunatum,verum esse fateor mi Dydime,vt Abraham iustificatus sit in preputio,hoc est,antequam fuerit circuncisus. In cæteris uero præualebat uniuersalis,vt nullus masculini sexus iustificaretur absque circuncisione,ait nempæ Paulus,circũcisio quidem prodest si legem obserues,Iudeos quidem alloquitur pro tempore legis.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro de spiritu,& litera c.8.& lib.2. de nuptiis, & concupiscentiis,& libro expositionis quarũdã propositionũ Pauli. Rom.c.2.

## *CONTRADICTIO. III.*

Arbitramur hominem iustificari per fidem,sine operib.legis.

HEm pater Philotheæ quo me vertam nescio. Iurgia ex uno eodẽque spiritu ex oriri cerno.Paulus enim clamitat.Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operib. legis,At Iacobus ex aduerso esonanti tuba christicolas expergefaciens ait uidetis, quoniã ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. DYD I. Rom.3. Cap.6.

## S O L V T I O.

PHIL. Adeo me rapiunt tue dubitatiuncule suauissime Dydime,Ingenio tamen polles,& doctrina non uulgari explendescis,nula quidem in Apostolorum dictis latet controuersia, Paulus.n.loquitur de operibus præcedentib. fidem,& Iacobus de operib. sequentib. Idcirco vno eodemque spiritu ambo uera dæprompsere.

DY. Tuam dilucidationem non capio,edissere si libet.

PHIL. Aug.nempæ inquit, ea fide hominem iustificari quæ per dilectionem opetatur seu operari parata est,Eo quod opera facta ante fidem inania sunt,& si fides non producat fructus bonorum operum,fides sit mortua uel parata si produceret,Exẽpli causa. Ethnicus quis- De fide & operibus c. 14 ad fixtũ Epi.115. in prol.Psal.31

quispiam venit ad baptisma hodie & tali lauacro expurgatus recipit fidem, Antea enim nonnulla effecerat opera quę apud homines bona nuncupari solent, illa ęquidem cum nō iustificarunt, quia nullius fuerunt valoris apud Deum, ait Paulus sine fide impossibile, est placere
Heb. 11.
Deo. At fides quam recepit ipse in baptismate debet producere opera bona sicut arbor bona bonos fructus geminare solet unde. Tali pacto quod si opera bona fides illa non pariat, non est vendicatur, fides iustificans ob id Paulus dicit, hoīes iustificari sine operibus per loquelam fidem, quia opera quæ aliquis effecit absque fide nihil valent, Iacobus autem nostris auribus intonat opera iustificare hominem tanquam fructus fidei: quoniam si fides quam homo recipit non producat fructus bonorum operum, fides nuncupatur mortua.
Math. 7.

## N O T V L A.

Vide Augustinum, de fide, & operibus. capit. 14. ad sixtum Romanum epist. 1. Psal. 5. in prolog. Psal. 31. in libro sermonū. 61. & Psā. 67.

### *EX IIII. CAP. CONTRADICTIO I.*

Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam, sed non apud Deum.

DYD I. Roma. c. 4. Cap. 2.



BRAHAM sola fide iustificatum, idest iustum reputatum apud Deum, absq; operibus ponit Paulus cum dicit si enim Abraham ex operib. legis iustificatus est habet gloriam, sed nō apud Deum, at Iacobus oppositum præferens inquit abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est? Ac si dicat immo ex operibus.

## S O L V T I O.

PHIL. Paulus & Iacob. licet diuersa proferāt dictata, pari tñ currunt cursu, Paulus fidelis robur uobis pate facere intendens ait tanti est fides, quod ea iustificatus est Abraham nullis pręcedentibus operibus Iacobus autem tanti est fides, quia iustificasur homo quod facit ipsum per dilectionem si operat. itaque si non operatur non meret au
Cap. 2. tem fidei iustificantis nomē sortiri Paulus itaque intelligit Abraham iustificatum fuisse per fidem sine operibus præcedentibus, Iacobus aūt Abraham iustificatum adstruit per opera sequentia fidem, quod
De fide & quidem firmauit Paulus ipse, ad Romanos, dicens, non enim audito-
operibus. res legis iusti sunt apud Deū, sed factores legis iustificabuntur? Nam
cap. 14.

vt

vt Augustinus aperit fides qua homo iustificatur, vel actu p dilectionem operatur, vel saltem parata est semper operari.

## N O T V L A.

Legito August. de fide, & operibus cap. 14. & Psal. 31. ex prologo & speculare Iacobi cap. secundum, nã nos talem in peccatoris iustificatione statuimus ordinem. Quoniam Christus mortuus est pro nobis, merito passionis eius stante. Dum puer ducitur ad baptisma recipit gratiam, & fidem hoc notat Paulus ad Hebræos cap. 6. fides illa facit eum operari opera Deo grata Iacobi. ca. 2. videris quoniam fides cooperabatur operibus illius, cum autem peccata mortalia ille patrauerit, ammisit gratiam, & fide eius infirmata est. ait August. de verbis Aposto. ser. 13. & 16. volens autem ille perditam reparare gratiam, conari debet vt fides illa sic debilis, & infirma fructus pariat bonorum operum, quæ lex ipsa seruanda præcipit, & illis fructibus disponitur ad gratiam illam quam prius peccando ammiserat recuperãdam; Iacobi cap. 2. vides quoniam ex operibus fides consumata est. Hinc pendet hęc veritas quod semper nostra iustificatio sit ex fide sequentib. operibus ex basi passionis Iesu Christi. Rom. 5. Eph. 5. 1. ad Tim. cap. 2. Ad Ti. c. 2. Ad Phil. capit. 2. 1. Petri. 1.

## *C O N T R A D I C T I O. II.*

### Vbi enim lex est nec præuaricatio.

AIt Paulus, quot si lex non esset nulla esset hominis præuaricatio nihilo sectius ipse idem dicit per unum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, quod quid, firmat ad corinthios dicens, stimulus autem mortis peccatum est, quondam non erat, cuius rei seriem deprompsit Dauid inquiens præuaricantes reputaui omnes peccatores terrę. DYD. 3. Rom. 1. Rom. 5. Gen. 3. 1. capit. 15. Psal. 18.

## S O L V T I O.

PHIL. Hanc utique controuersiam tolllit Augu. qui triplicem legem adamussim declarat, naturæ quam Mattheus Euangelista describit, quæcunque vultis faciant uobis homines & vos facite illis, atque quod tibi non uis fieri alteri ne feceris, & hæc in cuiusque hominis ratione naturaliter est conscripta. Estque lex Moysis, cui euangelica inseritur norma, uelut oliua oleastro. & nouũ veteri testamento, & has tres leges Paulus ipse uno cõstringit dictato cum inquit, vbi enim nõ est lex nec præuaricatio ante enim legem Moysis fuit lex illa naturæ quam peccando prothoplaustus noster præuaricatus est. Naturalis Psal. 39. capit. 70. Rom. 11. Gal. cap. 4.

enim

enim lex ei indicabat Deo peacipient obediendum, vbi itaque nulla lex ibi nulla esse, quibit hominis præuaricatio.

L. 83. q.q. 66. Rom.c.5. Vel dicam cum Augustino, vbi non est lex scripta nulla est præuaricatio, sed bene aliquod esse potest peccatum ait enim Paulus, vsque ad legem enim peccatum erat in mundo.

## NOTVLA.

Legito August. Psal. 57. & Psal. 89. & rimare decreta distinc. 1. cap. humanum. vide Augustinum, de gratia, & libero Arbitrio ad Valentinum. cap. 10. & lib. 83. q. q. 66.

## *EX V. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Peccatum non imputabatur cum lex non esset.

Rom. 5. Gen. c 3. Rom. c. 5. Gen. 4. Gen. c. 19. Gen. 38. QVIS enim (nisi decipiat) negare audeat Paulum Moysi contradicere, dum dicit peccatum non imputatum ante legem? Nempe inobedientia Adę non fuit inulta quod ipse fatetur, dicens per inobedientiam vnius peccatoris constituti sunt multi, Homicidium Chaym pęna vindicatum est, norme scelus sodomæ imputatum, & aere impunitum legimus turpis etiam mollicies Her, & onam. filiorum patriarche in pęna morti multata est verum lex Moysis tunc lata non erat.

## SOLVTIO.

Ii. qonum vet. & nouitteſt q. 4. PHIL. Peccatum imputari altero duorum modorum nos asserimus & a Deo, & ab hominibus. tunc quidem a Deo imputatur cum peccator iuxta mensuram delicti debitas luit pęnas, tunc vero ab hominibus quando ab eis dignum supplicio iudicatur. Auh. nempe de imputatione ab hominib. huiusmodi dictatum Pauli interpretatur, ac si dicat Apostolus antequam lex esset peccatores non cognoscebāt peccata esse digna tanta pœna, lex autem pœnam, & mensuram eius aperiendo taxauit.

DY. Sed Augustinus dicit, quod nonnulli iusti sola lege naturæ illustrati ante legem Moysis. sciens Deum vindicem timebant peccare, ergo antequam lex esset multi cognoscebāt peccata esse digna pęna & a Deo sepius peccatores flagellis contundi quibus facile exemplo esse poterat vniuersale diluuium.

Gen. cap. 7. PHIL. Vera sunt quæ narras solertissime Didi. verum enim uero

adeo

adeo ex longo temporum decursu delictorum inguies in peccatibus legis naturæ lumen obtexerat, quod impune penitus se peccare arbitrabantur, quam obrem legem eis præbere opus fuit vt eius lumine peccata cernentes, ea condigna pœna multanda scirent quod quidem Dauid deprompsit dicens mandatis tuis intellexi propterea odiui omnem viam iniquitatis, cui adstipulatus Paulus inquit per legem enim cognitio peccati. Psal.113. Rom.3.

## NOTVLA.

Vide Augustinum, lib. quæstionum veteris, & noui testamenti asserentem. danda ergo lex erat, vt ea quæ sciebantur auctoritatem haberent. Et quæ latere acceperant manifestarentur, nam iuuenibus ante Moysen nō solum non latuisse, sed etiam vindicata esse peccata.

## CONTRADICTIO. II.

Ex autem subintrauit vt abundaret delictum. Rom.5.

VT augerēt peccatū legē latā fuisse hominib. ait Paulus, Deus itaque auctor mali, & causa peccādi iure cēsendus foret cuius oppositū clamitat Iacob. inquiens, Deus.n. intētator malorū est vnus quisque enim teneatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus quod enucleare intendens Augustinus, dicit Deus non est auctor mali, sed quodcunque bonum in nobis operatur. Cap.1. Li.83. q.q. 21.

## SOLVTIO.

PHIL. Dubium hoc tuum eneruat Augustin. qui textum Pauli sic interpretatur. Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum, hoc est, vt superbus peccator præuaricando legem cognoscat delictum suum, & humiliatus amore & terrore a Deo auxilium petat non itaque dedit legem Deus, vt homo magis peccaret: sed vt abundaret in cognitione eius delictum, ex præuaricatione legis cernens se peccare, & clementiæ fontem audiens cum Dauid dicat adiutor meus esto ne derelinquas me: habes ne? Epi.157. ad potatum. Psal.36.

DY. Habeo hercle, nihilominus Paulus ipse ad cor. blandis vocibus insonat legem fore peccati robur, & virtutem adauctiuam delicti inquiens. Virtus vero peccati lex. 1.Cap.15.

PHIL. Hui ridiculū: cum Aug. laudas bone dididime: qui sepius dicit legem adaugere peccatum occasionaliter non causaliter, dum enim currēti flumini ingens opponit moles tumescit a qua paripassu Li.83. q.q. 66.

quidem

quidem dum humano arbitrio suapte natura ad malum currenti si-
ne fide lex ipsa seruanda proponitur ex priuatione augescit concupi-
scentia, & grauius labescit peccator sed non est ille finis legis. Nam fi
Rom.10. Cap.7. nis legis Christus hoc nempe deprompsit Apostolus ad Romanos di
cens, occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum
est in me omnem concupiscentiam.

## NOTVLA.

Legito Augustinum libro de vera innocentia cap 43. super Ioan-
nem tractatu tertio de ciuitate Dei lib. 13. cap. 5. & libro 83. quæstio
num quæstione 66. simul atque in libro quæstionum veteris, & noui
testamenti quæstione 4.

## *CONTRADICTIO. III.*

Vbi abundauit delictum superabundauit, & gratia.

Rom.3. CONqueritur Paulus quosdam pseudo apostolos veris apostolis
impingere. quod ipse multa efficienda scelera suadeat, vt inde
ueniant bona dicens: dicunt quidam nos dicere faciamus mala, ut in-
de eueniant bona, quorum dânatio iuxta est nihilo sectius hoc ipsum
Rom.5. quod blasfemiam reputat iamiam adstruere ostendit, dum dicit vbi
abundauit delictum super abûdauit, & gratia, ac si dicat quanto ma-
gis quispiam peccauerit tanto maiorem recipiet gratiam, quid sen-
tis pater Philotheæ?

## SOLVTIO.

Exo.3. PHIL. inficiare mi didyme verbis Pauli quod tu arbitraris distat
a scopo paradihma nempe scribit Apostolus hoc ex exemplum facti
dicens, qui erant sub lege absque fide abundantius peccabant, & eo-
rum delicta ex legis trangressione assidue increbrescebant quod ipsi
cernentes humiliati sunt confugientes ad Dei misericordissimam pie
tatem, & in his inquit August. quantum abundauit delictum tanto su
perabundauit & gratia. Ob id non sequitur quid nos libêtius vitijs va
care debemus, vt maiorem recipiamus gratiam, qui potius sicuti illi
elongantes se a gratia ex peccatorum ingluuie postea humiliati vbe-
riora receperunt charissimatum dona, & nos assidue curramus ad
Christum ab eo speciale petentes auxilium.

NO-

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro de fide & operibus cap. 14. dicētem, quia legem accipientes homines diuinum adiutorium spernebant suis uiribus superbissime confidentes grauioribus delictis lege præuaricata onerati sunt, ac sic magno reatu compellentes confugerunt ad fidem celeriter diuinum implorantes auxilium, scrutare scripturas. Nam dauid hoc expressit dicens. Multiplicate sunt infirmitates eorū postea accelerauerunt. legito Paulum ad Romano. clamantem in principio quod ergo dicemus? manebimus in peccato vt gratia abundet. absit. De fide ope ribus. c. 14. Psal. 15. Ad Rom. 6.

## *CONTRADICTIO. IIII.*

Sientes autem quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem.

PAulus hic docet patientiam generare purgationem (vt luce clarius intuemur) cuius oppositum ponit Iacobus dicens probatio fidei vestræ patientiam operatur. DYDI. Roman. 5. Cap. 1.

## S O L V T I O.

PHIL. Nulla est in eorū verbis contradictio profecto. Nam equi uoce hoc nomine ꝓbationis Paulus & Iacobus vsi sunt Paulus enim per probationem intellexit purgationem, ac si dixisset per patiētiam fidelem a peccatis expurgari quod quidem non ex animi sui sententia duntaxat sed Christi deprompsit ait enim in patientia uestra possidebitis animas vestras. Iacobus autem per probationem fidei ipsius fidei exercitium & experientiam intellexit, & est ut dicat, si uos in fide exercitamini eritis patientes in tribulationib. quoniam fides exercitata generat patientiam velut martires omnes ex fide usque ad mortem in tribulationibus patientes fuere, quod etiam Paulus ipse concordi spiramine fidei, ut positis substinet. Luce. 21. Ephesi. 6.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro de gratia libero arbitrio ad Valentinum cap. 18. asserentem patientiam esse donum Dei: quia fructus fidei ob id cecinit Dauid Psal. 61. veruntamen Deo subiecta esto anima mea quoniam ab ipso patientia mea.

CON-

CONTRADICTIO V.

Christus mortuus est pro impijs.

DYD. Rom.cap.5 Psalm. 5. PAulus dicit Christum pro impijs crucis mortem subijsse, ac si impios dilexisset, veruntamen Dauid cantat Odisti omnes, qui operãtur iniquitatem.

SOLVTIO.

Ad Titũ.1. 1.Tim.c.1. PHIL. Pro peccatoribus Christũ mortis pęnã luisse, nemo est q̃ ignoret, ait Paulus. Dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab oĩ iniquitate, & rursus Christus Iesus uenit in hunc mundũ peccatores saluos facere, Quamobrem hominem considerare qui bis, bifariã quantum scilicet ad naturam, quæ est Dei imago, & sic omnes diligere Deum asserimus, & non magis eo modo diligit vnum quam alterũ ipse Deus. Nec non æqualiter diligit peccatores & innocentes. Alio modo quantũ. Ad peccatum & scælus ab eo patratum, quoquidẽ pacto ne vnq̃ peccatores amore prosequitur, sed graui odio dũ itaque Paulus Christũ pro impijs mortuũ scribit, vt s. impietatẽ destrueret, & naturã q̃ Deus ipse ad sui imaginẽ creauit redimeret, cũ vero Dauid Deũ odio prosequi peccatores clamitat, quantũ ad peccata intelligit.

NOTVLA.

Legito Aug. libro Homeliarum super Ioannem homelia 110. adducentem illud sapientiæ enim diligis Domine omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.

CONTRADICTIO VI.

Vt quid enim Christus pro impijs mortuus est.

DYD. Rom.cap.5 1. Capit.1. MOdo ait modo negat, Paulus, Si rite verba eius metiemur pater Philotheæ, adstruit hic nẽpe Christum mortuũ esse impijs, nec non ad Timothæum scribens inquit, Christus venit in hunc mundum

1.Thim.c.3 peccatores saluos facere, Nihilosecius alibi ait Christus dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus.

SOLVTIO.

PHIL. Illud idẽ censebis, mi Didyme, Christũ pro impijs, & pro

Eph.c.2. li. de fide ad Petrum capit.26. lib. oĩbus mortuum fuisse oẽs quidẽ natura impii sumus filij iræ mortiq; subiecti clamat Hercle Apostolus, eramus, & nos natura filij iræ, & Augustinus ei adstipulatus dixit firmissime tene, & nullatenus dubites

omnem

omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur. In peccato nasci originali, impietati subditum, mortique subiectum. Verum enimuero assiduæ in hoc ueritus sum sapientissime Philothee, quoniam Paulus idem dicit Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, quod notauerat. Mattheus dicens ore Christi, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, igitur non est passus pro omnibus ipse Christus. Ench. c. 13. Heb. 9. Cap. 26.

PHI. Scias Dydime Christum pro omnibus fuisse mortuum passio tamen eius non fuit pro omnib. a Deo patre acceptata sed pro electis tantum, qui passionem illam ad peccata exhaurienda per fidem acceptarunt quamobrem hominibus & non Christo impietas est impingenda, ipse enim pro omnibus mortuus est, eius tamen mors non omnibus profuit, quoniam non omnes eam per fidem acceptare uoluere. August. libro de natura & gratia, Deus deserit tantum dignos deserit, & peccatores Deus trahit ad se inspirando eos, qui inspirari nolunt, dum itaque Paulus Christum pro omnib. mortis iaculis uulneratum scribit hoc est quia ad saluandos omnes ex pietate uenit, eum uero non pro omnibus sed pro multis duntaxat Christum mortem acceptarunt diuinæ acquiescentes inspirationi. Cap. 13. Psal. 6.

## N O T V L A.

Vide Augustinum Psalmo 85. & Psalmus 118. libro quarto, de trinitate capitulo primo, libro decimotertio, de trinitate, capit. 16. Notate illud Pauli. Rom. capitulo octauo. Si Deus pro nobis quis contra nos, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, &c.

## *CONTRADICTIO. VIII.*

Per unum hominem in hūc mundum peccatum intrauit,
& per peccatum mors, Ita & in omnes homines mors,
pertransijt in quo omnes peccauerunt. Ad Rom. 5

DYDI. PAulus cum sapiente ecclesiastico, certanre uidetur ait enim ille a muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur at Paulus ab homine uenisse ad nos peccatum adstruit, in eo quod omnes nos mori affirmat. Eccl. 25. Rom. 5.

N. SO-

## SOLVTIO.

Gen.c.3.1. Tim.c.2. PHIL. Non me latere putes bone Dydime, Euam prius deliquisse, inquit Moyses, tulit de fructu, & comedit, deditque uiro suo, cui ad stipulatus Paulus dicit Adam non est, seductus, mulier autem seducta in preuaricatione fuit Eua nempe credidit serpentis dictis

1.Tim.c.2. lib.2.Hyp contra pel. Gen.c.19. Mar.c.10. Eph.c.5. Adam autem non, sed ne uxorem contristaret ipse comedit, ob id Paulus ipse mulierem subditam esse marito suo, eam nullatenus uiro dominari debere iure statuit. ab Eua ergo initium peccati, in ea que omnes nos deliquimus. Et si Paulus dicit ab Adam hoc rationabiter positum est. inquit August. propterea quod uir, & uxor una effecti sunt caro, ait equidem erunt duo in carne una.

## NOTVLA.

Vide August. libro primo, & secundo Hyppo. contra pelagianos, & cœlestianos.

## CONTRADICTIO. III.

Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constistituti sunt multi. 1. Ad Tim. vlt.

DYDI.

Rom.c.6 1.Tim.c.vl. PEccatum primi parentis inobedientiam fuisse hic adstruit, Paulus uerum alibi cupiditatem peccatum illud nominare uidetur, cum dicit Radix omnium malorum est cupiditas, cui tamen opponitur Ec

Gen.cap.2. & 3. clesiasticus, inquiens initium omnis peccati, superbia est. Non minus Moses hanc subingreditur controuersiam, gulam enim fuisse asseuerat ait namque Deum dixisse Adæ. de omni ligno paradisi comedes de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, mulier autem comedēs dedit uiro suo, & comedit, Igitur comedentes gulæ ardore ad baratrum delapsi sunt.

## SOLVTIO,

PHIL. Si August. credimus peccatum Adæ potest fundamentaliter considerari. Radialiter principatiue, & finaliter seu terminatiuę

Li. En.64. Au.& Am. 12. li.cōtra faustū li Ma nich.dif.de Paradiso. fundamantum namque peccati eius, inobedientia fuit. Nempæ omne peccatum inobedientia est ut declarant nam peccatum est dictum aut factum aut concupitum contra legem Dei, ut ipsum diffinit Augusti. Vel est transgressio legis, & cælestium inobedientia mandatorum, quemadmodum descripsit illud Ambrosius, radix uero auaritia, quæ orta est in terra illa salsuginis, in obedientiæ, principium uero fuit super-

perbia, quæ germinauit ex ueuenosa auaritiæ radice, terminus autem fuit gula, hoc namque pacto Adæ crimen fuit fundatum in inobedientia, radicatum in auaritia, principiatum & exercitum in superbia, completum uero finaliter in gula, ob id dum quilibet ex Adam propagatus seminaria nascitur, secum defert originalem maculam, & membrorum tirannum seu legem, vt Paulo placet, quæ est inclinatio ad omnes illicebras quod peccatum per baptisma deletur compresso fomite merito passionis Iesu Christi qui est basis & fundamentum omnis boni. Rom.cap.7 1.Cor. c.3.

## N O T V L A.

Legito August. libro primo super Genesim. contra faustum, libro primo, & quinto hipponosticon contra Pelagianos, & celestinianos.

## *EX VI. CAP. CONTRADIC. VNICA.*

Exibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes. 2. Ad Cor. 3



Aulus clamitat, ut quicunq. in Christo manere cupit exibeat se Deo, tanquam uiuens ex mortuis morte peccati, unde trahit uulgata illa suasio, s. præparare corda uestra domino, & tamen ipsemet Paulus ex aduerso dicit, non quod idonei simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est si.n. Deus ipse nostra præparat corda, cur pręcipit Apostolus, ut nos ea parare nitamur. 2.Cor.3.

## S O L V T I O.

PHIL. Ab Augustino equidem talem didicimus veritatem quod Deus hominem adiuuat inspirando, in eius tamen potestate est auxilium illud acceptare inspirationi acquiescendo, si enim homo diuinū acceptat auxilinm, facile nempe exhibet se Deo propriam uoluntatē disponendo, at si tale auxilium spernens, diuine nolit acquiescere inspirationi nulla tenus eius comparat, neque se deo exhibet dum itaque apostolus nos edocet neminem fore idoneum aliquid boni cogitare, nedum operari suapte natura sine Dei auxilio hoc est, quia labascit assidue peccator, si Deus ei suffragia neget cum uero nos præparare corda monet in causa est quoniam arbitrii nostri auxilium acceptandi, & diuine acquiescendi illuminationi facultate potimur, ac si aperte dicat acceptare auxilium Dei, & eius parere monitis, nec non diuine acquiescere inspirationi, quod prius explosit Dauid dicens illumina oculos meos ne umquam obdor De Eccles. dog.c.aii. Psal. 12. Psal.33.

Cap. 60. miā in morte. Et alio loco accedite ad eum, & illuminami ni & facie
vestrę non confundentur cui adstipulatus Esai. Blandis clamat uoci-
Eph. cap. 5. bus, surge illuminare Ierusalē quia uenit lumen tuum. Et in hac sapiē
tię armonia consentit eis Paulu sdicēs. Surge qui dormis & exurge a
Cap. 4. mortuis, & illuminabit te Christus. Simul atque Iacobus Appropin
quate Deo & appropinquabit vobis.

D Y. Rem acu tetigisti Philotheæ. uerū mea augescit dubitatio,
Cap. 1. Ex inconcinna Sacræ scripturæ serie. Zaccarias ore Dei dicit. Conuer-
Psalm. 6. timini ad me & ego conuertar ad uos. At peccator clamat ore Dauid.
Cap. 2. Conuertere nos Deus salutaris noster. Similiter Ioel personam dei ge
rens tuba insonat conuertimini ad me in toto corde vestrō. Et tamen
Psal. 92. uoce Dauidis. Iterum vociferat homo Deus virtutum conuerte nos,
ostende faciem tuam & salui erimus.

L. 2. de baptismo paruulorū. c. 25. P H I L. Nulla recipiat admiratio bone Dydime, en dixi iam & cū
Augustino rursus detego, solus Deus hoī suffragatur, ne pceps ad ma
lum ruat, sic cōuertatur & viuat ipse tñ diuinum acceptans auxiliū seip
sum disponit, si. n. scripturæ Deum conuertere hoīem asserunt, hoc est
causæ, qm̄ sine Dei speciali auxilio, quod gratiam preuenientē appel
litant, quispiam conuerti nequit, cum vero peccatorē ad conuersionē
uocant, ostendunt, ꝙ ipse seipsum adepto auxilio conuertere potest.

## N O T V L A.

Vide Aug. de ecclesiasticis dogm. c. 21. dicentem initium salutis no
stræ Deo miserante habemus. Diuinæ aūt acquiescere in spirationi no
Zach. cap. 1. stræ potestatis est, lege Aug. lib. 2. de baptismo paruulorū, ad Marcelli
Ioe. cap. 2. num ca. 2. qui ait cum nobis iubet Deus dicendo conuertimini ad me
Psalm. 76. nosq; illi dicimus. Cōuerte nos Deus salutaris nr̄ quid aliud dicimus?
Psalm. 93. Nisi da qđ iubes &c. meditare Dauidis uersic. Psal. 6. Cōuertere Dn̄e,
& eripe aīam meam, quod intendens Aug. Enodare dicit Conuertere
Dn̄e. i. fac ut conuertar, de uerbis Apost. Ser. 15. sine uolūtate tua nō
erit in te iustitia tua, rursus qui fecit te sine te nō iustificabit te sine te.

## E X VII. C A P. C O N T R A D I C T I O. I.

Peccatum non cognoui, nisi per legem. Ad Rom. 6.

D Y D. QVID clamitat Paulus non nihil de miror, ait enim peccatū
non cognoui nisi per legem, perspicuum profecto extat de le
Exo. c. 20. ge scripta ratiocinati, unde psequens dictū suū inquit, concu
Rom. cap. 5. piscentiā nesciebam nisi lex diceret nō concupisces, & tñ

ante

ante lege Moysis peccatum innoluisse testatur Paulus dicens, usq; ad legem enim peccatum fuit in mūdo Chaym enim suum agnouit peccatum. Dum dixit maior est iniquitas mea, quā ut ueniam merear, Lamech etiam homicidium uiri & adolescentis fore peccatum nō ignorauit, sed dixit audire uocem meam uxoris Lamech, auscultate sermonem meum pro eo quod occidi uirum in uulnus meum, & adolescentulum in liuorē meū, septuplū ultimo dabitur de Chaym de Lamech uero septuagies septies, Et peccato diluuio. Abra. & Loth peccata sodomorum nouerunt Ioseph adhuc pulcher facie, & aspectu decorus furenti mulieri assentire peccatum esse autumauit. ob quod ait quomodo possunt hoc malum facere, & peccare in Domiuum meum? quambrem adstruit Aug. ante legem Moysis nonnullos patres nouisse peccata, & scientes Deum uindicem peccare extimuisse. Gen. cap. 4 Gen. ca. 19. Gen. c. 39. li. q. ueteris & noui testam. q. 4.

## S O L V T I O.

PHIL. Quidam enim emergentem hanc dubitatiunculam expauentes dixerunt, paulum loquutum fuisse in persona propria, ac si solus ipse per legem peccata nouisset, patres uero ante legem etiam illa norint. Sed non mediocriter aberrarunt bonæ Dydime Dauid namq; dicit, mandatis tuis intellexi' propterea odiui omnem uiam iniquitatis, & rursus lucerna pedibus meis uerbum tuū, & lumen semitis meis cuius uerbis innixus paulus ait per legē enim cognitio peccati & alio loco sine lege enim peccatum mortuū erat hoc est ignotum, interprete Aug. Ait enim peccatum non imputabatur cum lex non esset, idest ab hominibus enim non cognoscebatur. Psalm. 118. Rom. ca. 3. Rom. ca. 7. libro 92. q: quæst. lib. 6

DY. Quid ergo ad abolendā scripturæ controuersiā pr̄ phylotheę. Li. 83. q. 86

PHIL. Bifariam Augustinus hunc textum cudere consueuit, ait enim peccatum non cognoui nisi per legē ego peccator, eo quod paulus uicem gerat omnium peccatorum, nempæ nonnulli, quos scriptura iustos appellat peccatum ante legem nouerunt & inde peccare expauerunt, peccatores uero calcatius & libētius peccantēs peccata nō cognoscebāt Ideo dicit Apostolus ad Timothæum lex enim iusto nō est posita, nec non ad Galathas propter trāsgressionem posita est lex, ut scilicet cognoscentes peccata ex lege a peccatis abstinerent. 1. Cap. c. 3. Vbi supra.

Seu cum eo dicas peccatum non cognouit nisi per legem quia ante legem peccatum non imputabatur ab hominibus, ut tanta multandum pœna, licet quoquo modo scælus ipsi dinoscerent.

## N O T V L A.

Vide Aug. in libro quæstionum ueteris & noui testamenti q quarta li-

ta libro 83. q.q. 66. de spiritu & litera. ad Marcellinum capitulo 4.

## CONTRADICTIO II.

Non enim quod volo bonum hoc facio sed quod nolo malum hoc ago. Ad Rom. 7.

Rom. ca. 7. IN cetu delinquentium seipsum adscribens paulus ait. non enim qd volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago, ac si inuite ad peccata trahamur. vnde Manichæorum Hæresis exoritur, asserentium homines necessario peccare, & nullatenus peccata posse euitari. Verum ex opposito. Idem paulus clamitat, non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Igitur nulla necessitate ad uitia impellimur. En paulum sibi contraditorium pater Phylotheæ?

Aug. lib. cõtra manichæos & de verbis Ap. Ser. 111. Ro. cap. 6.

PHIL. Nondum in scyrpo queritas Didyme age Didymus es ob id assidue dubitando, hylarior efficeris perpendas quæso, nos humanũ arbitrium sic liberum confiteri ut nec ad vitia, nec ad uirtutes vlla impellamur necessitate, mediũ enim inter Manichæorum & iouinianorũ damnabiles hæreses Elegentes, verũ ad bonum diuino indigere auxilio arbitrium dicimus ad malũ autem suapte natura nullo impellente, nec adiuuante delabi Quo igitur fit, vt dum humana voluntas spiritus qui rationalis, nuncupatur dictamina sequitur, bonum uelit, & malum nolit. Dum vero, eadem voluntas carnis legi consentit malum velit, & bonum nolit. Huiusmodi hominis internum bellũ depromens Paulus ad Galat. ait caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. ad Romanos vero, sentio aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quod tamen duellum prius Christus ipse expresserat dicens. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ex his collige verborum pauli sanum intellectum, ait æquidem, non enim quod volo bonũ hoc facio, Sed quod nolo malũ hoc ago, idest voluntate mea sequente dictamina spiritus vellem bonum, & carnis lege suadente, illud non facio. Voluntate eadem nollem malum, nihilo secius suasu carnis malum operor, ob id concludit, igitur ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

Aug. de verbis. Apost. Ser. 192. Rom. ca. 7. Eph. cap. 4. Gal. cap. 5. August. 12. lib. Ge. c. 5 lib. de spiritu & anima c. 5. cap. 7. Matth. 26. Ro. cap. 7.

## NOTVLA.

Legito Augustinum, super Ioannem cap. 8. libro de medecina pœnitentiæ capitulo primo libro secundo de baptismo paruulorum cap. 11. libro de verbis apostolis, ser. 192. audi Paulũ ad Romanos cap. 7. Clamantem scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonũ.

CON-

## CONTRADICTIO. II.

Velle adiacet mihi perficere aũt bonum non inuenio. Rõ.8.

Natura sibi adiacet velle ait Paulus, nihilominus ex aduerso, ad Phi lippenses, nos instruit dicens. Deus est qui dat vnicuique velle, & perficere pro bona voluntate, consimiliter clamat Dauid. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Qui tamen dixit a Domino Gressus hominis dirigunt, & viam eius volet, vnde Augustinus a Domino præparatur voluntas hominis. D Y D. Rom.7. ca. Phil. c. II. Psalm.118. Psalm.36. lib. arb. ad valen.c.16.

## SOLVTIO.

PHIL. Huiusmodi verba Pauli hoc pacto interprætari assolet Aug. velle adiacet mihi, velle inquam indifferens ad bonũm velle; & malum natura enim vnusquisque volũtatem sortitur propriam, velle autem est voluntatis actus. Igitur vnusquisquisque a natura adeptus est proprium velle, quod vero illud velle sit bonũ hoc a Deo efficitur, qui adiuuãdo hominem inspirat ei fidem Conatus nempæ liberi arbitrij, & opera eius ante fidem a Deo, homini gratis inspiratam, Inania, sunt; Vt ipsemet Augustinus aperiendo declarat quamuis videant hoĩbus laudabilia, quo quidem fit, vt oẽs velle natura obtineamus nemo tamen bonum velle eliciat vllum nisi a Deo inuitatus inspirante fidẽ. Lib. 1. retract. c.9. li. soli, ca. 24. Psal. 31. de spũ & litera cap. 27.

DI. Bellæ loquitur Augustinus. Tu autem Phylotheæ ex animi tui sententia, quid ais Sensisse Dauid? dum dixit concupiuit animã mea desiderare iustificationes tuas?

PHIL. Dispeream mellite Didyme si uerbum uix unum in paradoxis Pauli depromere ex propria officina in Augustiniana minerua differendi normam mihi præstaret, Eya ut ibi morem geram dico, qđ bonum uelle bifariam conuicimus, bonum uelle debiliter, & bonum uelle efficaciter, bonum uelle debiliter unicuique nostrum præstat natura adiutã fide debili & infirma ex peccato. Ait enim Dauid concupiuit animã mea desiderare iustificationes tuas. Hoc uelle insufficiẽs omnium est peccatorum; dicentium æquidem beneuellem quod Deus daret mihi gratiam faciẽdi bona, & euitandi scelera. bonum uelle efficaciter absque Dei gratia nemo possidet. Inquit itaque Paulus natura ex fide infirma propter peccatum præstat mihi bonum uelle debiliter sed lege peccati præssus sine Dei spetiali auxilio, nec bonum uelle posse efficaciter, nec bonum perficere Deo non adiuuante ualeamus. Psal. 118. Psalm.117. Aug.lib.de natura & gratia c.51.

## NOTVLA.

Vide Aug. in lib. 1. retract. cap. 9. & lib. soliloqui cap. 24. legito eun

## NOTVLA.

Legito Auguſtin.de verbis Domini ſerm.60.Epiſtola ad Innocentium libro de eccleſiaſtico dogm. capit.26. libro Enchir. capit.13.& libro de peccatorum meritis,& remiſsione.cap.8. Meditare etiam dictum Pauli ad hanc faciens veritatem. ad Roman.cap 8. vos enim in carne non eſtis,ſed in ſpiritu ſi tamē ſpiritus Dei habitat in vobis,per charitatem ſubaudias ſpiritum Dei in homine habitare,legito etiam Aug.lib.83.quæſtio.quæſt.66. & rimare dictum Chriſti in quo præſtitum lucet exemplum Matth. cap.6. nemo poteſt duobus dominis ſeruire igitur . quam diu quiſpiam legi carnis legique peccati ſeruiet hic ſpiritus ac Dei legi parere nullatenus poterit.

## *CONTRADICTIO II.*

Quicunq;.n.ſpiritu Dei aguntur. Hi filij Dei ſunt. Ad Ro. 8.

DYDI. Roma.c.8. Cap.1. EOs Dei filios per adoptionem nominat Paulus quos ſpiritus ſanctus mouet vt ſint filij Dei verū Ioannes credentes in Chriſtum habere poteſtatem adſtruit vt ſeipſos libertate proprij arbitrij filios Dei efficiant.Dum dicit,quot quot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.

## SOLVTIO.

Ench·c.63. lib. de ve- bis. Apoſtoli c.1.13. PHIL. Si Auguſt.credimus nulla in huiuſmodi verbis latet contradictio. Ioānes nempe intellexit quod omnes illi qui Chriſtum per idem receperunt poteſtatem ſortiti ſunt a ſpiritu ſancto.ut fructificēt & fiant filij Dei per electionē. Et ei fideles ſunt qui quidē fideles non nati ſunt ex ſanguinibus ideſt expectatis,aut ex voluntate carnis incli nante ad malum vt ſunt reprobi,ſed ex Deo nati ſunt per electionem. Et eſt vt dicat,fideles electi à Deo recipiētes fidē a ſpiritu ſanto ſimul poteſt item acceperunt vt filij eſſent Dei.iſtuc ipſum Paulus aſſerere intendit dicens quicunque enim ſpiritu Dei aguntur præſtante eis fidem hi filij Dei ſunt.Ad quod profecto tale apponimus exemplum. ſi cuipiam quidem nobilis præſtaret mille aureos vt efficiatur inde diues.ille dedit ei poteſtatem ut fiat diues ille idētidem, mouit eum, vt eſſet diues,nec non ſeipſo poſtea negotiando , diuitijs ſuperabundat paripaſſu ſpiritus ſanctus fidem præſtitit electis,qui Dei filij effecti ſunt credentes fide, quæ per dilectionem operatur ipſe quæ eos egit induxit ipſe itidem facultatem eiſdem piȩ tribuit.

NO-

NOTVLA.

Vide Augustinum lib. Enchi. c. 63. libro de verbis Apostoli Ser. 13. Dicentem, agit spiritus vt agas non vt nihil agas.

## CONTRADICTIO. III.

Vanitati enim creatura subiecta est non volens. Ad Ro. 8.

Contra propriam voluntatem creaturam adeo subiectā esse uanitati ait Paulus ac si peccatū a se abicere non possit nihilo sectius alibi clamitat dicens peccatum non regnet in vestro mortali corpore si enim Deus subiecit creaturam vanitati etiam quod ipsa subici nolit cur ergo suadet Apostolus abiciendam a nobis vanitatem? DYDI. Rom c. 8. Rom. c. 6.

PHIL. Si Augustino credendum ducimus Apostolus ibi per vanitatem intelligit concupiscentiam ad malum. Et quæ quidem data est homini in pœnam peccati, & eandem concupiscentiam ipsemet Paulus nominat peccatum dum dicit peccatum non regnet in vestro mortali corpore, non utiq; præcipit Paulus ut concupiscentiam abijciamus, quia non suppetunt uires, pęna namque noxę mortalis est in nobis, idcirco nos concomitatur vsque ad cineres sed clamat concupiscentiæ non esse obediendum ob id enim ait peccatum non regnet in vestro mortali corpore, nec unquam dixisset peccatum non sit in uestro mortali corpore. Inquit enim Ioan. Si dixerimus, quia peccatū non habemus ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est quod interpretatus Augustinus inquit, quanquam in baptismate ab nominibus iustificemur peccatis remanet tamen lucta cum carne, de qua quidem Paulus ad Galathas. Caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem Huiusmodi etiam ad male operandum naturæ vitiatę inclinationem. Iacobus concupiscentiam vocat. Pau. autem legem peccati eandem nuncupare consueuit de qua ecclesiasti. Verba faciens ait cuncta sub cęlo subiacent uanitati. Dum itaque Paulus creaturam adeo subiectam esse uanitati inuitam docet, nō loquitur de actuali peccato quod vnusquisque voluntarie patrare solet quin potius de cōcupiscentia ad malum, quam creatura ex pęna peccati sortitur, dum vero clamitat peccatum non regnet in vestro mortali corpore neminem concupiscentiæ, Quæ est lex carnis parere debere iubet. De ciu. Dei li. 3. c. 6. In Euange. Io. c. 8. Prima c. 1. lib. de verbis Apost. Ser. 16. c. 5. Cap. 1. Cap. 3.

NOTVLA.

Vide Augustinum libro 4. de ciuitate Dei. 6. sup. Ioannem cap. 7. libro de uerbis Apostoli sermone 16. & scrutare quęrulas Pauli uoces

ces ad Rom.cap.7. dicentis sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuitatem me in lege peccati.

CONTRADICTIO III.

Scimus quoniam diligentib. Deum omnia cooperātur in bonum, ijs qui secundum propositum factii sun sancti. Ro.11

DYDI. Quotiens hanc Apostoli sententiam animo mente ve reuoluerim, toto corpore contremisco pater philothee, ait enim ijs qui secundum diuinæ voluntatis propositum electi sunt vt sint sancti habentes Dei charitatem, omnia cooperari in bonum, at si peccata eis nullatenus imputanda arbitretur ipse Paulus, cuius oppositum edocet nos dum dicit. Vide bonitatem,& seueritatem, Dei, seueritatem in eos qui ceciderunt bonitatem in te si permanseris in bonitate alioquin,& tu excideris. Et iure quidem uos instruit Paulus peccata hominibus imputari a Deo nempe iouiniana hæresis scelera nonimputanda teste Augustino, prædicauit.

Rom.c.11. Lib.contra Mā. de verbis Apost. Ser.41.

SOLVTIO.

L1. de cor. & gratia. Capit.7.9. Cap. lib.3. dist.cap.16. primo th. c.1. a&.c.9. Mat.9. Io. cap.2. Super epis. ad Rom.

PHI. Quantum ex Aug.colligimus, non hac de causa prædestinatis omnia cooperantur in bonum quia peccata commissa eis non imputētur ad penam, sed quoniam reuersuri in fine ad Christum in feruore charitatis resurgunt, Hoc namque pacto blasphemia & persecutio cooperata sunt Paulo in bonum, vsura publicani ac stuprum pharisee sororis lazari versa sunt in bonum, ardentiori nempe charitate ex tanta scelerum ingluuie prosiliere.

Soli.ca.28. Eze.ca.35. Psal.40.

DY. Non me latet profecto peccata etiam electis ad pœnam imputari secundum præsentem iustitiam ut ait ambrosius, verum enim uero terret me Augustini auctoritas, inquit enim quos tibi elegisti effundens super eos aquam mundam, quorum nomina numerumque tu nosti, qui solus numeras multitudinem stellarum, nunquam perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata, cum enim cadunt non colliduntur quia tu Domine supponis manum tuam, attamē mors peccatorum pessima illorum inquam, quos antequam faceres cęlum & terram, secundum abissum multam iudi- n tuorum occultorum, semper autem iustorum, præsciuisti ad tem eternam. Quorum dinumeratio nominum & meritorū pra- im apud te est quibus omnia cooperantur in malum etiam ipsa o vertitur in peccatum, ut si etiam ad cęlum ascenderit,& caput n nubes tetigerint,& inter sydera cęli collocauerint nidū suum, quasi

Psal.33.

quasi sterquilinium in fine perdentur, Heu flendus casus hominis pater Philotheæ. Igitur ab eterno electi sunt ad vitam nullatenus perire queunt, qui vero ad mortem præsciti mortem euadere nunquam poterunt. ad quid ergo tanta legum maiestas? quorsum consilia & prohibitiones cur bona operari quispiam enitatur?

PHI. Euge mi Didyme ne infitiaris quæso. Alibi et Aug. huiusmodi aggressus est palinodiã, de fide ad Petrũ sonãtib. buccis clamitat. Firmissime tene & nullatenus dubites, oẽs quos vasa misericordiæ gratuitã sua bonitate Deus fecit ante mundi constitutionẽ in adoptionẽ filiorum Dei prædestinatos esse, neque perire posse aliquem eorum quos Deus prædestinauit ad regnum cœlorum nec quemquam eorũ quos non prædestinauit vlla posse ratione saluari. Nihilominus nihil est in quo dubites, ipsemet August. semper Idẽ dicit secundum ergo istam prædestinationem & præscientiam quam multæ oues foris, quã multi lupi intus, hoc est, multi quos oues appellamus erunt foris nonnulli vero quos lupos censemus intus erunt nec nõ de ecclesiasticis dogmatibus blasphemat. August. omnes asserentes prædestinationem & præscientiam necessitatẽ imponere dicens, si qui sunt, qui dicant prædestinationem & præsciẽtiam necessitatem imponere cum omni detestatione eis anathema dicimus & rationẽ adferens ipse tertio libro de libero arbitrio contra Euodium, nec non libro quinto de ciuitate Dei adstruit Deum prædestinare & præscire conditionaliter. hoc est cum possibilitate ad oppositum Elegit enim Petrum ab æterno ad uitam cũ hoc tamen vt liberet si vellet damnari posset, consimiliter præsciuit Iudam ante mundi constitutionem damnandum, cum hoc tamen vt felicem vitam ex gratia adipisci valeret, quotiens itaq; Augustinus dogmatizando asserit prædestinatum morti & præscitum uitæ adscribi non posse, intelligit nempe quoad usque prædestinatus manet in electione, & præscitus stat in præscientia reprobatus, non tamen Augustinus ipse, quempiam de prædestinato posse presciri, & de præscito prædestinari absq; prædestinationis & præscientiæ mutabilitate. Dij boni quidquid audio? Et si Augustinus veritatem non explosit Christus hercle qui veritas est eam detexit. Ait. n. oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me & ego vitam æternam do eis & non rapiet eas quisquam de manu mea pater meus quod dedit mihi maius est omnibus.

Et nemo potest rapere de manu patris mei. Ecce oues suas Christus neminem rapere posse affirmat quid ais Philotheæ?

PHIL. Quid dices & tu Dydime, cũ Christus clamantẽ audies? si manseritis in me, & uerba mea in uobis mãserint quodcũq; volueritis petetis

Cap. 25. Trac. 45.
Cap. 30.
Cap. 4.
Cap. 10.
Aug. lib de præde. Dei cap. 1. & 2.
Io. cap. 10.
Ioan. 15.

petetis & fiet uobis. Et rursus, si pcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Ergo qui manet in Christo electus per fidem potest in ipso non manere,& qui non manet in dilectione eius. Ex pręcepto rum obseruantia in fide reuertetur ad eam, quamobrē ut rei scopum ambo pari spiramine tangamus. Dico quod oues Christi quoad in grege pastoris degunt lupus rapere nequibit, ait si uada calūc Euang. exierint peribunt. ait. n. Christ. oues suas non posse dilaniari. Si in causa perseuerent, ob id non dicit oues illas gregem exire non posse capis ne mi didyme.

DY. Capio me Hercle, sed sacræ scripturæ loca abs te libenter discerem, quibus firmare valeam as prædestinatum damnari, in præscitum saluari posse.

Exo.3.2.c. PHIL. Illud in primis annotabis, quod petit Moyses a domino dicens, aut dimitte eis hāc noxam aut dele. me de. lib. tuo in quo scripsisti, liber enim ille est ordinatio ad uitā, ut Augustino placet scriptus ergo in libro uitæ deleri potest quamuis nunquam actualiter deleatur, nisi secundum præsentem iustitiam, nam prædestinatus saluabitur infallibiliter licet damnari posit, qm̄ damnato ei non repugnat.

DY. Perge quęso Phylotheæ non mediocrem equidem ex scriptū ræ armonia sentio uoluptatem.

Psal.68. PHIL. Moysi cōsentit Dauid in peccatores inuehectus dicit. Deleantur de libro uiuentium & cum iustis non scribantur. Dauidi adstipulatur Euangelium ait enim Lucas gaudete, & exultate quoniam

Cap.10. nomina uestra scripta sunt in cœlis. Veruntamen nonnulli ex eis abierunt retrorsum nomina namque eorum scripta erant in libro uitæ, secundum præsentem iustitiam. Non tamen finaliter, sicut Ambrosius

Super epis. ad Roman. aperiendo declarat. Et alio loco ait veritas nonne ego elegi uos duodecim & unus ex uobis diabolus est?& hic Iudas erat. Euangelio ad-

Ioan.c.6. stipulatur Paulus, qui de semetipso paradigma ferens inquit. Castigo

Prima co. corpus meum & in seruitutem redigo. Ne forte cum alijs prædicauerim ipse re, pb. efficiar, nōne ipse est Paulus. Qui clara uoce canit? Pau

Cap.9. Rom.c.1. lus seruus Iesu Christi uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium

Ephe c.1. Dei, & alibi. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositū uolūtatis suæ. Hiccine Paulus est de quo Lucas testatur Christum dixisse, Ananie uade, quo

Act. cap.8. niā uas electionis est iste mihi. Cur ergo reprobari extimuit? nisi quia

Cap.2. electo reprobatio nōn repugnat? istuc ipsum asseuerat Apostolus ad Romanos inquiēs. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses insertus in bonam oliuam,& fatilis pinguedinis & radicis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos noli altum sapere sed

time,

time, vide bonitatem & seueritatem Dei, seueritatem in eos qui ceciderunt bonitatem in te si permanseris in bonitate alioquin & tu excideris. Et sequitur potens est autem Deus eos iterum inserere. Ergo Oleaster potest inseri in bonam oliuam, & ramus oliuæ potest excidi a stipite Christo. Et ramus excisus iterum inseri valebit quid clarius, quidve lipidius in hoc sapiente ludo afferre quispiã posset, potest itaque electus reprobari, & reprobatus eligi nunquam tamen electus reprobabitur in effectu. neque reprobatus finaliter eligetur. Ait Paulus. Deus nunquam repulit plebem suam quam præsciuit, adde Roman. Nihil ergo damnationis est his qui sunt in Christo Iesu si non secundum carnem ambulant ergo cõditionaliter electi sunt christicolę rursus si autem filij, & hæredes, hęredes quidem Dei coheredes autem Christi si tamen compatimur ut & simul glorificemur, in super secunda ad Timoth. in magna domo sunt vasa non solum aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & alia quidem, in honorem quædam vero in cõtumeliam, sequitur, si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino. Igitur vas in contumeliam potest effici vas in honorem.

Rom. 2. Cap. 8.

Rom. 8. Cap. 2.

## NOTVLA.

Vide Augustinum de verbis Apostoli. Serm. 42. lib. contra Manicheos libro de corpor. & gratia. cap. 7. & 9. libro Soliloquiorum capite. 28. libro de fide ad Petrum cap. 25. lib. de Eccles. dog. cap. 50. Et legito eundem libro de prędestinatio. Dei. cap. 1. & 2. vbi duas assignat prędestinationis species, vnam necessitatis qua. s. prędestinatus est Sol reluceat in Dei Luna in nocte, & stelle splendescant ex firmamento. Quæ quidem non possunt non lucere. Aliam condictionis qua homo prædestin. est, ut si bona operetur vitam adipiscatur eternam. sin autem ad inferna demergatur.

## CONTRADICTIO. IIII.

Quos prædestinauit hos, & vocauit quos vocauit hos, & iustificauit, quos iustificauit hos, & glorificauit. Ad Ro. 8.

Contra Euangelium arma parare Paulum, mihi videre uideor. statuens enim ipse schalam quatuor graduum qua homo ad cęlum scandit, ponit prædestinationem, vocationem, iustificationem & glorificationem. Adstruens enim prædestinatos, postea a Deo vocatos vocati postea iustificantur, iustificati glorificantur adepto salutis branio.

DYDI.

Matth. 20. & 22. brauio. Veruntamen Euangelium asserit multos a Deo uocatos, qui non sunt prædestinati, quin potius præscit seu reprobati, dicens, Multi sunt vocati pauci vero electi.

## S O L V T I O.

De prædestinatione sanctorū capit. 16. PHIL. Ambo hæc dictata ueritatem sapiunt mi Didyme uidelicet soli prædestinati a Deo vocantur, & multi nō prædestinati a Deo vocantur. Augustinus nempe binam ponit Dei uocationem, quędam vocatio est exterior qua Deus vocat hoīes per prædicatores, per consilia amicorum per Sacram scripturam infirmitates, paupertatem, prosperitatem, & aduersitates. Et hæc ad oēs protēditur. Alia uero est uocatio interior quæ inspiratio nūcupatur, seu auxilium Dei speciale, qđ quidem in solutione contradictionis tertię ex 1. c. explosum est, & talis uocatio ad electos dūtaxat dirigitur. Cū itaq; Paulus Deum prędestinatos uocare docet, de interna ipsa effatur uocatione. dum uero ex Euangelio didicimus non prædestinatos ēt uocari a Deo, qui uelut effrontes Dei uocationem spernunt de extrema uocatione disseritur.

Cap. 1. DY. Qua fronte Augustinus adstruit, Deum non uocare præscitos interna uocatione? si internę uocare, est illuminare? Nempe Ioānes dicit. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundū. Ergo Deus ipse oēs illuminat, qui illuminari cupiunt.

PHIL. Inspirationibus non resistentes Scias uelim Didyme tantum electos Deum lumine fidei illuminare, Aut Euangelistæ dictatū hoc pacto interpraetari assolet. Augustinus Deus illuminat omnem

Ench. c. 111 hominem uenientem in hūc mundum, idest quotquot illuminantur ab eo illuminantur, ne utique enim ab alio quippiam illuminari quibit, nisi a Deo.

## I B I D E M.

Lib. Ench. cap. 111. Quod si hmōi interpraetatio tibi cordi non erit simul atque Augustinus ipse aliam affert talē. Vera enim est sententia Euangelistæ. pro generibus singulorum non pro singulis generum, hoc est. De omni hominum generatione uenientium in hunc mundum aliquem Deus illuminat, non tamen omnes sigilatim. Quam quidem interpraetationem duplici scriptura idem Augustinus roborare nititur, Euangelica scilicet & apostolicā. Ait enim Christus. Væ uobis Scribe & Pharisęi

Luc. cap. 2. qui decimatis mētam, & rutham. & omne olus, idest omne genus oleris, nempe nec omne olus singulariter ipsi decimabant. Et tali dicendi

primo ad. Thim. c. 2. modo studet Paulus dum clamitat Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Ac si aperte dicat, ex

omni hominum generatione, Deus uult aliquos saluos fieri, per cognitionem ueritatis quæ fides est.

Si uera sunt quæ narras Phylotheæ, equidem acceptatorem personarum passim Deum appellabo, qui quosdam illuminat aliquos uero penitus illuminare retinuit. Heu me miserũ disperiam potius quam Augustino credam.

PHI. Hui mellite Dydime ad lucem crastinam ridere non desinam. Arrige aures quæso, his rabiusculis Augustinus. Ipse ad plenum satis facit dũ gariens quispiã petit. quare Deus trahendo hunc illuminat illũ uero illumare negat ait ipse Deus paratus est oẽs illuminare: Et eodẽ lumine illuminasset Pharaonẽ, quo & Nabucodonosor Egypti regẽ illuminauit. Sed Pharao noluit illuminari quod cernens ipse Deus iuste dimittẽtes eũ in libertate arbitrii sui ab illuminatione abstinuit. Ob id canit Aug. de duob. Egypti Regib. uerba faciens. Hic. n. manũ Dei sentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit. Alter vero contra Dei misericordissimã pietatẽ libero pugnauit arbitrio. Et gñaliter differẽs ipse idẽ Aug. alibi dicit. In eo cuius miseretur eius gratiam, agnoscite in eo uero quem obdurari permittit, eius demerita credite. Et alio loco, Deus deserit tantum dignos deserit.

Li. de Prær. & gra. c. 15 Li. de gra. & li. arbit. ad Valẽ. c. 23. li. de natu. & gra. capitu. 23.

DY. Eos enim Augustinum ex animi sui sententia huiusmodi protulisse dictata. Nam ex uena sapientiæ, quæ ex sactis emanat scripturis nullatenus eam haurire ualemus.

PHI. Quid ni? Audi Iob bucinantem, ipsi fuerunt rabelles lumini nescierunt uias eius, cui adstipulatur Dauid personã Dei agẽs Psal. Ei dimisi eos secundum desideria cordium eorum. ibunt ad inuentionib. suis Sapientiæ dicit excæcauit eos malitia eorum his attestatur Ioannes dicens ex parte Dei, Sto ad hostium, & pulso si quis aperuit intrabo, & cenabo cum illo. Quibus omnibus concors Apostolus ait. Eo q̃d charitatem ueritatis non receperunt. Ideo mittet illi Deus operationẽ erroris, ut credant mendacio. Et ad Romanos edisserens. Deum tradidisse infideles in reprobum sensum, protinus assignat causam dicens propterea tradidit illos Deus in passiones ignominæ. Ex hoc itaque Dauid. Ipse hortatur nos ad luminis diuini acceptionem. Psalm. accedite ad eum & illuminamini. Cui consentit Paulus clamitans. Surge qui dormis. & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

Cap. 14. Cal 80. Ca. 5. Apoca. cap. 3 2. ad Thesalo. c. 2. Capitu. 1. Ephe. c. 5.

## N O T V L A.

Vide August. lib. de prædestinatis sanctorum c. 16. lib. Ench. c. 102. lib. de prędest. & gratia. c. 15. lib. de gratia libro arbitr. ad Valen. c. 23. lib. de natu. & gratia. cap. 23.

## CONTRADICTIO. V:

Si Deus pro nobis quis contra nos, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad Ro. 8.

DYDI. Christum pro nobis mortis pœnam luisse fide capescimus, Et hanc ueritatem in Euangelio quicunque metitur. Verum perspicua mihi se offert contradictio. Nec ex scripturis sacris quispiam unquam perpendet, si pro omnibus uel pro electis duntaxat Christus ipse mortis pœnam, subierit. Paulus enim dicit, pro nobis omnibns tradidit illum, alibi ait pro impiis mortuus est. Et alio loco dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. nihilominus Mattheus, & Marcus sacramentum corporis, & sanguinis a Christo institutum, in ultima cœna nos instruentes dicunt eum discipulis hæc deprompsisse uerba. dum Caligem eis porigeret. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. pro multis igitur, & non pro omnibns ecclesia ipsa Christum fuisse sanguinem proclamauit dicens. Hic est enim Calix sanguinis mei noui & eterni testamẽti, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ.

Mat. c. 28. Mar. c. 15. Luc. 23. Io c. 9. Rom. c. 8. Rom c. 5. 1. Thi. c. 2. Cap. 26. Capit. 14.

## SOLVTIO.

PHIL. Hæc duo nempe sese non certant mi Didyme, uidelicet Christnm pro omnibus, & Christum pro electis tantum crucis mortẽ pertulisse, pro omnibus enim mortuus est sufficienter, pro electis tantum efficaciter. Hinc Augustinus uoluptuose dubium excitat dicẽs. Si Christus mortuus est pro electis, & reprobis equaliter, quid amplius ergo ipsis electis contulit, quod reprobis non præstiterit. Et respondens ait. pro vtrisque mortuus est. Sed prædestinatis seu electis dedit. Vt suam acceptarent mortem illuminando eos lumine fidei quod præscitis non præstitit, quia eos nullatenns illuminauit. Quotiens itaque Paulus clamitat. Christum pro omnib. crucis tropheum detulisse intelligit sufficienter sufficisset namque eius mors etiam pro omnibus. Dũ uero pro electis duntaxat eum mortum audies? efficaciter dices quia electis solum eius profuit necis pœna.

Lib. 2. de ciuit. Dei.

DY. Sancta sanctio pater Phylotheæ. Attamen Euangelicum illud mihi a pias quęso, nõ sũ missus nisi ad oues q̃ perierant domus Israel.

Non inania profers Didyme. At qui audi Christum dicentem, Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere, qui prius dixerat non uenisse nisi ad oues Israel. Iam iã dicit se adu-

Luc. c. 16. Io. 10. Super Io. 10. tracta. 12. Gen. 22

ctu-

ctorum alias oues ad causam. Ob id Augustinus, inquit. Christū missum ad saluandos Iudęos, & gentes Iudęos principaliter, quia eis ꝓmissio facta fuerat quod deprompsit Paulus ad Romanos. Inquiens uirtus.n. Dei in salutem omni credenti Iudęo primum, & græco, i. gētili. Et rursus, gloria autem honor, & pax omni operanti bonū, iudęo primum, & græco. Et alio loco. Dico autem Christum ministrū fuisse circumcisionis propter ueritatem Dei ad euacuandas promisiones patrum. Fuit enim ad iudæos saluandos destinatus quibus iam spopōderat Deos saluatorem Missus etiam gentib. quibus non fuerat promisio facta ut de gentium semine oriretur Mesias, sed bene a prophetis conclamatum. Quod declarans Paulus prosequitur. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est. Proterea confitebor tibi in gentibus domine. Et iterum. Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse & qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt.

Psal. 131. Luc. 1. Cap. 2. Rom. 15. Ro. cap. 15. Psal. 17. Psal 117 Cap. 11.

DY. Vereor ne me garrire putes Phylotheæ, sed age bona pater, dubitaciunculæ quæ nuper mihi in mentem uenit satisfaciat precor. Dum Christus in cruce pro inimicis partem exorauit inquiens, pater ignosce illis quia nesciunt quid faciūt, orauit ne pro omni aut pro electis tantum, Si pro omnibus dices, statim assurgit Euangelium Pater gratias ago tibi quoniam audisti me ego aūt sciebam quia semp me audis. Oratio igitur Christi semper fuit exaudita. Si tunc orasset pro omnibus omnes saluati fuissent si autem non orasset pro omnibus. Ergo Christus ipse noluit omnes saluari. Cuius oppositum sentit Paulus dicens Deus uult omnes homines saluos fieri.

Luc. 23. Io. 115. 1. Thi. c. 1.

Belle dubitas quidem, sed eodem te absoluam dictato. Christus.n. orauit pro omnibus sufficienter pro electis tantum efficaciter. Nam orauit pro electis quos lumine fidei illuminauit ut orantem noscerēt & cum eo morerentur peccato viuētes uita gratie. Orauit pro omnib. nec tamen omnes illuminauit, quia obstinati illuminari uolebant, nec ꝑfecto dicebat eos inspirare, quos inspiratione spernere palèvidebat.

## N O T V L A.

Vide August. Psal. 148. li. 22. de ciui. Dei & super Io. tract. 28. legito Euang. Matth. c. 9. non veni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiā cui adstipulatur Paulus prima ad Timoth. c. 1. dicens. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quibus consentit Petrus prima Can. capit. secundo. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum vt peccatis mortui iustitiæ Viuamus. Quius liuore sana estis. Esaie. 53.

## CONTRADICTIO VI.

Non sunt condigne pasiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ releuabitur in nobis. Rom. 8.

DYD. 2. Cor. 4. OPeribus nostris nos gloriam adipisci non posse adstruit hic paulus. Verum oppositum sentire ostendit, dum dicit, id quod momētaneum est & læue supra modum tribulationis nostræ. Aeteruū gloriæ pōdus operatur in nobis. Asserit nempe tribulationes, quas in hac patimur vita, quamuis momentaneæ & læues sint, operari in nobis gloriam, quæ ponderosa, & æterna est nimis. Nec aliter sibimetipsi cō-
Cap. 3. Cap. 2. tradicere videtur Dum ad titulum clamat. Non ex operibus quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Nihilo secius ad Romanos ait gloria autem, & honor, & pax omni operāti bonum. Quid pater Philotheæ?

## SOLVTIO.

Lib. de spiritu & litera. cap. 29. PHIL. Inscirpo nondum facile dissoluimus mi Didyme. Scias velim opera nostra bifariam considerari posse. Et ut nostra sunt absque fide effecta, quo quidem pacto nullius sunt valoris apud Deū, ait August. Et sic paulus rite sentit ea non esse digna gloria alio modo ut fructus fidei operantis per dilectionem sunt. Et tales fructus digni sunt uita. Quoties itaque Apostolus nos non saluari per opera asseuerat bene dicit vt opera nostra sunt absque fide patrata. Cum uero gloriam operibus adscribit, honorémque quæ & pacē ut fructus fidei sunt ipse considerat, ad quod dilucidandum. Exemplum præbeo tale, si quispiā cedrum amico nobili munifice donet cedrum illum cōsiderantes nō vt cedrus est parui momēti diiudicabimus, si vero ut amicabili manu ex arbore nuper excerptū amico donat munus dignū est ut nobilis ille illud gratanter acceptans seipsum domūque totā amico donanti offerrat ac obliget paripassu opera nostra ut opera nostra sunt, nō sunt uitæ præmio digna inquātū vero ex fidei arbore excepta, Deiq; amo-
Titum 3. re & proximorum effecta felicitari ipsa digna censemus. Cur igitř pau-
Epis. fo. 6. lus opera a gloria totaliter excludit? Equidem utrunque complecti deberet fidem, & opera uerum ipse inquit non ex operibus quæ fecimus nos. Exacte nempe Augustinus tibi responsum præbet Didyme.

PHIL. Idcirco quidē totū munus paulus ipse fidei tribuit seu grē qm̄ sine fide opera illa nō esset bona ut si diues præste pauperi cuppiā aureos mille, Ille uero pecunia habita diteš vsq; a Deo ut marmoreū ædificet attriū. Nos dicere solemus eū attrium illud effecisse pecunia

diuitis Et tamen ęre proprio attrium illud ipse construxit. Hoc profecto ideo est quoniam si pauper ille mille aureos a diuite dono non recepisset nunquam tantam lucratus est pecunię summam ut alta ædificaret palatia. Consimiliter nunquā nos opera digna uita operaremur nisi fidem fructificantem a Deo gratis reciperemus ob id Paulus cecinit, Reddet unicuique secundum opera sua.

## NOTVLA.

Vide Aug. Epi. 106. ad Paulinam, lib. de spiritu & litera cap. 27. li. de fide & operibus cap. 14. Quoniam sine fide impossibile est placere Deo inquit Paulus heber. cap. 2. Rimare sæpius dictum August. libro 55. Homeliarum Homelia 14. Deus coronat opera sua in nobis. Rom. c. 2.

## CONTRADICTIO. VII.

Christus qui mortuus est, Immo qui, & resurrexit, qui sedet ad dexteram patris, qui etiam interpellat pro nobis. Rom. 8.

CHristum pro nobis interpellare apud patrē adstruit Paulus. Cui consentit Ioannes eum aduocatum ad patrem appellitans, dicēs aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Nihilominus ipsemet Paulus ad Timothęum verba faciens inquit Qui est iudex uiuorum, & mortuorum, Cui adstipulatus est Lucas dum dixit. Constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Nemo Hercle aduocatus, & iudex in eadem extabit causa, quo namque pacto paulus nunc eum aduocatum, nunc uero iudicem appellandum censet. D Y D. Rom. 8. Can. c. 2. Act. c. 10.

## SOLVTIO.

PHIL. Si Euangelio credimus Christum iudicem ex delegata potestate uiuorum, & mortuorum appellabimus, Ait enim pater omne iudicium dedit filio. Cum vero eum pro nobis ad patrem interpellare dicat Paulus Ioannesque eundem Christum aduocatum nostrū apud Deum patrem statuerit. Nō uoce eum interpellare seu aduocare intelligas sed effectu dūtaxat qm̄ pro nobis, & ipse mortuus, factus est propitiatio pro peccatis nostris, ut ipsemet Ioannes ibidem expressit nec inficiaris usquam a Deo mi Didyme, ut hæc duo incompossibilia putes. Nēpe rex alicuius regni facile quempiā Iudicem instituere in causa tua posset. Qui tamen iudex institutus mille antea pro te ipsi Regi exposuisset aureos. Equidē institutus ipse iudex ritæ iudicaret, qui Aug. li. Ench. c. 53. 2. 54. Ioan. 6. 1. Can. capit. 2.

nihilominus tibi aduocatus diceretur nō voce, sed effectu, quia ob tuā beneuolentiam mille ante Regi præstiterat ducatos Nec aliter Christus iudex, & noster aduocatus sepius fertur iudex nempe quoniā suū est de nobis iudicare ex delegata a patre potestate. Aduocatus uero.
Rom. cap. 5 Nam pro nobis vulneratus sanguinem fudit abundæ. Quidem depromsit Paulus, dum dixit Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

DY. Non mediocriter profecto me tua uerba delectant pater Phylotheæ, Quippe si Christus voce pro nobis apud patrem interpellaret Ipse quod noster effectus esset aduocatus. Ad eū dūtaxat nostras preces fundere, & ad nullū sanctorū recurrere deberemus. Quid ais?

Aug. li. de cura agenda pro
Gregor. 12. lib. mart.
Hyeron. in Epist. ad vigilantiū c. ultimo 11. can. cap. 1.

PHIL. Rem tenes edepol, ob id Aug. & Gregorius Sanctos nostras intelligere orationes asserunt. Quibus adstipulatus diuus Hyeronimus errorem vigilātij hæretici hunc esse declarat, Iob enim inquit, c. 5. Ad aliquem sanctorum cōuertere. Dauid uero Psalm. 31. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Libro autem 2. Machabæorum notatur pro Hieremia mortuo. Hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta Ciuitate. Quibus omnibus consentit Petrus dicens. Dabo operam frequenter habere uos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

## NOTVLA.

Vide Augustinum li, Ench. 53. & 54. In libello de cura agenda pro mortuis determinantem, quod animæ defunctorum suapte natura nō cognoscūt orationes nostras, sed per reuelationē ad amussim eas intelligunt. Quod limpidius Aug. declarat libro de spiritu & aīa c. 29.

## CONTRADICTIO VIII.

Certus sum enim quia neque mors, veque vita, neque Angeli, neque principatus neque virtutes, neque instantie, neque futura neque fortitudo, neque profundū, neque creatura alia, poterit nos separare a Charitate Dei. Quæ in Christo Iesu Domino nostro. Ad Rom. 8.

DYD. NVllam pœnitus creaturam electos a Christo separare posse affirmat Paulus dum dicit. Neque creatura alia poterit nos separare a Charitate Dei. Quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Igitur ele-
Rom 8. ctus nullatenus damnari quibit, ex lectione illa, necessitate, quadam
Ioan. 10. deuictus. Hoc idem adstruere videtur Euangelium. Ait. n. oues meæ vocem.

vocem meam audiunt & sequũtur me. Et ego cognosco eas, & ego vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas de manu mea. Et nemo pōt rapiet eas de manu patris mei. verum enim vero oppositum asserere. Visus est Paulus cum fideles alloquēs electos in fide dicebat, Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Cui cōsentit Euangelium, Inquiēs, Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Ac si dicat. Si non seruaueritis separabimini quidē a charitate mea. Ex quibus palam excerpere valemus Electos in dilectione Dei posse ab ea separari Ais ne? an negas Phylotheæ? Rom. c. 8. Act. 15.

## SOLVTIO.

PHIL. Ex Augustino hæc duo didicimus dictata, videlicet prædestinatus saluabitur, præscitus damnabitur, cū quibus stat, vt prædestinatus damnari, præscitus uero saluari queat. Nā Deus ipse conditionaliter prædestinat, conditionabiliter & reprobat. Eligit. n. quempiā ad gloriam, eum hoc vt non secundum carnem ambulet. Ait nempe Paulus. Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Si non secundum carnem ambulant. Si ergo secundum carnem ambulauerint nihil eis electio illa profuit. Similiter reprobat aliquem uolēs ei pœnam. Si & ipse per viā carnis ambulans damnari uelit, ob id Paulus dixit, Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Et est ut dicat, dato quod in Christo nunc per fidem sitis si legi carnis ad scelera finaliter consentietis, cadetis quidem a fide, & etiam æterne mortis iaculis feriemini, Dum itaque Paulus, & Euangelium cōtestentur. Nullam creaturam separare posse electos a Christo neminemque oues eius rapere posse. Verū est enim quod ad usque in causa oues permanent in Dei dilectione perseuerantes. At si carnis legi ex toto obediēt causa Christi exibunt, & mortua in eis fide morientur & ipsi. Lib. de prę de. Dei c. 1 & 2. Rom. c. 8. Rom. c. 8.

DY. Vnde Augustinus has expiscatus est paradoxas?

PHIL. Omissis quæ iam in superiori cōtradictione edisseramus, audi quæso. Christus dicit nonne ego elegi vos duodecim & unus ex uobis diabolus est elegerat nempe Iudam ad Apostolatum, ut sicut, & cæteri fidē seruaret at fidem ei nō seruanti quæ per dilectionē operatur, nihil electio illa innuit. Nonne Paulus electus, erat cū Christus de eo Ananie dixerit. Vade quoniam vas electionis est mihi iste, nihil ominus stimulus carnis ab eo auferri postulabat dicens, datus est mihi stimulus carnis meæ. Angelus sathanæ qui me collaphizet propter quod ter Dominum rogauit vt discederet a me. Et dixit mihi sufficit tibi paule gratia mea. Timebat enim, ne stimulo carnis impinctus ab electione ad baratrum delaberetur. Ioan. 6. Act. 8. 2. Cor. 10.

## NOTVLA.

Legito August. libro 5. de ciuitate Dei capitu. 9. & 10. nec non libro de prædestin. Dei. cap. primo, & secundo, ubi assignat duo prædestinationis genera, necessitatis, s. qua prædestinati sunt Sol, & Luna, & Stellę & prædestinationem conditionis, qua homo libertate arbitrii gaudens prædestinatus est a Deo. Vide eum lib. de correctione, & gratia cap. 7. & 11.

### *EX IX. CAP. CONTRADICTIO I.*

Cum nondum nati essent, nec aliquid boni egissent aut mali, ut secūdum electionem maneret propositum Dei. Non ex operibus sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori. (Sicut scriptum est) Iacob Dilexi Esau autem odio habui. Ad Rom. 9.



AB Eterno Deum reprobasse Esau, & elegisse Iacob. nullis præcedentibus meritis aut demeritis, sed solius Diuinę uoluntatis bene placito. docet Paulus. Nihilosecius ipse idem Paulus clamitat. non enim est acceptio personarum apud Deum. Et iterum qui sine acceptione personarum iudicat secundum unuscuiusquisque opus. Quis enim (nisi desipiat) negabit hæc duo contradictorie dici. uidelicet Deus hunc eligit illum uero reprobat absq; causa, & Deus nō est acceptator personarum. Sed iudicat secundum unuscuiusque opus.

Mala. c. 1. 2. li. Para. Capit. 19. Rom. c. 2. Eph c. 2. Colos. 3.

PHIL. Eo Quoniam Theologum agis Augustino, Archyteologo fidem præstare decet. Duo igitur ex Augustini Gymnasio didicimus primum est quod Deus prædestinat seu elegit quempiam, ex gratuita sua pietate, nulla stante causa in electo. Non enim prædestinat propter opera præsentia neque futura. Secundum est, vt nunquam, Deus ipse aliquem præsciendo reprobet, nisi eius demerita finaliter præuideat. Quoqnidem fit ut Iacob elegerit ex sue uolūtatis beneplacito. Esau uero reprobauerit ex demeritorū pręuisione. Ait enim Augustinus, non prius Deus est vltot quam aliquis sit peccator, & rursus damnatis iusta pœna redditur, saluatis autem indebita confertur gratia, &c.

Li. 1. Lianū Ad Simplicianū Epi. ex epist. ad sixtū. 105. lib. ad Bonifaciū cō tra pela. Gen. 2. Cap. 24. Li. de pde. & Gra. c. 3. & 16.

Rom. 8.

DY. Hem pater Phylotheæ, Augustinus Paulum fraudes moliri ostendit. Ait enim cum nondum nati essent, nec aliquid boni egissent aut mali. Nulla itaque esse poterit reprobationis causa.

PHIL.

PHIL. Garris ne me Dydime,& si gemini Iacob & Esau nil boni aut mali patrassent, quia adhuc nondum nati erant, tamen demerita ipsius Esau Deo præsentia erant. Inquit Augustinus de Pharaone loquens,talem præsciuit Deus,qualis ipse futurus erat.Apo.nempe ait,omnia nuda & aperta sunt oculis domini. Li. de Præ. Et gra.c.15 Hebr.4.

DY. Quid dicemus ad Paulum,Ait enim nō ex operibus sed ex uocante dictum est quia maior seruiet minori. Quod interpretari intendens August.dicit Non ex operibus præsentibus neque futuris.

PHIL. Quod Augustinus ibidem dicendū censet, dicam & ego. Non ex operibus sed ex uocante, hoc est non ex operibus utriusque, scilicet electi, & reprobati, sed bene ex operibus unus preuisus a Deo uocante.dilexit enim ab eterno Deus ipse Iacob,sola liberalitate misericordiæ suæ Esau autem odio habuit,ex demeritorum prçuisione. Habes ne mi Dydime? li. de Præ. & gra.c.7.

DY. Habeo quidem superficie tenus. Nihilominus Paulus dicit igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est Dei. Li. contra Iulia. li. ad boni. Epis. cōtra pel.

PHIL. Audi quęso August. adstruentem, hoc dictum fuisse propter Iacob tantum;fuit enim electus, non quia ipse elegi voluisset neque quia merita peperisset sed ex mera Dei misericordissima pietate. Et rationem signat August.quoniam non ait Apostolus uolentis, neque currentis sed obdurantis est Dei,sicut dixit,sed miserētis est Dei. Esau reprobatus est qui a reprobari uoluit & ad reprobationem deme ritis cucurrit: Quæ omnia ante mundi constitutionem Deus ipse præ sciuit Iacob uero sola Dei gratuita miseratione prædestinatus est.nul lo eius bone uoluntatis motu præuiso.

DY.Tandē,si rite tua uerba capio pdestinationis nulla est in prædestinato causa. Reprobationis autem iustā causam statuimus.Eo quoniam nunquam Deus aliquem reprobasset, nisi eius demerita finaliter preuidisset,& tamen Paulus oppositum sentit dum dicit,ergo cuius uult miseretur,& quem uult indurat. Rom. c. 9.

PHIL. Ha ha he, Tu uulgari dubitatiuculę satisfacit Augustinus mi Didyme. Qui ait Deum hominem indurare non est duritiem in cor eius causare,sed deserere ipsum in libertate arbitrii sui;non mol liendo per gratiam,Sol enim sui absentia luminis mundum obnubilat. At absens natura in causa est,quod Nauis sum mergatur. hoc idē de Deo sententiendum ducimus.Quando non illuminat execat.Dum non mollit indurat.Nec sine iusta causa quempiam deserit seu indurat nolens ei auxiliari,ait enim Augustinus. Li.ad sixtū epist.105 de gratia & lib.arbi. ad Valen. Cap.21.23. Epist.150. adSixtum.

Quærimus meritum obdurationis & inuenimus. Merito namque peccati uniuersa massa dānata est.Nec indurat impartiendo meritum,

sed

I.i.de grat. & li. ar. ad Val.23.li.6 de natu. & gra.c.23. sed non impartiendo misericordiam. Et alibi in eo cuius miseretur eius gratias agnoscite. In eo vero quem obdurari permittit eius demerita credite,& rursus Deus deserit tantum dignos deseri.

Rom.c.9. Cur ergo Paulus nos omnes obiurgans diuine voluntatis causam nullatenus quærendã esse docet?clara voce vocitans O homo tu quis es?vt respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit cur me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam,qui bus verbis rite libratis.Aucupari poterimus Paulum adstruere quod Deus ipse solo Diuine voluntatis beneplacito elegit. Ad quod duas apponit ipse rationes prima enim lex parte creaturæ ponitur quoniã figmentum non dicit factori suo. Cur me fecisti sic secunda vero ratio ex parte Dei inscribitur talis Nonne figulus ex eadem luti massa habet potestatem fingendi aliud quidem vas in honorem Aliud vero incontumeliam? Ac si diceret quanto magis Deus ex eadem perditionis massa aliquos ad gloriam quosdam vero ad contumeliam eligere quibit.

PHIL. Duo nempe peragit Apostolus vno dictato,dum enim dicit.O homo tu quis es ut respondeas Deo?primo rationẽ reddit propositæ quęstionis.Deinde temeritatem retundit humanam.Ait enim

Lib. Ench. Cap.99. Augustin. hoc enim loco quidam stulti putarunt Apostolum in responsione defecisse.Et inopia reddende rationis reprexisse contradictionis audaciam.Sed magnum habet pondus,quod dictum est,o ho mo tu quis es?Respõdet itaque proposite prius quæstioni hoc pacto, cur me reprobas?Dum dicit homo,ait Paulus propter peccatum,co

Gen.10. gita nempe homo qualis natura sis & de massa corrupta & immunda te ipsum comperies,ut filius irę iure dicaris,Moyses enim dicit sen

Gen.8. sus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum abdolescentia

Psal.50. sua.Cui Dauid attestatur inquiens ecce enim in iniquitatibus conce

Cap.64. ptus sum,& in peccatis concepit me mater mea. Hinc Esaias clamat.

Eph.2. Et facti sumus vt immundi omnes. Et quasi pannus mestruate omnes iustitiæ nostræ. Quibus consentit Apostolus ibi. Eramus,& nos natura filij ire.Ecce peccatum esse causam obdurationis & reprobationis palam inculcat Apostolus deinde vero ne audax homo sui crea

Cap.62. toris archana perquirat. Nunquid dicit figmentum ei qui se effinxit cur me fecisti? Quasi dicat non Esaias autem ait,nos autem lutum tu vero fictor igitur temere diuine voluntatis causam exquirere non deberes simulatque rationem apponens ex parte Dei similitudine figuli ait, Nonne figulus de eadem massa luti habet potestatem figendi

Cap.10. aliud quidem uas in honorem aliud uero in contumeliam?Et ex Hieremia

remia oritur ratio dicente. Ecce sicut lutum in manu figuli sic vos domus Israel in manu mea. nec aliter quidem humanam reprimit temeritatem dum dicit in magna Domo sunt uasa non solum aurea & argentea sed & lignea & fictili, & quædam quidem in honorem alia vero in contumeliam. nam Hieremias dicit. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatū est uas quod ipse tenebat ex luto manibus suis. Conuersusq; faciebat uas alterum sicut placuerat oculis eius ut faceret. Verum tamen prius obdurationis seu reprobationis causam fore peccatum asseruit Paulus, vt iam iam conclamatum est. 2. Timoth. Cap. 2. Cap. 18.

DY. Ab ineunte ætate Pithagoram delirum arbitrabat. Ob id Phylotheum Augustinum non appellabo ne animam de corpore in corpus migrare concedam. Verum enim vero hoc passim dicam eo Augustini mineruam calles, ut iure alter Augustinus dicaris Eya itaque edisseras mihi si libet, quid sibi illa uerba uolunt. dicit enim scriptura Pharaoni quid in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te potentiam meam, & anuncietur nomē meum in uniuersa terra. Si Deus ipse Pharaonem excitauit, ut contra eius præcepta filios Israel in seruitute artaret. pœna itaque non ex iusto. Dei iudicio sed ex libera voluntate exoritur. non utique credas Deum Pharaonem excitasse, ad vitia eum depellens, suapte natura criminosus erat. ait enim scriptura, & ingrauauit Pharao cor suum, sed tribus modis. eū excitauit dans regni presidentiam, conseruans eum in imperio, ac per Mosen præcipiens ut populum dimitteret quem nolle dimittere videbat. Rom. 9. Exo. 9. Aug. Epist. ad six. 105. & li ad Bonifacium.

DY. Si rite tua verba olim metitus sum. Philotheæ emergenti huic contradictioni aliud te præbuisse concilium recordor, dice ergo denuo si libet.

PHIL. Dicebam nempe quod iterum asserrere non fore inutile arbitror. Dum enim. Paulus Iacob electum ut Esau fratri dominaretur dicit ipsumq; Esau Iacob sub debere Deo mandante non ex operibus adstruit De regno temporali tantum loquitur, & ante ipsum dicit hoc. Hunc humiliat, & hunc exaltat quia Calix dat regnum quietum aliquib. mixtum amaritudine cum vero Iacob a Deo dilectum Esau autem Deo odio fuisse ponit non negat hæc effecta esse ex operib. Quod sane uidit diuus Hyeronimus in prologo super Malachiā. Ob id scias velim ex scripturis sacris hec tria nos elicere vocabula. Eligere quod est prædestinare non eligere quod est nolle dare gloriam. Tertium uero est reprobare seu præscire, idest uelle eum ad damnationem. primum absque operibus factis & præuisis solo beneplacito sue uoluntatis. Deus ipse operatur prædestinat enim nō ex operibus: Rom. c. 9. Gen. 25. Dauid Psa. 74. Vide Agu. 16. lib. de ci Dei & 35.

Rom.c.9. Ephesi.c. 1. sed ex mera suę bonitatis liberalitate. ait Paulus Igitur non uolentis neque currentis, sed miserētis est Dei. Et alibi, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundū propositum uoluntatis suę: Secundum quod est non eligere seu nolle dare cuipiam gloriam puta Pharaoni. hoc facit Deus absque operibus sola uoluntatis suæ complacentia Mattheus enim notat Christum dixisse. an non licet mihi facere quodcunque uolo? gratia enim Dei est, gloria itidem sua est?

Aug.lib.de præd.& gratia c.5.15. Cap.10.

Licet itaq; unicuiq; de suo facere licet ad libitū. Si ergo isti det alteri negat gloriam, iure facit, quoniam sua est uita fęlix: neminem uero reprobat eum ad inferna damnandum decernens nisi eius demerita finaliter præuideat. Ait enim Augustinus. non prius Deus est ultor quam aliquis fit peccator. & rursus eligit Deus gratuito dono, reprobat uero iustissimo merito ad quod quidē tale facit exemplum, rex in suo regno existens eligit quendam in suum familiarem, quem postea diuitem reddit alterum uero non eligit. ex hoc profecto nulla est ei impingenda iniquitas: nam licet cuique de suo ad libitum disponere. nunquam tamen rex ille quempiam ad furchas damnabit absq; scelere ab eo patrato, quippe iniustus, & crudelis a populo uocaretur si absque culpa hominem morte damnaret, nec aliter Deus ipse ex bonitate gloriam non elegit: quia noluit. Si tamen eum reprobauit ad inferna damnandum, hoc nunquam effecisset nisi eius demerita præsciuisset. Ad quod quidem suadendum tibi bonæ dydime. Audias quæso sapientiæ dictum Diligis omnia domine & nihil odisti eorum quæ fecisti. Et tamen Paulus sententia Malachiæ Prophetę asserit Deum odio habuisse Esau quo nanq; pacto eum odiuit Deus si omnia quæ ipse creauit diligit & nihil odit? Nisi quoniam odio habuit Esau non quantum ad naturam quam creauit, sed quantum ad demerita quæ in eo præuidit. Similiter Pau. cum de regno terreno loquitur. Dicit Iacob electum Esau uero reprobatum non ex operibus factis neque præuisis. dum uero de regno cœlesti dixerit. Iacob dilectum Esau uero odio habitum a Deo firmat ipse Paulus nihil de operibus loquens; quoniam non intendebat negare Esau esse damnatum ex operibus.

Li.2. super Gen.ca.24. Epist. 104. ad sixtum.

Cap.11. Roman. 9. Cap.1.

Rom.c.9.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro primo contra Iulianum libro ad Simplicianum episcopum. Epist.c.105. Ad Sixtum prædestinatione, & gratia capitu.3.15.16.lib.de gratia, & lib.arbitrij ad Valentinum capitulo

tulo vigesimoprimo vigesimotertio libro de natura & gratia capitulo 23. libro Enchiridion capitulo 99.

### CONTRADICTIO II.

Iacob dilexi, Esaù autem odio habui.

DYD.

Esaù ab æterno Deum odio habuisse, ait Paulus, Sacram contestãs scripturam, Iacob uero dilexisse qui tamen gemini eorundem parentum Isaac, & Rebecche extiterint. At oppositum declarat Salamon dicẽs, diligis Domine omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti. Cap. 60. Malach. 1. Sap. 2.

### SOLVTIO.

PHIL. Hominem enim bifariam contemplari poterimus, & quã tum ad naturam, & quo ad culpam, quo ad naturam omnes Deus diligit, & neminem odio prosequitur. Quantum uero ad culpã quoscunque odit Dauid nempe inquit. Odisti oẽs qui operantnr iniquitatem. Aug Epist. ad Six. 105. Psalm. 4.

DY. Si quippiam Malachiæ uerba liberauit. Ex quibus Paulus dum dilexisse Iacob Esau odio prosequutum fuisse asseuerat cõperiet sane amorem Iacob odium Esau ad temporale regnum a Deo dirigi. Propterea quod Deus ipse voluit ut Iacob dominaretur Esau uero seruiet. Quod quidem deprompsit Paulus, dum dixit, non ex operibus sed ex uocante dictum est quia maior seruiet minori. Sicut scriptũ est Iacob dilexi Esau autem odio habui. Ac si dicat Apostolus. dum Rebecca geminam prolem in proprio luctari utero sentiret, Dominumque consultaret ut quid futurum foret indicare dignaretur dictũ est ei, quia maior, videlicet. Esau seruiet minori, idest Iacob. Ad quod ꝓbandum Apostolus scripturam afferẽs dicit sicut scriptum est Iacob dilexi Esau autem odio habui. Ergo dilexit Iacob quia uoluit ei Esau seruire debere, odioque Esau prosequutus est, eo quod ipsum ad fratris seruitutem delegit. Nihilosecius ex libri Geneseos decursu Esau regnasse. Iacob uero seruituti adiectum fuisse Moses inculcat. Quo nã pacto Iacob Dominum Esau uero seruum adstruat scripturã? Pãdas præcor Phyl. effare ne sileas quæso. Cap. 1. Rom. c. 9. Rom. c. 9. Gen. 23. Malac. 2. Gen. c. 25. Malac. c. 1.

PHIL. Illud ante omnia satagendum putabis mi Didyme ad qđ in primis discutiendum tua solertia me dudum excitaueras. Quæ tu narras uera esse fateor. Malachias nempe asserit Deũ dilexisse. Iacob, Esau vero odisse. Nam Iacob regnare, Esau autẽ seruire delegit. Quãquam Apostolus ad homines causam diuinæ uolũtatis fatue exquirentẽ Apostophrans Iacob a Deo prædestinatũ Esau uero ab æterno re-

probatum inde traxerit. Ad hæc accedit vt afferamus populum Idumeum ab Esau dictum, qui enim Edon nominatur, idest sanguinens, ac etiam Seyr hoc est Pilosus. Israelitico populo tuũ obsequium præstitisse, cum Dauid secundus Israelitarũ Rex eos ad tributa obligans,
Gen.25. potenti manu subegit. Nec aliud sibi illa verba volunt (Maior seruiet
Malac.2.1. minori) Ait enim textus. Due gentes sunt in vtero tuo, cum Deus ip-
reg.8. se Rebecche perenti responsa præstaret.

## NOTVLA.

Gen.25. Vide Augustinum Epist.105. ad Sixtum lib. de prædesti. & gratia cap 7.li. de prædestinatio. Sancto. cap.16 lib.16. de ciuitate Dei. c 35.

## CONTRADICTIO III.

Voluntati eius quis resistit? Ad Rom.6.

EN hebes sum ingenio, pater Philotheæ, vt quæcunque contradictorie dici prima facie mihi se offerrant, velut ab ortos flusculos ex promerio scripturarum facile excerpere, sciam nodos autem dissoluere penitus ignorem. Ob id ad te theologorum omnium etate nostra principem me docendum duco, ne sim tibi tedio precor, vt te doceam letor.

PHIL. Tibique morem geram magis hac magis inardescit animus, exprime igitur dubium.

Rom.9. DY. Inquit Paulus uolũtati eius qui resistit? Ac si aperte dicat ne-
Matt.25. minem Dei voluntati resistere vnquã. At Christus dicit Hyerusalem Hyerusalem quę occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas & noluisti? En habes Hyerusalem diuine resistentem uoluntati. Et iterum Paulum cum Christo certamen intuetor. Ait enim an non licet mihi facere quodcunque volo? Et Paulus
Matt.20.1. dicit, Deus vult omnes homines saluos fieri; qui tamen omnes minime saluantur. Non licet itaque facere quicquid vult, consimilis ex le-
Psal.113. ge emergit contradictio Dauid turba cecinit Deus autem noster in
Cap.56. cœlo omnia quæcunque uoluit fecit Esaias uero ex aduerso Deum in populum conquestũ dixisse adstruit. Numerabo uos in gladio, & omnes in cede coruetis pro eo quod vocaui & renuistis, clamaui & non respondistis. Et quæ nolui elegistis. Ergo non efficit Deus quæcunque voluit. Non omnia quæ Deus vult ab hominib. facienda eodem calle metitur.

PHIL.

PHIL. Aliquotiens nempe vult vt ipsi aliqua efficiant, tamen nō dat eis media, ut ad illa deueniant & eius adimpleant volūtatem, sed in eorum arbitrij libertate eos deserit, hoc nanq; pacto. Pharaonem eius obtemperare monititis uoluit ut populum ad sacrificandū Deo Israel dimitteret. Nihilominus ipsum non audiuit illuminando, quin potius obdurauit eum in sui arbitrij libertate relinquens sic ēt phariseos omnes Messiam Christū noscere in eumq; sperando credere uolebat, verum eos nullatenus inspirabat. Lucentius luce uidens inspirationem phariseos spernere, & illuminationi diuine acquiescere nolle aliquando uero vult, & media hominib præstat, vt ea quæ ipse uolendo iubet facile compleant. Vocans eos uocatione interna interna inspirando, tali quidem uoluntate uoluit ut petrus uertex omniū Apostolorum extraret. Eademq; uoluntate quotquot electi sunt felicitate potiri vult. Ait.n. Paulus. Quos prædestinauit hos & uocauit. Dum itaq; scriptura neminem Deo uolūtati resistere testatur. De prima intelligimus uoluntate qua sic Deus vult, ut media inspirando præbeat neminem sibi resistere uolens, cum aūt conqueritur Deus, quod nonnulli eius volnntati resistere moliuntur, de generali illa intelligit uoluntate, qua vult omnes homines saluos fieri, omnes tamen non illumitat, quia non omnes illuminari velle ipse præsciuit. Exo. 4. 10. Mat. 13. Marc. 4. Luce. 9. Ioā. 12. act. 28. Aug. li. de gra. & li. arbi. ad Valent. 23. li. de natu. & gra. c. dyo. Ariopa. li. de diuius nominib. cap. 3. Rom. 9. 6 2. 1. Timot.

DY. Abste discere cupio, cum Deus quempiam inspirat offerens ei gratiam ut eius adimplere mandata valeat, cogit ne eum, ut tali acquiescat inspirationi?

PHIL. Potior humani arbitrij libertas in hoc dignoscitur, qđ libere unusquisq; oblatam gratiam acceptare eademq; repellere ualet.

DY. Scripturas hanc ueritatem, asserentes libenter audirem.

PHIL. Audi in primis Dauid. Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Egypti dilata os tuum & impleboillud. nostrum itaque eos dilatare erit, quod nostrum sit repellere exprimit dum sequitur Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi, rursus os meum aperui, & attraxi spiritū apocalipsis inquit. Sto ad hostium, & pulso si quis aperuerit intrabo & cenabo cum illo nos itaq; cordis hostium aperire debemus, ut Christum pulsantē hospitio recipiamus. Quibus consentit Stephanus in phariseos inuehectus dicens dura ceruice incircuncisi corde uos semper restitistis spiritui sancto Sicut & patres uestri. nec ab his descendit Pulus cum Esaia vociferans. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentē mihi ad Israel aūt dicit ait Apostolus. Hinc Augustinus adstruit initium salutis nostræ Deo miserante habemus diuine autem acquiescere inspirationi nostræ potestatis est. Et alio loco. Psal. 80. Psal. 180. Cap. 3. Act. cap. 7. Rom. c. 10. cap. 65. Li. de eccl. dog 121. Lib. de spū & litera. capit. 34.

Con-

Consentire autem Dei vocationi uel ab ea dissentire proprie uolũtatis.

Cap. 13. DY. Verum libro Hester dicitur. In uolantate tua dom ine uniuersa sunt posita. & non est qui tuæ possit resistere uoluntati, ego nemo potest resistere Dei voluntati. Igitur libero non potimur arbitrio.

PHIL. Neminem Dei uoluntati resistere posse. In his quæ ad Sumani arbitrii libertatem non spectant, exemplum, ni iudex præcipiat, ut qui pulsante campana arma gestare compertus fuerit, ter cordule tortar Puniatur equidem quispiam primę uoluntati eius resistere quibit. Vt arma deferat, at uero deprehensus pęnam impositam non luat, non est in eius potestate. nec aliter de Deo sentiendum putabis mi Dydime. iubet enim uolens ut per uiam carnis non ambulem us, pęnam eternę mortis apponens. Profecto homo libere primæ uoluntati eius resistere potest, & per uiam carnis ambulare, sed alteri eius uoluntati, ut non subeat pęnam, ne utique resistere ualet. Similiter Deus uult, ut pluuia terram irriget, non potest homo ipsius uoluntati resistentiam parare, quoniam talis effectus humanæ uoluntatis libertatem non respicit. Peccare uero est nostri arbitrii libertatis. Ideo Deus nolit nos peccare, nos sæpius ei resistimus peccando.

## N O T V L A.

Aide Augustinum libro Ench. c. 97. 98. 99. c. 101. & 103. lib. soliloquiorum, c. 24. libro de prædestinatione, & gratia. cap. 2. & rimare caput libri de prędestinatione sanctorum 16. de duplici uocatione genę rali, & spetiali seu externa, & interna, de quibus Matth. capit. 20. Multi sunt uocati pauci uero electi. & Paulus ad Romanos cap. 8. Quos prædestinati hos & uocauit.

## *EX X. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

DYDI. E otio tropescat animus dicamus alterne, si libet, humanissime Philotheæ.

Ex ore meo extraxisti uerba, protinus ad minuere ludũ te inuitare cogitabam. Age quid noui affers Dydime.

Rom. 10. Ioan. 13. DY. Paulus ait. Quicũque innocauerit nomen Domini saluus erit, & Christus dicit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusanto non poterit intrare in regnum cęlorum. Multos nempe nomen domini in

care dicimnsi Qni baptismatis uuda non sunt præfusi, ut Hebræi, & Ismaelitæ, quos Tuichas appellamus Eosque omnes æternæ addicti morti ad tartara demerguntur antiuangelista ergo erit Paulus, si con tra Euangelium,& ipse scribit.

PHIL. Perpendas uelim Didyme. Ioelem prophetam ante Paulum hæc protulisse uerba. Intendens enodare quemcunque salutem adepturum,qui nomen Domini in fide messie inuocauerit. ait enim Esaias. Omnis qui credit in eum non confundetur. Cap 5. August. li. Ench. c.6. Cap.28. Rom.9.

Quamquidem sententiā Paulus adnotauit,addens corde enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem, quod interpretari volens Augustinus inquit,si quispiam corde in Christum credat, & ore eum confiteatur,dum ab exprobrantibus timeret opproprium saluus erit.Sed quoniam in baptismate fidem adipiscitur anima.Idcirco neminem saluandum adstruit Euangelium, nisi quem unda baptismatis abluerit,clamat quidem Euangelista. Qui credit in Filium Dei habet uitam æternam qui autem incredulus est filio non uidebit uitam,ad quod alludit Paulus ad hebræos scribens,sine fide impossibile est placere Deo. Rom. 11. Ibidem. Sup Ioan. Hom.77. Psal. 102. Psal.118. Heb.6. Ioan. c.3. Cap.2.

## N O T V L A.

Legito Augustinum libro Enchyrid.sexto,& super Ioannem tracta tu 70.Psal.102.118.libro sermonum de Simbolo ad Cathecuminos, & libro sententiarum prosperi, Calcatius autem libro de verbis Domini secundum Lucam, Sermonum 36. Vbi adstruit fidem esse fontem orationis.

## *CONTRADICTIO. II.*

In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ad Rom.18.

AIt veritas & prædicabitur hoc Euangelium Regni in uniuerso orbe.In testimonium omnibus gentibus & tunc ueniet consumatio. at mille ferme,& quingēti defluxere anni ex quo apostoli euangeliū Regni prædicarunt,& nondum uenit consumatio seculi,igitur ipsi nō detulerunt Euang. ad quascunque mundi partes. Cur ergo Paulus reboat. In omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum. Mat. 25. Rom.18. Psal.21. Cap.9.

Nonnunquam in scripturis præteritum tempus pro futuro, spiritu sancto dictáte poni cõsueuit David ait. Foderũt manus meas & pedes meos, & dinumerauerũt omnia ossa mea, nihilominus mille ferme annis Messiam Christum ipse præcessit, cuius manus & pedes clauis confessi fuere. Esaias itidem cecinit, paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Nec ab re profecto. Profecta namque Dei arcana, patefacit, & ideas Diuinæ mentis, depromit, ob id quæ uentura sunt, præterita notat. Fateor ergo apostolorum uoces, in omnẽ terram non esse diffusas. nempe cosmographi ponunt, & ex scripturis tempestate nostra didicimus, non nullas insulas nihil de Christo unquã audiuisse ad Paulus præteritum pro futuro scribit, ac si diceret, in omnẽ terram exhibit sonus eorum, nec allucinatur Paulus mi Didyme. David quippe ante eum, hæc protulit uerba qui usque adeo apostolicum cœtum antecessit, ut superius conclamatum est, quod potius exibit q̃ exiuit dicere debuisset. Frugifera quidem dilucidatio. Verum huiusce sententiæ sanum intellectum, ex tui animi sententia abste discerem libenter, dic ergo quæso, quo nam pacto tuipse interpretari soles.

Aug. epist. ad Enchi. Episcopũ. Psal. 17.

PHI. Multoties cum Theologis theologice concertans, d'xi propositionem illam ueritatem sapere pro generibus singulorum, nõ pro singulis generum ut sit sensus, in omnem terram exiuit sonus eorum, quia ad quatuor orbis partes apostolorum insonuere uoces. & ut paradigma tibi porrigam, hoc modo Augu. tria scripturæ. Axiomata interpretatus est quæ sunt. Illuminat omnem hominem uenientem, in hunc mundum, hoc est. Ex hoĩ generatione hoĩm uenientiũ in hunc mundum aliquem illuminat. & illud, Veh uobis scribe, & Pharisei, q. decimatis mentam & rutam & omne olus idest de omni genere olea striæ decimas sumitis. nec non Pauli dictatum. Deus uult omnes homines saluos fieri, quia de omni genere hominum, non autem omnes sigillatim nemine exploso saluari, uult, nisi uoluntate illa generali. Quam potius Diuinam permissionem, quam Dei uoluntatem appellandam censemus.

Exemplũ dicti. Li. Enchir. Cap. 102. Io. 1. Luc. 2. 1. Timot. 1

## N O T V L A.

Legito Augustinum epistola Ench. Episcopum & illud Marci ulti. illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & Actorum cap. 1. Eritis mihi testes in omni iudæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

EX XI. CAP. CONTRADIC. VNICA.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quam in comprehensibilia sunt iudicia eius. & inuestigabiles viç eius. Ad Rom.2.



OCEM exaltans rubicen iudicia Dei incomprehensibilia esse affirmat, Dauidi adstipulatus dicenti, iudicia Dei abissus multa. Veruntamen ambos alibi oppositum asseruisse comperimus. Paulus nempe ad Romanos ait scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Et Rursus existimas autem hoc. O homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea quia tu effugies iudiciũ Dei? rego ipse iudicium Dei nouit similiter Dauid dum dixit. Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Et lucidius alibi. Qui annunciat verbum suum Iacob Iustitia & iudicia sua Israel. Igitur populus Israel, iudicia Dei recte comprehendit. Psal.35. Cap.2. Psal.118. Psal.197.

PHIL. Non me latet profecto iudicia Dei multis patribus enucleata ab ipso Deo fuisse. Ob id Augustinus dicit. Paulum non prohibere sanctos ab inquisitione iudiciorum Dei, sed illos qui non sunt in charitate radicati dum dicit. Tu quis es vt respondeas Deo? tamen ipsemet Apostolus inquit. Spiritualis homo omnia iudicat, dum itaque Paulus & Dauid iudicia Dei imperscrutabilia ponunt ex natura li. Vi humani intellectus decernunt. Cum uero nonnullos iudicia Dei nouisse affirmarunt, per reuelationem hoc effectum fuisse testantur. Vnde in Psal. dicitur, non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Ac si dicat. Deus ipse manifestauit iudicia sua. Israel. aliis uero nationibus ea non patefecit. Paradig. te loqui cuperẽ Phylotheæ. Exempla. n. magis mouerint. Lib. 82. 9. Rom.c.9. Ephe.3. Psal. 197.

En melite Dydime. Ex lib. Coeleth. Qui Ecclesiastes latine inscribitur, nos uenamur. Nescit homo an sit dignus amore uel Odio. At Paulus dicit. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro qđ sumus filii Dei. Quod itaque unus naturaliter fieri posse negat. Alter a Spiritu sancto spiritui humano reuelari asserit. Ecclesiastes nempe neminem solo naturæ lumine scire posse, an sit dignus amore uel odio asseuerat. Paulus uero. Quempiam id noscere posse reuelationem spiritus affirmat. itidem ex Euangelio liquet Christum dixisse. Confiteor tibi pater Domine Rex Celi & terræ. Qui abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ecce quæ mundi sapientes naturali sapientia scire nequeunt. Humilibus humanæ scientiæ expertibus Dei spiritus reuelat. Rom.9. Matt.11. Luc.18.

P 2 NO-


## NOTVLA.

Vide Aug. ex Epistola ad Sixtum presbyterum. Lib. de correctione & gratia, libro de spiritu & litera c. 33. & super Ioan. Homelia 53.

### *EX XIII. CAP. CONTRADICTIO. VNI.*

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Ro. 13

DYD. Galat. 4.



SVPERIORIBVS potestatibus nobis parendũ suadet Apostolus. Qui tamen omnes christicolas Christi morte liberos effectos esse prædicat, dicẽs itaq; fratres nõ sumus ancillæ filij, sed liberæ qua libertate Christus nos donauit. Nempe hæc duo repugnantiam claudunt quod simus liberi, & Dñis sublimioribus obtemperantes seruiamus.

Aug. lib. 2: contra litera petiliani capit. 94. Matt. 22. in 1. can. c. 2. Ibidem.

PHIL. Caue mi Didyme, ne in petiliani hæresim delabaris, asserentis quid nobis cum regibus & Principibus; Christus enim præcipit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Cui concor. petrus clamitat, subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum. Siue Regi quasi præcelenti, siue ducibus tamquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum, & rursus deum timere, Regem honorificate, itidem, serui subditi estote dominis in omni timore non tantum bonis, & modestis, Sed etiam discolis, Hinc Paulus serui obedite Dominis carnalibus, cum timore, & tremore, in simplicitate cordis uestri. Sicut Christo. Et alibi ideoque necessitate subditi estote non solum propter iram sed etiam propter conscientiam. Quod exponens augustinus dicit, non solum ad principis iram euadendum ei obtemperare nitaris. Sed etiam propter conscientiam, idest quia Christus hoc præcepit, & iterum reddite omnibus debita cui tributum tributum. & cui uectigal, uectigal cui timorem timorem, & cui honor honorem, usque adeo, ut præcipiens Paulus dicat. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & rationẽ apponens ait. Nam non est potestas nisi a Deo. Quamuis hanc sententiam pater & filius in officina diuinę sapientię ante Paulum cuderint Dauid quidem dicit. Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu domini uini meri plenus mixto Salomon autẽ omnis potestas a dño. Cur ergo Paulus Christũ nos libertate donasse seipsum iactat?

Eph cap. 6.

Rom. 13.

Lib. propositionũ ex Epist. ad ratio. propositione. 74. Rom. 14

Psalm. 74. Sapient. 6. Prou. 8.

PHIL. Non hac libertate Christus nos donauit ut dominis tpalibus non deseruiamus, Dei enim ministri sunt. Et eius qui Dei ptãte in terris vicaria potitur. Ait enim non sine cã gladiũ portat Cur enim mini-

minister est uindex in iram ei qui male fecerit. Sed binam nobis impartitus est libertatem, liberauit enim credentes a seruitute peccati quoniam sine Christo nullum prorsus agere possemus bonum, inquit. Veritas sine me nihil potestis facere. Quod interpraetatus Augustinus dicit, nec parum boni, immo sine Christo omnes peccato deseruiūt, scribit enim Euangelista Qui facit peccatum seruus est peccati. Et iterū si filius uos liberauerit uere liberi eritis, Et ab onere legis Moysis nos exemit. Clamat Paulus. Christus nos redemit de maledictu legis pro nobis maledictum. Succi plena tua extant verba pater Phylotheae. Sed tuum Didymum aliquantisper sustineas precor. Qua ex causa Dauid dicit. Bonum est sperare in Domino quam sperare in principibus?

Qualis est pontifex. Rom. 13. Ioan. 15. Lib. de verbis. apost. Ser. 13. & 16 Lib. solilo. cap. 15. Ioan. 8. Ibidem. Galat. 3.

DY. Petiliani obiectionem tangis mi Didyme Quam sic explosit Augustinus. Nos in principibus minime sperare quin eos monere ut in Christo ipsi sperent tenemur, eis tamen iusta praecipientibus, tanquam Ecclesiae ministris obedire debemus.

Psalm. li. 7

## NOTVLA.

PHIL. Legito Augustinum super Ioannem, Homelia 102. libro de verbis Domini Ser. 6. ex Epistola ad Macedonium libro 11. super Gen. lib. contra literas Petiliani cap. 92. & 97. Et aequa lance librabis illud Matthaei cap. 19. Magister vester non soluit didragma hoc anno. Nam didragmatis censum capharnaum, & ipse persoluit.

Lib. contra literas petilin. cap. 97

## EX XIIII CAP. CONTRADICTIO. I.

Omne quod non est ex fide peccatum est.

QVEQVAE infidelium opera quia non sunt ex fide fore peccata docet Paulus dum dicit omne autem quòd non est ex fide peccatum est quo quidem fit, ut si Hebraeus seu Ethnicus pauperi petenti elemosinam eroget, peccare dicamus Attamen Lucas Apostolorum acta describens. Exemplo Cornelij Cēturionis oppositum nobis ostendit. Cornelius enim in Caesarea degēs vir erat Gentilis absque fide, quem tamen religiosum appellat, & eius opera Deo grata memorat. Ergo non omnia infidelium opera peccata censere debemus.

DY D. Acto. 10.

## SOLVTIO.

PHIL. Nolim te autumasse mi Didyme opera Corn. Cent. absq; fide

Lib. senten

tiarum pro speri. fide Deo grata fuisse Hoc enim non fuit sine omni fide ait August.

DY. Si fidem a Deo adeptus erat Cornelius, Cur ergo Petrum ex Ioppen accersitum voluit?

PHIL. Vt eum baptismatis unda perfusum, in fide confirmaret, & eius fidem augeret.

DY. Opera infideliũ peccata censenda fore opinatisne P. Phil.

PHIL. Nemo quidem, nisi penitus desipiat, ad hanc erroris abissum delabetur, ut opera Ethnicorum, (quæ bona nuncupare solemus) peccata esse dicat, nec non ieiunia, & elemosinas Iudæorũ, scelera uocitare audeat. Augustinus nempe inquit, sunt enim aliqua infidelium opera quæ non solum uituperare non possimus, immo merito iureq; laudamus. Sed apud Deum inania sunt. dum itaque Paulus dicit. Omne autem quod non est ex fide peccatum est. Augustinus ipse interpretatur. Quoniam omnis infidelium uita peccatum est, & nihil bonum vbi deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis. Igitur oĩa opera infidelium sunt peccatum, non in se, sed per quandam concomitantiam, concomitantur enim radicẽ omnium peccatorum, quæ est infidelitas. Hoc namq; pacto multoties quippiã criminosus ab omnibus extimabitur quia assidue societatem, & conturbenium alicuius infamis sibi delegerit. Et alibi Aug. idẽtidem sic intelligit dictum Apostoli omnequod non est ex fide peccatum est quia omnia opera infideliũ eis cooperantur in malum.

Lib. de spiritu & litera cap. 27. Psalm. 31.

Lib. 3. ad Bonifac. cõtra duas Epist. Pelagianorum capit. 5. Li. soloquiorum c. 28.

Nam in finetanquam Sterquilinium ipsi perdentur. In se autem opera illa nullatenus peccata extimari deberent.

DY. Nihilominus Christus dicit nõ potest arbor mala bonos fructus facere At infidelis arbor mala est, quò namque pacto opera eius bona esse quibunt?

Math. 7. PHIL. Non sunt bona gẽtilium opera apud Deum, sicut poma male arboris neutiquam Dominus grata sibi dicet, in se tamen mala non sunt. Et si mala ea diceremus hoc quidem erit quantum ex mala prodeunt arbore, quo etiam modo infidelium opera peccata dicimus quia ex radice omnium peccatorum quæ est infidelitas, exoriuntur.

DY. Sana uerba profecto sapientissime Philothea, uerum enim uero hmõi textus dilucidatio nihil ad intentionem Apostoli facere reos? Ait enim, tu fidem habes coram te ipso habe corã Deo, Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, Hoc est credulitatem quã quispiam habet de cibo sumendo apud semetipsum & apud Deũ habere debeat, Nam beatus est ille qui non offendit proximum in eo quod ipse laudat, &c. si dicat, si tu credis hunc ædere cibum tibi nocere non posse, uides tñ fratrem tuũ in hoc scandalizari noli coram illo comedere.

Ro. 14 calcem.

comedere. Et sequitur qui autem discernit si manducauerit, dânatus est quia non ex fide idest, si quispiam iudicat, de illo cibo non esse edêdendum talê habens credulitatem, & tamen comedit, damnationê incurrit, qm̄ contra propriam credulitatem ipse sibi cibum sumit. Et propterea. Apost. ponit rationem generalem inquiens, omne autem, quòd non est ex fide peccatum est. Hoc est dictum omne, ꝙ est cōtra propriam credulitatem quam uocamus conscientiam peccatum est. 1. Cor. 9.

PHIL. Vera sunt quæ narras, nec aliter sentiendum esse consulero, vt perspicuam textus intelligentiam sortiamur.

## N O T V L A.

Vide Augustinum, libro sententiarum Prosperi libro tertio ad Bonifacium contra duas epistolas pelagianorum cap. 5. libro de spiritu, & litera cap. 27. libro psalmorum Psalm. 31. Epistolar. 105. ad sixtum presbyterum Romanum.

His, qui manducat, non manducātem, non spernat. Et qui non manducat manducantem, non iudicet.

DIsperiam pater Phylotheæ si mitiorem unquam hanc pauli noxiam ex sacris didicerim literis, Ait enim ꝙ nemo sibi cibum deligere debet quin potius si quispiam sexta feria carnes comederit nullatenus spernat fratrem suum tali die a carnium Esau abstinentem, nec ille abstinens iudicet comedentem, & hoc quoniam carnes omni die comedere & ab earū esu, semper abstinere bono fine & recta conscientia effici poterit, nihilominus meum discrutiat animum, quia iam iā, sibi cōtradictorius Paulus ipse assurgit, inquiens, qui infirmus est olus manducet. Cum tamen de infirmo in fide ipse loquatur, ut ex primordio textus liquet. D Y D. Rom. 14. In principio.

PHIL. Allucinaris nempe contradictionem mi Didyme nā hæc duo Pauli dicta neutiquam cōtradicunt, quin primum dilucidet secūdum. Astruit quidem qui infirmus est olus manducet, ac si dicat, si aliquis debilis in fide, seu credulitate cōscientiæ, & carnes sexta feria edere noluerit, māducet olus, de quo certitudinē habere poterit ex lege. Ait enim Ecce quasi olera uirentia vniuersa dedi tibi. Hoc namq; pacto quicunque in manducando Christiana potiretur libertate, ut quē carnibus vesci ex fide delectat eis libere vescatur, qui vero ab earū vsu abstinere decreuerit ad libitū abstineat, unde Apostolus omne quod in macellum venit manducate nihil interrogātes propter conscientiā. Gen. 9. 1. Cor. 10.

DY. Vsq; a Deo hāc Pauli instōne oblectabar qđ nonulla excerpta Rom. 14.

1.Cor.5. ei connectebar clamat Apostolus, non est enim Regnum Dei esca, & potus, Et rursus esca autem non commendat nos Deo neque enim, si
1.Timot.4 manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus. est alibi, omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum
Titum.c.1. est quod cum gratiarum actione percipitur, & iterum omnia munda mundis coinquinatis autem & infidelibus, nihil est ualidum. Quamqdem institutionem a Christo Paulum didicisse euangelium ostendit,
Luc.10. Ait enim, manducate quæ apponuntur uobis. itidem nō quod intrat in os coinquinat hominem sed quod exit ab ore hoc coinquinat hominem quid ais Philothea, Laudas me?
Math.15.

PHIL. Laude digna, & ueritate plena hęc omnia esse nemo est ambiguat, quid ergo?

De consecratione, di stin.40.

DY. Cur itaq; Euangelica Chathedra tot cōsarcinauit pcepta de cimorū delectu. & laqueo noxę mortalis ad ea oīa adamusim seruāda illaqueauit. Ac si sanctitas in pisce, & peccatum in gallina consisteret.

PHIL. Obganire studes mi Didyme audi quæso, quæ euangelium & Paulus adnotarunt de ciborum delectu permissa quidem sunt non præcepta, ne credas Apo. authoritate Christi præcipere, ut unusquisque ad sibitum cibum sibi assumat, sed in Christiana libertate sinit ipse unum quemque bono fine, & recta conscientia gratum sibi eli
Ephe.5. gere cibum, uerum, rationabili iure concedimus, ut quæ uno tempore euangelium permissa esse uoluit.

Ecclesia quæ est sponsa Christi sine macula & sine ruga prohibeat, & eodem spiritu ab omnib. euitanda iubeat, si ergo euangelium cibo
Matth. 18. rum electum aliquando prohibito permisit, ecclesia alias tale permissum lege constrinxit cum nempe optemperare tenemur. Ait enim ueritas qui ecclesiam nō audierit sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. & iterum super cathedram Moysi sederuut scribæ & pharisei quęcun
Cap. ult. que dixerint uobis seruate, & facite cui adstipulatur Paulus ad hebręos
Li.4.de Simbolo ad cathecumi. dicens obedite pręposítis uestris & subiacete eis ipsi enim peruigilant quasi rationem redituri pro animabus uestris, & Augustinus. Nec habebit Deum in patrem, qui ecclesiam noluerit habere in matrem.
Cap.10.
Acto. 5.

D Y. Dii boni qd audio, eo ecclesie afficeris Philothea ut iā iā euāgelio obsistas. Nonne sanctiones ecclesię traditiones sunt humanę, nōne Petri authoritate sancitum est ut Deo magis quam hominib. obediamus. Cur ergo ecclesiæ præcipienti nos obedire asseris.

PHI. Precepta ecclesię hoc a Dei pceptis distāt, ut illa teneamur ad oīo seruanda, alia uero ad non contemnendum, & breuib. te absoluā. præcepta Dei oīno seruare debemus nec in eis aliqua cadit excusatio, inquit, Christus, si uis ad uitam ingredi serua mandata, præcepta ve-

ro

ro ecclesiæ tenemur ad non contemnendum, quoniam in eis quoquomodo excusatio cadere potest, ut si qs infirmitate detentus, in quadragesima non ieiunet, legitime est excusatus, si aũt ieiunia psoluere põt & nõ ieiunat palam ille quidem contennit, qui legitime facere potest & nõ facit Clamat .n. euangeliũ qui uos audit, me audit qui uos spernit me spernit. capis ne mi Didyme, Capio ac laud o Deo gratias. Mat.19.

NOTVLA.

DY. Legito Augustinum libro secundo, de sermone Domini in monte lib.4. de simbolo ad cathecuminos. c.10. lib. ad casulanum presbiterum. Epist.83 li. de dictis Basili: libro primo ad inquisitiones Ianuarii capitu.4. Et studiosius uideto libro eodem cap. primo. Augustinum dicentem. Cum Romam uenio ieiuno sabbato eum Mediolani sum non ieiuno. sic etiam tu ad quamcunque ecclesiam ueneris eius morem serua. Si cuique non esse uis scandalo. Matth. 10. Luc.10. Io.13.

*EX EPISTOLA PRIMA AD CORINTHIOS*
*Capit .I. Contradictio Vnica.*

Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Ad Corint.1.



VT PERFECTE conueniamus in eodem sensu, & in eadem sententia docet Paulus, qui tamen superius indulgentius loquens ait, vnusquisque in suo sensu abundet, quod enim unusquisque in suo sensu licite abundare queat, & omnes in eodem conueniant sensu longe distare hæc duo quicunque sanæ mentis arbiirabitur. DYD. Cor.1.

SOLVTIO

PHIL. Disparia disparibus proferuntur vocibus cum Paulus hæc tribuit credentibus indulgentiam ut vnusquisq; in suo abundare sensu valeat, de ciborum delectu differebat, fideles .n. adhortans ne in primitiua illa ecclesia manducans non manducantem, & non manducans manducantem spernendo iudicet, permissum eis esse uolens ut unusquisque pro libito bono tamen fine, & recta conscientia sibi cibum eligat. Dum uero in eodem sensu eademque sententia eos conuenire obsecrat, hoc porro efficit ad tolléda scismata in fide? Ait .n. obsecro autem uos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis scismata, & sequitur, significatum est Rom.14. 1.Cor.1. Et terzo 1.Cor.1.

est mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt chloes, quia cōtentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quòd unusquisque vestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ergo uero Cephę, ego autem Christi. diuisus, est Christus, nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Eos igitur obseruando hortatur. ut nullatenus Christi tunicham scindant, quia scriptum est, non scindamus eam sed omnes unanimes & uno ore unum cōfiteantur Christum, sane alibi ait omnes vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi.

Ioan. 19. Rom. 15.

## NOTVLA.

Vide Augustinum libro de pastoribus, libro de prædesti. sanctorū & libro Homeliarum super Ioannem Homel. 12. & 47.

## EX II. CAP. CONTRADICTIO. VNI.

Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Ad Rom. 2.

DYD. 1. Cor. 2.



PRINCIPES, & pharisei Christum Mesiam Deum fuisse nullatenus nouerunt teste Paulo. Nam si cognouissent ne unquam Dominum gloriæ crucifixissent, talis tamen ignorantia eos minime excusauit, quatenus August. declarat, ipse tamen Paulus ex consimili ignorantia se ipsum excusatum reddit dum dicit. Qui prius fui blasphemus, & persequutor & contumeliosus, sed misericordiam consequutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Mirū profecto ambo pari ignorantia in infidelitate permanserint & phariseis sua misericordia non peperdit Deus, Paulo vero gratiam impartitus est.

Serm. 7. & lectione Euag. Io. li. & de trinit. 1. Tim. cap. 1.

## SOLVTIO.

PHIL. Non te latere uelim mi Didyme, duo esse ignorantiarum genera. Est enim ignorantia quædam qua aliquis sic aliquid ignorat, ut nullo modo habeat unde illud scire posit, qualis est ignorātia pueri decedentis absque baptismate. Et eius qui nascitur ad ripas Nili. ubi Christum, nec uerbo neque scriptura discere valet. Quæ quidem ignorantia simplex & inuincibilis nuncupatur. Et testimonio Augu. excusat a tanto non a toto. Alia uero est ignorantia supina crassa seu affectata qua quispiam aliquid nescit habet tamē unde illud facile scire posit, talis namque phariseorum, nec non Pauli fuit ignorantia, utrique

Li. de natura & grat. cap. 4.

vtrique enim ex lege illud scire poterant quod ignorabant, præcipue Paulus ad gamalielis pedes nutritus. Et hæc quidem ignorantia peccatum est. inquit enim Paulus ignorans ignorabitur. Acto.22. 1.Cor.14.

DY D. Sed nodum contradictionis adhuc non dissoluis Philotheæ, peto enim, Cur Deus Paulo suam elargitus est misericordiam pharisæis autem eandem denegauit? Si ambo eodem ignorantiæ vinculo ligabantur.

PHIL. Quoniam Paulus in tali non permansit ignorantia, pharisei vero ignorantię tenebris inuoluti ad finem perseuerarunt.

DY. Nonne Christi agnitio fides est? Fidem vero nonne Dei donum appellat Apostolus? Igitur Deus ipse ignorantiam Pauli deleuit eum lumine fidei inspirando, phariseos autẽ in ignorantia dereliquit. Deus itaque Paulo misericordiam impartitus est, quia voluit, non ex eo ꝙ per ignorãtiã ipse peccasset náq;. Deus ipse iustus est, phariseos aut in ignorantię tenebris dereliquit quoniã ipsi illuminari nolebãt. Eph.2.

PHIL. Sed Dei inspirationi assidue obsistebant. Ait enim Lucas ore Stephani dura ceruice & incircuncisi corde vos semper restitistis spiritui sancto sicut & patres vestri. Psal.117.& 18. Roman.2. Acto.7.

DY D. Pueros omnes ex parentibus ortos Christianis ad inferna perpetuo damnari dixtin?

PHIL. Dixi, & redico iam, quoniam Augustinus eius damnationi adscribit dicens, firmissime tene & nullatenus dubites non solum homines, iam ratione vtentes sed & paruulos qui in matrũ vteris mo riuntur siue de matribus nati sine baptismate de hoc seculo transeunt, ignis ęterni sempiterno supplicio puniendos. Li. de fide ad Petrum 27.

DY. Qua noxa? Quoue peccato tantam passuri, sunt pœnam? Vt pœna sit ordinatiua culpę?

PHIL. Noxa originali, omnes enim per seminariam propagationem ab Adam descendentes in peccatis nascimur, & filij irę nuncupamur æterna digni morte nisi baptismatis vnda abluti renascamur, inquit Augustinus firmissime tene, & nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri, & mulieris concipitur in peccato nasci originali impietati subditum mortique subiectum. Apostolus nanque dicit, causati.n. sumus Iudęos, & Gręcos omnes sub peccato esse, & rursus, omnes in Adam peccauerunt. Et alio loco, eramus & nos natura filij irę. Lib. de fide ad Petrum cap.25.

DY. Iniquum ęsse arbitror infantes ex solo originali pari pęna puniri debere. cũm his qui multa secum detulere mortalia, etiam in pęnitentes & sine fide. Rom.2. Rom.10. Ephe.4.

PHIL. Mitiori ardebunt flamma. Immo mitissimam omniũ pœnam Ench.c.93.

nam

li.1.de pec cat.mer.& re.c.16.lib. 2. hyppo- no.5 pela- gianorũ cę lestina. nam eos persoluere ponitur Augustinus, damnabuntur tamen ignis ęterni pœna perculsi.

D Y. Sat habeo, sed emergit dubitatio de pueris nascentib. ad Ripas Nili. Ad quos nullatenus Christi nomen euolauit, & nec humana voce, neq; scriptura eius fama eorum insonuit aures, pium enim autumarem inuincibilem ignorantiam eos excusare.

PHIL. De istorum salute, bifariam disserere quimus, aut de possibili aut de facto, si de possibili loquamur, non me pudet asserere eos saluari posse.

D Y D. Quo nam pacto? Effare si libet, ardeo nempe, hoc Archanum addiscere.

PHIL. Si eorum quispiam bene viuere secundum legem naturæ posset Deus eum specialiter vocare, vel interne ad finem vitę spirando. Sicut illuminauit latronem in cruce pendentem. Aut mouendo

Luc.22. cum, ut ad fontem currens baptismatis unda interne ablutus, ab

Acto. originali purgatus renascatur, & vitam adipiscatur ęternam. Sic Cor-

Acto.15. nelium Centurionem inspirando mouit, ut Petrum ex Ioppem accersitum ad baptisma rogaret. Hoc pacto lidiam purpurariam fęminam deucolentem ipse monuit & cor eius aperuit Pauli verbis intenta in

Acto.8. baptismate mortem commutaret cum uita. Nec aliter Eunuchum reginę candacis inspirãdo cõpulit, ut a Philippo baptismũ expeteret.

Li. de fide ad Petrum cap.38. D Y. Si vero de facto ratiocinari velimus. Eos omnes cum Augustino damnatos dico. Ait enim August. Firmissime tene & nullatenus dubites, omnes homines qui extra ecclesiam præsentem finiunt vitã.

Math.25. Ioan.3. Mar.ultim. In ęternum ignem ituros, qui paratus est Diabolo & Angelis eius veritas profecto clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non poterit intrare in regnum cœlorum, & iterum. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui non crediderit condemnabitur. Nonne ignorantia illa simplex & inuincibilis iure eos excusatos reddere debere?

Ad fixtum 10. Epislo. 105. lib.de nat. & gra. cap.4. Esai.6. Rom.2. 1.Cor.14. PHIL. Minime debet. Quoniam huiusmodi ignorantia teste Augustino non ęst peccatum. Sed nescio quo iusto Dei iudicio nobis occulto datur a Deo homini in pęnam peccati. Et hoc est Deum hominem obcecare, idest nõ illuminare, sed deserere in his ignorantię tenebris Hoc quidem deprompsit. Apostolus dum dixit. Quicunq; enim, sine lege peccauerunt sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur.

D Y. Itidem ignorans ignorabatur. Non quiescam profecto, donec mihi attesteris, talem ignorantiam aliquo pacto eos excusare, negas ne pater Philothea.

PHIL.

PHIL. Quo nam pacto negare audeam, quòd ex Euangelio luce lucentius nobis eluceſcit? Ait Chriſtus ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis vapulabit paucis. Ob id Auguſtinus rite ſentit. dũ huiuſmodi ignorantiam excuſare tanto adſtruit? Luce. 12. Li. de natura & grat. cap. 4.

NOTVLA.

Vide Auguſtinum libro 1. de Trinitate ſermone de lectione Euangelij Ioannis libro de natura, & gratia cap. 4. lib. pſalmorum. Pſal. 10. 47. 118. lib. de fide ad Petrum. cap. 26. 27. & lib. Ench. cap. 93. lib. de peccatorum meritis, & remiſsione cap. 16. lib. 5. Hypponoſticon contra pelagianos & cęleſtianos libro de fide ad Petrum c. 38. & ad Sixtum Romanum Epiſt. 105. Necnõ vt rite callere valeas, phariſeos ex ignorantia craſſa in Chriſtum peccaſſe, porrige aures Petro clamanti, actuum capit. 3. Scio quod per ignorantiam feciſtis fratres ſicut & principes veſtri.

*EX III. CAP. CONTRADICTIO VNICA.*

Si quis ſuper ędificauerit, ſuper fundamẽtum hoc aurum argentum, lapides pretioſos, lignum, fenum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuper ędificauit, mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. 1. Ad Cor. 3.



HAC ASSERTIONE Paulum aſſerere videre' videor. Quempiam ſuper Chriſtum fundare poſſe opera vſque adeo digna igne, vt ea ignis comburendo expurget, & operans ſit ſaluus. At Chriſtus ex aduerſo in Euangelio nos docet, quod ille ędificat ſuper firmã petram (quæ ipſe Chriſtus eſt) qui dicit ſe velle conſeruare legem & eam (vt dicit) ex fide obſeruat, lex autem ſeruata in fide igne exuri non debet, quoniam ignis peccato paratur. Igitur ſuper Chriſtum non poſſunt ędificari a nobis opera igne expurganda. Cuius oppoſitum declarat Paulus. Quo me vertam neſcio pater Philotheæ, niſi tuę ſapientiæ lumine veritatis iter ſecernere queam. PHIL. Eo argute dubitas mi Dydimæ, tantaq; ſolertia ex ſacris literis contradictionem excerpis. ut vix reſponſa ti- DYD. Mat. 4. Luc. 6. 1. Cor. 10. Ioan. 5.

1.Cor.3. sa tibi præstare sciam. Nihilominus perpendas queso. August. in dilucidatione huius textus non mediocriter elaboraſſe. prius namque fal ſam quorundem commentationē ipſe repellit. Qui per aurum argentum & lapides precioſos, bona opera in fide per dilectionem operantem operata intelligunt, per lignum fœnum, & ſtipulam peccata mortalia, quæ quiſpiam in fide debili ac infirma operatur, intelligi debere volunt, aſſerētes illa peccata fundari in Chriſto, & licet per pœnitentiam hic delata non ſint, in alia tamen uita igne expurgabuntur, ut quamuis in mūdo ſcelerate uiuat nec pœccaſſe eum pœnituerit, dummodo in Chriſtum credat per ignem tamen ibi saluus erit.

Cap.2. Quæ quidem opinio duo adtulit comentitia & falſa primū eſt qđ peccata mortalia fundantur ſuper Chriſtum, ſecundum uero qđ peccata mortalia quæ nec efficiuntur venialia per pœnitentiā, ſed durantia ad finem uitæ cum finali impœnitentia, ibi remittantur ac ſi ſola fides ad ſalutem ſufficiat, cum tamen Iacobus oppoſitum ſentiat nunquid fides poterit eum liberare? quaſi dicat non, fides ſine operibus.

DY. Non iniuria hercle hanc opinionem exploſit Auguſtinus vndique erroribus eam repletam intueor ſed qualē ipſe huic textui adaptauerit dilucidationem ſcire ardeo pater Philotheæ.

Li.Ench.c. 67.li.21.de ciuita. Dei. c.20.& 21. Lib.Ench. ca.70.1.cā. cap.1. PHIL. Bifariam uerba Pauli interpretari conſueuit Aug. primo enim per aurum argentū & lapides precioſos bona opera in fide perfecta intelligenda cenſet. Quæ quidem ignis purgamine nō indigent per lignum fenum & ſtipulam peccata illa leuia & minuta ſine quib. præſens hæc uita eſſe non poteſt (ut ipſemet aperiendo declarat) quæ nos uenialia appellitamus. Et ſcriptura Ioannis dicentis, ſi dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, Auguſt. identidem concipit, per ignem vero tribulationes hu

Eccl.17. ius mundi nos intelligere docet. Quoniam ſcriptū eſt uaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tētatio tribulationis. Si huiuſmodi Auguſtini interpretationem admittimus, nulla eſt contradictio, quā excitaueras Dydime. Nempe euangeliū adſtruit ſuper Chriſtum ſolum bona operata in fide fundari debere, quod itidem Paulus ipſe ponit.

DY. Narra obſecro ſecundum Auguſtini interpretationem vt frugifera tua ſplendeat mineru a.

Lib.Ench. c.68.li.2.& ciuita. Dei cap.21. PHIL. Auguſtinus enim totum in doctrina Pauli ſeipſum colligens fatetur per aurum, argentum, & lapides precioſos, opera ex viua fidei radice exorientia intelligere, per lignū fenum, & ſtipulam, opera bona concommitantia crimina mortalia per pœnitentiam tamen effecta venialia per ignem purgatorium in alia uita nobis oſtēdit. ac ſi dicat Apoſtolus quod ſi quiſpiā fidelis ex fide bona operatur, & ex

fragi-

fragilitate aliqua committit facinora, quæ mox per pœnitentiam delet ad similia scelera, nullatenus delabi sperans, sed ad Dei misericordiam confugiens, ut non labatur iterum exorat. per ignem quendam purgatorium expurgatus saluabitur, merito fundamenti quod est Christus. Quod si talem verborum Apostoli intellectum esse arbitremur adhuc tua contradictio ruit. Quoniam peccata mortalia, quæ fidelis patrauerat, multis bonis admixta operibus, merito Christi per pœnitentiam effecta sunt uenialia. Ait. n. pœnitentiam agite appropinquabit in uos regnum cœlorum. Ex hoc pacto peccata ędificari super Chr. intelligit Paulus, Capis ne? Math. 3.

## NOTVLA.

Legito Aug. lib. Enchyr. cap. 66. 67. & 68. lib. 21. de ciuitate Dei capit. 20. 21. lib. psalmorum Ps. 37. & 80. li. de fide & operib. li. Homelia. 16. & pondera dictum eius de igne purgatorij li. de vera & falsa pœnitentia. cap. 17. Hic enim ignis & si ęternus non sit, miro tamen modo cruciat excellit enim omnem pęnam quam unquam aliquis passus sit in ista uita, q̄ si quispiam obganiens hunc librum nō esse Aug. dicere audeat, licet temere sit diffinire, adde tamen excerptum lib. 21. de ciuit. Dei cap. 24. Aliqui in Christo renati non vsque adeo male uixerunt. Vt Dei misericordia habeantur indigni. Nec tamen sic bene ut inueniantur tali misericordia non egere. Tales enim constat ante iudicij Diem per pęnas temporales, quas eorum spiritus patiūtur expurgatos ęterni ignis supplicio non tradendos. Hæc Augustinus ille.

## *EX V. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Ego quidem absens corpore, pręsens autem spiritu. Iam iudicaui, ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cū uirtute Domini nostri Iesu Christi. Tradere huiusmodi hominē Sathanę in interitu carnis. Vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. 1. Ad Cor. 5.

EXcommunicationem Paulus molitur in fornicatores tradens eos a sathana puniendos in corpore. D Y D. 1. Cor. 5. ca

PHI Quod quidē Christi dissoluere Euangeliū palā ostendit. Lucas n. scribit, qđ ciuitate samaritanorū nolēte Iesum recipere. Iacobus & Ioannes dixerunt, Domine uis ut dicamus ut ignis descendat de cœlo & consumat illos? Pit. 9.

Qui

Qui dixit eis nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Cur ergo Apostolus vitas hominum perdere intendit? Ac si Christo parere contemnat.

## SOLVTIO.

Eze. 18. A fine omnia denominari, ęquum esse arbitror. Dum enim discipuli ignem de cælo imprecantes, in Samaritanos descendere cupiebāt. Hoc effici volebant, vt ipsi perderentur, Christus autem peccatorum perditionem non diligit, quoniam scriptum est. Deus non vult mortē peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat, Cum vero Paulus flammigerum excommunicationis gladium euaginauit, non ad perditionem hoc efficit, quin potius, ut timor eis immitteretur, & a sceleribus resipiscerent. Quod quidem Euangeliū inhibuisse nullatenus comperire poterimus, quod autem hic finis ad excommunicationem Paulū impulerit, ex decursu textus limpidissime cernimus, Frameam nempe Anathematis in Hymeneum, & Alexandrum a fide apostatantes, vibrans, Apostolus ait, quidam circa fidē naufragauerunt ex quibus est Hymeneus, & Alexāder, quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare. Et est ut dicat non ut parcant, sed ut ab infidelitate quæ spiritus blasphemæ est, resurgant timore perculsi. Vsque adeo a nugis te alienū intueor, ut assidue sciēdi cupidine ī me dubitatio increbrescat.

1.Tim.1.

Aug.li.blasfemia spūs.

DY. Audi quæso si libet, Hoc mihi se offert dubiū quoniā Euangelica cathedra excommunicandi iura temere sibi arrogauit. Nam Christus nullibi eis concessit, quin ut omnes saluos reddere nitantur, & neminem perire sinant, ipse iubet.

Matt. 18. Ioan. 20.

PHIL. Ad hoc anathematizandi potestatem Apostolis Christus ipse retribuit ut timore perteriti fulminis ictu peccatorum illecebras abdicent, & in uiam salutis bona operātes in fide dirigantur. Ait enim si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & alibi. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remissa sint, & quorum retinueritis retenta sint. ligat enim, & soluit sacerdos dum peccata dimittit ut minister Christi vel non dimittenda iudicat. Ac ēt ut Aug. placet dū excōicat & excōicationis viculo innodatū absoluit.

Lib.3.de c. paruulo cōtra donatistas c.3.lib. de verbis Domini super Math. Serm. 16. Math. 18.

DY. Sed Euangelium ostendit excōicationem in quempiam ferri non debere nisi ille ex inobedientia contumaciam incurrat. inquit Christus si ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus, & Publicanus hoc est fidelium cōione abscissus, uerum ætate nostra innoleuit, ut pro leuissimo unusquisque sentētiam ferat excommunicationis, frequens enim est huiusmodi percussio in ecclesia Dei.

PHIL-

PHIL. Vera sunt quæ narras mi Dydime, nempe si omnes Pauli epistolas percuremus, ter tantummodo Apostolos excommunicasse, & pro graui ac enormi crimine comperiemus,

D Y. Quænam crimina, dic sodes pater Phylotheæ?

PHIL. Prima ad Corinthios publicos excommunicauit fornicatores, Et talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorē patris sui aliquis habeat, prima uero ad Thimotheum. Apostatantes a fide a fidelium communione excludens, sathanæ cruciandos in corpore tradit dicens, quidam circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymeneus & Alexander quos tradidi sathanæ, vt discant non blasphemare. Ad Galanthas autem falsam doctrinā populo fideli prædicantes, anathematizat, inquiens, si quis uobis euangelizauerit aliter quam euangelizatum fuerit, Anathema sit. Cap. 5. Cap. 1.

DYD. Libenter abs te discerem sapientissime Philotheæ. si omnes sacerdotii fungentes, munere, æqua excommunicandi gaudent potestate. Cam. 1.

PHIL. A Petro omnes dependere adstruit. Augustinus. ipse namque est episcopus episcoporum nec iniuria quidem, Et nāque singulariter dictum est, tu uocaberis Cephas. Hoc est Petrus, qui & firmus, qualis quidem firmitas antesignanum decet. Et rursus tibi dabo claues regni cœlorum. Nec non & alibi, pasce oues meas. Ob id. August. ipse concludit. illud idem nunc efficere ecclesiæ Christi excommunicationem, quod in ueteri testamento corporis interfractio agebat ibi. n. pro enormi crimine morte corporis dignus efficiebatur, qui modo eo de crimine fideliū cōtubernio priuatur. Ipse identidē asseuerat. Episcopum, & presbyterum pares esse officio, dignitate uero, & authoritate, longe impares. Ad Hyeronymum namque scribens, ait. Quamquam episcopus maior sit presbytero Augustinus tamen minor est Hyeronimo. Lib. Home. super Ioan. Hom. 2 4. Io. 1. Mat. 16. Ioan. 16. Li. quæsti. veteris. & noui testamenti, sup Deutero. quæstio. 39. Epistola ad Hiero. i. li. q. ueteris & noui testamenti. quæstio. 101.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro tertio, de baptismo paruulorum contra donatistas hęreticos capitulo tertio, de verbis Domini super Mattheū ser. 16. libro Homeliarum super Ioannem. Homel. 1 24. libro quæstionum ueteris, & noui testamenti, super deuteronomium, quæstione, 39. epistola ad Hyeronimum presbyterum libro etiam quæstionum, ueteris, & noui testamenti quæstione 101. nec non ponderat dictum Pauli, prima ad Corinth. cap. vltimo Anathema Maranatha abscisus, in aduentu Domini.

## CONTRADICTIO. II.

Nunc autem scripsi vobis non commisceri fornicariis, si is qui frater nominatur inter uos & est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax cum eiusmodi, nec cibum Sumere. 1. Ad Cor. 5.

Ioan. 15. Matth. 9. CHristus dicit, Exemplum meum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. At ipse cum publicanis, & peccatorib. edebat. Nihilominus Paulus præcipit, usque adeo scelerate viuentium conturbenium nos euitare debere, ut nec cum eis cibum sumamus. Quis enim non obstupescat, dum Paulus contra Christi normam nos illaqueare discernat?

## SOLVTIO.

PHIL. Dixi iam, en audisti Dydime, hominum acta debito fine nos metiri debere, quoniam potior actus moralis circunstantia finis extat. Christus itaque cum publicanis, & peccatoribus manducabat, ut eos ad pęnitentiam redigeret. Ait enim non ueni uocare iustos, sed
Matth. 9. peccatores ad pęnitentiam. Et hoc fine licet quidem prophanis commisceri, neque hoc prohibet Apostolus, sed Christicolas impie scelerateque viuentes nos euitare docet, eos inquam de quibus nulla est spes conuersionis. Et quos obstinatos in facinoribus clare nouerimus.

DY. Edissere, si libet, Philotheæ. An fratres inordinate viuentes nos euitare debere alias ipse Paulus edocuerit nec ne.

2. Can. 3. 2. Thessa. 2 capit. PHIL. Ad Thessalonicenses inquit Apostolus denunciamus uobis fratres in nomine domini, vt subtrahatis uos ab omni fratre in ordinate ambulante. Et ibidem si quis non obedierit uerbis nostris per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Alibi vero idem firmat dicens, erunt homines sese amantes elati cupidi, superbi, blasphemi parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatum amatores, magisquam Dei, habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem abnegantes, & hos deuita. Ibidem, Alexander Erarius multa mala mihi præstitit, quem deuita. Et alio loco. Hæreticum hominem post vnam & secundam monitionem deuita.

2. Timote. cap 3.

Tit. c. 3c.

2. Tessalo. ni. c. 3o. DY. Sed quid sibi uolunt illa uerba Pauli. Non capio. Dum enim inobedientes Euangelio euitandos docet. Infert, nolite tamen quasi ini-

inimicum existimare illum, sed corripite, ut fratrem. Nam quod quispiam cum illo commisceri non debeat, & tamen eum vt fratrem corripere teneatur, non mediocrem nobis ingerit difficultatem.


PHIL. Non ab re dubitas. audi tamen quid Augustinus dicat. Nolite quasi inimicum existimare illum. Hoc est nolite in eum irasci iracundiæ perniciæ, sed amate eum & ex amore charitatis corripite eum vt fratrem, quod si non corrigatur, tanquam fumosus euitandus erit, amorem tamen ab eo nullatenus subtrahere debemus, quia scriptum est. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Psal. 53. Leui. 19.

## N O T V L A.

Videto Augustinum li. 7. de Baptismo paruulorum. libro cõtra Faustum. 20. libro Psalmorum. Psal. 54. & 72. li. quæstio. ueteris testamenti. Deutero. cap. 29. & tenui vngue deligas dicta Pauli. Pri. ad Thessalonicenses capitulo 5. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, uidete ne aliquis alicui malum pro malo reddat, quæ omnia Augustinus Identidem intelligenda esse autumat lib. de fide & operibus, libro de natura & gratia capit. 16. de his, quos ad pœnitẽtiam posse redduci speramus, & nullatenus ad obstinatos, hæc caritatis officia exercenda sunt.

## EX VI. CAP. CONTRADICTIO. I.

Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui aũt fornicatur in suũ peccat. 1. Ad Cor. 6.



NVLLVM peccatum corpus peccantis offendere adstruit Paulus, Fornicationem uero corpus & animam simul demolliri scribit. Nihilominus Paulus ipse ebrietatem admodum detestatur dicens Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Et hæc quidem corpus eneruat. scribitur nempe de Gulosis. Hi sunt epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a ventis circumfertur. hoc est, ebrietates sectantes, sunt & ipsi maculati, & alios maculantes undique peccatorum uentis agitantur, uelut nubes quæ rore carent. Igitur non sola fornicatione humanum languet corpus, sed etiam gula. Ephe. 5. Prouer. 20. Iude Apostoli epist.

SOLVTIO.

PHIL. Nunquàm hoc ignoraui, quòd tria peccatorum genera corpus humanum eneruare solent, qualia quidem sunt fornicatio, gula, & auaritia. Si autem Paulus solum fornicationem corpus fornicantis dirimere asseruit. Hoc specialiter intelligendum esse reor. tum quia radicale humidum ex frequenti fornicatione exhauritur, & humanũ corpus labascit, nam animalia nimis coeuntia citius senescunt. Tum quia fornicator corpus proprium in alterius seruitute exponit. Ait.n.

1. Cor. 6. Apostolus, an nescitis quia qui adhæret Meretrici unũ corpus efficit?

DY. Bellus homo es me Hercule, sed unum mihi in mentem uenit quod si cuiuspiam offendat aures, ueniam peto, nõnunquam opinatus

1. Cor. 7. sum fornicationẽ ualde humano corpori conducere Paulus. n. dicit, melius est nubere quàm uri, ex longa itaque seminis retentione. ultra id quod debet humanus sanguis efferuet. Et languescẽs corpus exuritur, quod quidem postea per fornicationem refrigeratur Quid pater Philotheæ.

PHIL. Vtinam quempiam mecum ridẽtem haberem. An Sophisticas ne portunitates euadere nescis? arrige aures Didyme, talpa pro-

Exempla. fecto cæca dicitur, non secundum quod talpa. sed inquantum animal. cõsimiliter vinum pannum balneat, & manus hominis infrigidat, nõ enim in eo quod uinum, verum in eo quod corpus fluidum & humidum, sic etiã fornicatio corpori humano refrigeria aliquando præstat, non inquantum fornicatio, sed inquantum ipsa est coitus species, non solum qui fornicatur carnis stimulum comprimit, sed magis qui uxori coniungitur. Quamobrem uxorem ducas, ut tuo conducas corpori, & animã quæ pluris est ad tartara non demergas, inquit Paulus, unusquisq;

1. Cor. 7. suã, uxorem habeat & unaquęque suum uirum propter fornicationẽ.

DY. Sacerdos sum, ob id vxorem ducere prohibeor.

PHIL. Abstineas ergo.

Rom 7. 32. dist. ea placuit 37 ca. presbyteris Cap. 8. li. 10 confessio. Lib. 2. de adulterinis coniugijs. capit. 20.

DY. Abstinere nequeo, & tamen uellem, nempe uelle adiacet mihi, perficere autem non inuenio.

PHIL. Rog. vt possis, clamitat nẽpe sapiẽtia, & cũ sciui quod nõ possũ esse cõtinẽs, nisi Deus det. Adij Dñm, & deprecatus sũ eũ. Et Aug. eius imitatus voces dixit. Dñe cõtinẽtiã iubes, da quod iubes, & iube quod vis.

DY. Milies rogaui. nec exaudiuit me Deus quid faciam miser?

PHIL. Tu te decipis mi Didyme, si enim sæpius in fide rogasti, continens esse potes, si uoles, ait Augustinus.

DY. Quid si me impotentem experiar?

PHIL. Tu deciperis, uideiam, si populi totius violentia ad castitatem seruandam cogereris, mortis terrore perculsus, non ne ab omni ueneris excitatione abstineres?

DY.

DY. Equidem ui abstinerem ut mortem effugerem.

PHIL. Ergo potes, corporeæ mortis timore incusso. Cur ergo te impotentem excusas? Facilius enim poteris. Deo adiuuante, ne æternæ mortis damnationem incurras.

DY. Age ut possim, an non? Deus scit, sed non ne satius esset nubere quam vri?

PHIL. Nequaquam, Ait enim Apostolus bonũ est eis si permanserint sicut & ego. Nam quantum ex Augustino didicimus, nuptijs ipse copulatus non erat, sed matrimonio coniunctus fuerat in castitate viduali Christo deseruiẽs, secundum beati Ignatij opinionẽ in Epistola ad Ephesios. Quamuis beatus Ambrosius sermone de Paulo, eũ virginem prædicet. Et rursus blandis uocibus clamat Apostolus, bonum est homini mulierem non tangere, & iterum mulier innupta cogitat quæ Domini sunt quo modo placeat Deo, mulier nupta cogitat quæ domus sunt, quomodo placeat uiro. Lib. de viduitate lib. de gratia & lib. arb. ad Valẽtinum lib. de bon. perseuerantie. 1. Cor. 7.

DY. Paulus enim neutrum ibi Christi authoritate præcipit sed ad utrunque consilium præbet, dicit enim de uirginibus præceptum Domini non habeo consilium antem Do. Solo igitur ecclesiæ præcepto nos sacerdotes ad matrimonium illegitimi effecti sumus notant patrum decreta, nullum facere Diaconem Episcopi præsumant, nisi qui se castum promiserit. Nonne magis populo fideli conduceret, ut Euangelica Cathedra sacerdotes libertate donaret. Et præceptum illud rationabili causa exploderet? 1. Cor. 7. 28. di. cap. nullum.

PHIL. Oremus in pace Ecclesiæ ut fiat in nobis Dei uoluntas, nos enim homines sumus? Ob id nescimus sæpius quid petamus. Matth. 6.

## NOTVLA.

Vide Augustinum libro quæst. ueteris, & noui testamenti quæst. 127. lib. quæst. leuitici 8. lib. Psalmorum Psalm. 57. lib. de adulterinis coniugijs. cap. 20. lib. de uiduitate, lib. de gratia, & lib. arditrio ad Valentinum lib. de bono perseuerantiæ.

## CONTRADICTIO II.

### Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

MVlta homini nõ licere docuit Christus. Dum. n. Pharisæi expeterent, an liceat uiro libellum repudij dare uxori? Respondit, nullatenus licere, ni ob fornicationem, uxorem dimittere. Et cum rursus eum interrogarent, an liceat tributum dare Cæsari dixit non licere alicui tributum ei denegare. Nec aliter Euangelium ex præcursoris DY D. Matth. 19. Matth. 22.

1.Cor. 6.& 10. edicto clamat in Herodem Antipam dicens, non licet tibi ducere vxorem fratris tui. Nihilominus, Paulus omnia sibi licere asseruit, quamuis multa ei non expediant, mirabile dictum, vt Christus non omnia homini licere sentierit, Paulus uero omnia sibi licere dicere non vereatur.

SOLVTIO.

PHIL. Si quis verba Pauli sicco vestigio transire disponat, facile in erroris abyssum delabetur. Non equidem tantum sibi arrogat Apostolus, ut omnia facere, sibi licere præsumat. soli enim Deo quodcunque voluerit facere licet. Ait enim. An non licet mihi facere quodcunque volo? Dum itaque huiusmodi deprompsit verba, de ciborum delectu differebat, ac si diceret, omnes cibi mihi conueniunt, & nullus ciborum diuina lege mihi inter dicitur, tamen non omnes cibi mihi vtilitatem afferunt, quoniam si ex alicuius cibi esu frater meus scandalizatur, profecto ille mihi non conducit, quin valde nocet, talem verborum intellectum ex decursu textus elicit Augustinus, subdit nempe Apostolus. Omnia mihi licent, Sed ego sub nullius redigar potestate, Esca uentri venter escis. Deus autem hunc & has destruet, hoc est de omnibus cibis Edere mihi licet. Verum nullius cibi efficiam me seruum cum proximi scandalo, quamuis enim esca ventri debeat naturaliter, & venter escis, nihilo sectius cum aliquis cū fratris sui scādalo comedit, Deus destruit ventrem & escas. Et alibi ait. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, inferens, omne quod in macellum venit mā ducate, nihil interrogantes propter conscientiam quod est dicere mā ducate de omnibus carnibus, quæ in macello venduntur. Nec aliquid de ciborum delectu discutiatis propter conscientiam adstantium, ne eis ex ciborum esu scandalum inferatis.

Matth. 20.

Lib. de moribus Eccl. c.35 ad Pollentiam.

1.Cor. 6.

1.Cor. 10.

DY. Non me latet profecto, talia literarum præsudia nos exercere, vt dicamus, neminem ad temporale ieiuniū diuino iure obligari. Hoc enim innuit Apostolus. Dum dixit omnia mihi licent. Et Augustinus declarat ad Casulanum scribens. Quibus autem diebus non oporreat ieiunare, & quibus oporteat præcepto Domini, vel Apostolorum, non inuenio definitum, cur ergo Euangelica Cathedra nō ad ieiunia quadragesimalia, ac temporalia illaqueauit?

1. Cor. 6. & 10.
Epist. 86.

PHIL. Augustini monimenta tibi ad mentem ducam mi Didyme, nec aliud cuipiam consulendum censeo. Ait enim in his rebus de quibus nil certi statuit scriptura diuina, mos populi, Dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et subdit identidem. Episcopo tuo in hac

Epist. 86. Ad casulanum.


in hac re noli resistere, & quod ipse facit sine vllo scrupulo vel disceptatione sectare. Et iure quidem. Nam Christus dicit. Qui Ecclesiam non audierit sit tibi tanquã Ethnicus & publicanus. Et alibi, qui vos audit me audit, qui uos spernit me spernit. Mat. 18. Mat. 10. Lucæ. 10. Ioan. 13.

N O T V L A.

Legito Augustinũ libro de moribus Ecclesiæ, cap. 33. libro ad Pollentiam, ad Casulanum Epistol. 86. & libro primo ad inquisitionem Ianuarij capitulo primo.

*EX VII. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.*

Si quis frater vxorem habet infidelem. Et hæc consentit habitare cum illo non dimittat illam. Ei si qua mulier habet virum infidelem Et hic consentit habitare cum illa non dimittat illum. 1. Cor. c. 7.



SVADERE credentibus enititur Paulus. Talem nos a Domino indulgentiã consequutos ut maritus fidelis & vxor infidelis, consimiliter uxor fidelis, & vir infidelis cohabitare licite valeant. verum oppositum præcipere ostendit, dum dicit. Siquis non obedierit verbis nostris per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cũ illo, quod itidem Ioannes Apostolus verbo firmauit, inquiens, siquis venit ad vos & hanc doctrinam non affirmat, nolite eum recipere in domo nec Aue ei dixeritis. Infideles autem omnes Christi doctrinam respuentes, Euangelio non obediunt, ergo cum eis fideles minime conuersari deberent, nec fidelis cum infideli cohabitatio licita conceditur. D Y D. 2. Thess. c. 3 2. Can. c.

S O L V T I O.

PHIL. Nullam nempe Apostolica scriptura patitur contradictionem. Dum enim præcipit cum infidelibus fideles non cõmisceri, nec Aue eis dicere, neque grata præstare hospitia, de obstinatis in infidelitate ipse decernit, de quibus, vt conuertantur nulla porro fidelibus remanet spes, cum vero suadet. Apostolus coniugibus cohabitationẽ quorum alter ad fidẽ euolauit. Alter vero, in infidelitate perstitit? Tũc licere adstruit, qñ per fidelẽ cõiugẽ, infidelis saluari poterit. Aug. lib. de natura & grat. c. 16. lib. de fide & operib. Exempla.

Hoc namque pacto Sysinius per Theodoram uxorem, quæ Christum amplexata fuerat, ad fontem cucurrit, Romæ, clementis tempore, sic Cecilia virgo Christi Valerianum virum infidelem ad fidem traxit. qui ut fertur a sene Vrbano Baptizatus fidem ad finem seruauit. Et
1. Cor. 7. hunc esse finem huiusce cohabitationis ostendit Paulus dicens, sancti
1. Cor. 7. ficatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem. Et sanctificata, est mulier infidelis, per uirum fidelem. Hoc est sæpius contingit, quod uir efficitur sanctus & mundus a peccato per vxorem: Et nonnunquã uxor infidelis infidelitate explosa, uiro fideli suadente & ipsa sancta efficitur per fidem. Et subdit, Vnde enim scis mulier si uirum saluum facies, aut unde scis vir si mulierem saluam facies? ac si dicat unus alterũ expellere non deberet. licet cultus disparitas uos possideat, quoniam tu vir ignoras, an te ut instrumẽto vtatur Deus ad uxoris tuæ conuersionem pariformiter & vxor ipsa ignorat.

DY. Sed verba. Paulo alio tendunt, uolens enim ipse huiusce co-
1. Cor. 7. habitationis fructum patefacere, inquit. Aliqui filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Et est ut dicat, debetis simul cohabitare, ut gignatis filios, sanctos, idest mundos per baptisma. igitur fidelis, &
2. Cor. 6. infidelis, matrimonialiter commisceri possunt, ad liberorum propagationẽ. Et tamen fidelem cum infideli contrahere prohibet Paulus, dicens Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio lucis ad tenebras? aut quæ pars fidelibus cum infideli?

PHIL. Sub obscura Pauli dictata facile sacros codices non callentes ad errorem inducunt. Audi quæso Didyme: non loquitur Paulus de liberis gignendis, sed de filiis genitis. Et eius verborum intellectus talis extat, si vir fidelis dimittat uxorem infidelem, uel uxor fidelis uirum infidelem cohabitare volentem, filii quos ipsi genuere, efficientur infideles, sequentes partem maiorem, Nam infidelium numerus tunc temporis fideles satis excedebat, si autem pacifice cohabitare disponant filii geniti ab eis, ad baptisma facile confluent. Altero parente eorum fidem per baptisma procurante altero uero adhuc consentiente, sicut in cohabitatione, & ipse consentit. Namque si fidelis, & infidelis matrimonialiter commisceri posset, inter infideles matrimoniũ celebraretur, quod non concedit Paulus, ait enim, sacramentum hoc magnum est, dico autem in Christo, & in ecclesia.

August. ad polentiam, & in epist. ad publicolam.

Ephe. 5.

Gen. 41. DY. Nihilominus scriptura laudat connubia nonnulla. Quibus fideles cum infidelibus coniuncti sunt Ioseph enim fidelis Ansench filiam Phutiferis matrimonio sibi copulauit, Hester autẽ fidelis Assue-
Hester. 2. ro Ethiopiæ Regi desponsata est. Et ipse legislator Moses filiam Ietro
Exo. 4. sacerdoti Madian qui gentilis erat in uxorem delegit, quo fit ut uidens

dens illam pueri circuncisionem in uirum suum, inuecta dixerit, spon sus sanguinum tu mihi es.

PHIL. In lege naturæ ac Moysis fidelem cum infideli contrahere non erat prohibitum, nisi cum alienigenis de semine Chanaam, Euangelium uero sine fide Deo placere neminem posse, asserens, talia inhibuit connubia. Esdre. li. 1. Ca. 9. & 10.

## NOTVLA.

Vide Augustinum libro de natura & gratia cap. 16. libro de fide & operibus Epistola ad publicolam. ad Pollentiam lib. 3. ad Marcellinũ legito libro de Heresib. c. 26. ubi Augustinus ipse declarat, qualiter au thores secte cathafrigum extitere, montanus tanquam paracletus, & prisca & maximilla uelut prophetissæ quæ secundas nuptias spernebāt & lib. eodem. cap. 82. Iouinianorum sectam a Iouiniano quodam monacho originem traxisse patefacit, Qui Mariç uirginitatem destruere impie enitens, matrimonium uirginitati præponebat.

## *EX VIII. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Scientia autem inflat. charitas vero ædificat. 1. Ad Cor. 8.



I scientia inflat (vt ait Paulus) cur inter dona spiritussancti eã ipse enumerat? dicens. alii quidẽ per spiritum datur sermo sapientie, alii autem sermo scientię secundum eundẽ spiritum, ac si spiritus qui Deus est, tanti mali in homine Authør esset ut ei aliquid quo ipse inflaretur, tribueret. Quorsum ẽt ignorantiã vsque adeo ad terram deiecit, ut asserere neuti quam dubitauerit. Ignorans ignorabitur? & rursus ignorantiam dete status, aiebat, eius causa ad peccatum infidelitatis se delapsum, dum Christi Ecclesiam impie persequeretur. Cur Petrus itidem in tantum indoctos vituperatur, ut eos peruersores sapientiæ appellare non ex timuerit? inquiens in epistolis fratris nostri Pauli sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles homines peruertunt, sicut & cœteras scripturas, ad suum proprium interitum. 1. Cor. 8. 1. Cor. 15. 1. Cor. 14. 1. Timot. 1. 2. Can 3.

## SOLVTIO.

PHIL. Duo scientiarum genera nos uenamur. Est enim scientia quædam humanitus acquisita per demonstrationem tanquam per instru- Aug. lib. 2 de doctri-

na Christi cap. 19. 20. strumentum sciendi. Quales nuncupare solemus Grammaticam, Phisicam, & his cognatas notitias. Extat & alia diuinitus inspirata cognitio qualem namque Theologiam vocitamus, idest de Deo ratiocinationem teste August. de qua Paulus ad Timotheum omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Hæc autem scientia semper a Deo homini infunditur fide & charitate socia ob id aliquando sapientia appellatur. ait enim Ecclesiasticus, sapientiam dat Deus diligẽtibus se. Cui adstipulatur Baruch propheta inquiens. Tradidit eam Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Quandoque intellectus nominatur. Dauid enim petit a Domino, dicens. Da mihi intellectũ & scrutabor legem tuam. Intellectum nempe quem humanæ animę virtutem quandam naturalẽ dicimus. Dauid ipse habebat: quid ergo a Deo exposcebat? Nisi notitiam claram altissimarum causarum charitate comite: quæ sapientia dicitur, & hæc est fides quæ per dilectionem operatur. Hoc totum expressit Salomon, ait enim, in animam maliuolam nõ introibit sapientia: & radicalem rationẽ apponere facile valemus: quoniam sapientia est fides quæ per dilectionem operatur: qualem namque in animam maliuolam subingredi neutiquam cerneremus: nec habitare quibit ipsa in corpore subdito peccatis.

2. 34. li. 8. de ciuitate cap 1. Cap. 1. Psal. 118. Gala 5. Sapient.

1. Cor. 12. D Y D. Demiror profecto. Quorsum Paulus donis spiritus sancti scientiam aggregauit. Si eam homo ex vi naturalis intellectus humanitus adipiscitur? quo nanq; pacto spiritus scientiam infundit: si eam homines longo a discunt studio?

PHIL. Scientiam absq; charitate naturaliter sibi quispiam comparare poterit: & hæc nõ est spiritus donum, sed inflat. Audi Paulum. scĩetia inflat: charitas vero ędificat. Hanc Plato Achademicus. Zeno, stoicus, Aristotelesq; peripateticus, sibi vendicarũt, & Paulus clamat. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam: secundum traditiones hominum scientia vero charitate comite, donum spiritus est, quæ hominem rigidum non reddit: nec in sublimitate sermonum decipere tentas.

2. Cor. 9. Coloss. 2.

D Y. Nec adamussim dubietatem omnem hactenus explosimus pater Philotheæ.

PHIL. Quid ne age exprome dubium.

1. Cor. 12. D Y. Si notitiam cum charitate scientiã definimus, & illud idem est sapientia. in quo ergo differũt hæc scĩa q̃ est donũ spiritus. & sapiẽtia ipsa nẽpe inter eas Paulus discrimen apponit Dũ dicit. Alij datur sermo sapientiæ. Alij vero sermo scientiæ secũdum eundem spiritum.

PHIL.

PHIL. Non te lateat mi Dydime.ſapientiam duas ſortiri partes, prima enim eſt cognitio altiſsimarũ cauſarum cum charitate,& hæc proprie ſapientia nuncupatur. Eſt alia notitia rerũ ſublunarium charitate comite,& hæc ſcientia in ſcripturis nominari cõſueuit: quæ eſt donum ſpiritus:ſi uero charitas eam nõ concomitetur,turgida,& humana dicitur,& penitus inflat, audi Paulũ. In Chriſto enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Coloſ. 2.

## NOTVLA.

Legito Auguſtinum libro Homeliarum ſuper Ioannem Homelia 27.lib.de gratia & libero arbitrio ad Valentinum cap.41.lib.2.de doctrina Chriſtiana cap.19.& 20 lib.8.de ciuitate Dei cap.1.Et mente animove ſæpius illud eccleſiaſtici euoluas capit.1. Omnis ſapientia a domino Deo eſt. Et cum illo fuit ſemper,& eſt ante eum. Qui tamen non dixit:omnem ſcientiam a Deo eſſe. Nam multæ ſunt ſcientiæ ab hominibus phantaſmata ſpeculantib.acquiſitæ,ut habetur.3.de anima.Ca.30.& 39.Quę quamuis nimio partę ſint labore:earum ſectatorçs ad baratrum impellunt erroris.Quas pueros parentũ iuſſu pręcauere conſulerem:non quia nõ legerim,ſed quoniam nonnunquam venena ebiberim,& achonita(Summo ore tamẽ)deliberauerim.Hoc Paulus conſulto deprompſit ad Coloſ.ſcribens. Videte ne quis uos decipiat per Philoſophiam,& inanem fallaciam. Cap. 2.

## CONTRADICTIO II.

Si eſca ſcandalizat fratrem meum,non maducabo carnes in æternum,ne fratrem meũ ſcandalizem.

EO vſque ſcandalum euitandum nobis ſuadet Paulus,ut quamuis carnes comedere ei liceat.Si tamen ex earum eſu fratres ſcandalizari,& ipſe expertus fuerit,in æternum carnes ſe non comeſturũ ſpõponderit.Verum enim vero tãtĩ eſſe ſcandalum nos docuit Chriſtus. Quin illud ſpernendum iuſsit,dum Apoſtoli dicerent:ſcis quia phariſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt:dicens ſinite eos cęci ſunt & duces cęcorum Dij boni quàm importune arguat Paulus ut iugum grauius quàm Chriſtus humeris noſtris impoſuerit & ipſe imponere non erubeſcat.

## SOLVTIO.

PHIL. Paulo detrahere deſine quæſo Dydime.Vas enim eſt electio- Act. 9.

ſtionis,& nomen Domini in veritate ad nos ipſe detulit. Te ſcire ſcio duo eſſe ſcandali genera: quodam eſt acceptum & non datum,& pharisęorum nominare illud conſueuit Auguſtinus,ut ſi aliquis ſcandalizatur in eo,quod quiſpiam neceſsitate naturæ uel iure mandante efficere tenetur: Hoc nanque pacto ſcandalizati ſunt phariſei,Chriſto dicente. Non quod intrat in os coinquinat hominem,cum tamē iure dicere debuerit,ut normam electis tribueret ad ſalutem. Cibus enim Adam non maculauit,ſed inobedientia,ait Auguſtinus. Aliud vero eſt ſcandalum datum, quando aliquis nullà iuris aut facti neceſsitate impulſus aliquid efficit,ex quo frater eius ſcandalum haurire poteſt. Dum itaque Chriſtus ſcandalum nō curandum edocet, de phariſeorum ſcandalo loquitur: accepto ſcilicet & nullatenus dato. Cum uero Paulus omnino ſcandalum euitandū perſuadet, de ſcandalo dato ipſe ędiſſerit. Hoc nanq; ex literæ decurſu lucentius luce elucеſcit: Ait enim, eſca autem non commendat nos Deo. ſubdens. Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis,quam quidem veritatem calcatius delibauit Apoſtolus,ad Romanos ſcribens. Non eſt regnum Dei eſca & potus, addens, ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum: neque in quo frater tuus offenditur aut ſcandalizatur, aut infirmatur, ac ſi aperte dicat, nō delabitur quiſpiam ad peccatum ex cibo, ſed quoniam cibum ſumens fratrem ſuum ſcandalizari pro comperto & ipſe habet, grauiter peccat.

Lib. Ho. 11. ſuper Ioan. Ho. 80. Gen. 1. Rom. 5. Lib. 1. contra Iulianū cap. 2. 1. Cor. 2. Cap. 4.

DY. Cur Chriſtus annuum didragmatis cēſum ad ęuitandū ſcandalum exoluit. Dum Petrum alloquutus aiebat. Petre ne ſcandalizemus eos: vade ad mare, & capti piſcis ore reſerato,inuenies ſtaterem illum ſumens ſolue pro me & pro te. Si enim cenſum nō ſoluiſſet, datum aut acceptum ſcandalum illud appellari debuiſſet? aperias mihi aperias mihi quæſo pater Philotheæ ſi libet.

PHIL. Nempe perniciosum ſcandalum. Chriſtus ipſe patraſſet, nam nulla neceſsitate ductus,imperatori tributum negare debuiſſet, & ſi filius regis erat: exactoribus non innotuerat: ſi paupertate premebatur: non inuitus tamen quia mare & uenti ei obediunt.

## N O T V L A.

Matth. 17. Vide Auguſtinum libro Homeliarū ſuper Ioannem Homilia 70. lib. de uerbis domini,ſermone 16. lib. 1. contra Iulianum capitulo ſecundo, & pondera illud Euangelium Matth. 26. Veh homini illi per quem ſcandalum uenit,& uelut anguem ueuenó trucidantem ſcandalum euadere enitere fili.

## EX IX. CAP. CONTRADICTIO VNICA.

Si nos spiritualia seminamus, magnum non est si nos carnalia vestra metamus? 1. Ad Cor. 9.

VErbi Dei denunciatores ad uitæ necessitatem stipendia a fidelib. sumere, fidelesque eis necessaria ad uictum & uestitum præstare debere ponit Paulus. Qui rursus ad Rom. scribens ait, quod si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis, uerum enim uero oppositum ab eo colligimus, dum ipse usque adeo manibus laborandum esse docet, ut in hæc prorumpat verba, qui non laborat nō manducet. Ad quod sui, & sociorum exemplo apponens inquit. DYD. Cap. 15. 2. Thess. 3. 1. Thess. 2. 1. Thess. 2.

Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panem manducauimus ab aliquo; Sed in labore & in fatigatione nocte, & die operātes ne quem uestrum grauaremus, concionatores itaque populos fideles grauare neutiquam deberent, sed manibus proprijs scirpeas fiscellas seu artem aliquam exercere tenentur.

## SOLVTIO.

PHIL. Satis superque satis laborant, qui verbum Dei tempestate nostra declamatorie fidelibus porrigunt, expertus experto credas bonę Dydime, quod si Paulus manibus laborandum iubet hoc quidem effecit non quod ipse cæterique uerbi Dei seminatores potestate hac non potiantur, ut. s. necessaria uitæ a populo exposcant, ipsiq; eis pręstare tenenantur, ait nempe, non quasi non habuerimus potestatem. & ad Corinthios clara uoce intonat, nunquid nō habemus potestatem manducandi & bibendi? Lex nanque iubet, non alligabis os boui triturāti. Et Christus indulget, dignus est enim operarius mercede sua, quin potius tale præbuit dictum, ut pseudoapostolos domos uiduarum expoliantes, & copiosa subtrahētes munera cohiberet, ob id ad corinthios huiusmodi præcepti causam assignat, dicit, quod facio & faciam, ut amputem occasionem. Et ad thessalonicenses. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquiete nihil operantes, sed curiose agentes, his autem qui eiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in Domino Iesu, ut cum silentio operantes suum panem manducent. Et rite monuit eos Apostolus, quoniam scriptum est, in sudore vultus tui uesceris pane tuo. Et Dauid canit labores manuum tuarū 2. Thess. 3. 1. Cor. 9. Deute. 25. Matth. 10. Luc. 10. 3. Cor. 2. 2. Cap. 3. Gen. 3. Psal. 127.

quia

quia manducabis, En uides Paulum ad sustentationem uitę gratanter accipere.dum Phylipenses ea per Epaphroditum ad eum pie desti
Philip.4. narent Romę in carcere degentem. Ait enim habeo autem omnia &
1.Cor.9. abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito quem misistis, Deus autem meus. impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria, & rursus, excandescens petit, quis militat suis stipendijs unquam?

Math.6. DY. At qui Christus praecepit omnē ciborum & vestimentorum
Luc.1. solicitudinem repellēdam dicens nihil soliciti sitis animę uestrę quid manduceiis, neque corpori uestro quid induamini. Igitur Apostolorum uicem gerentes nihil exposcere debent, etiam sub corporeę necessitatis praetextu.

Lib.de opi PHIL. Euangelij nodū Augustinus essoluit adstruens; Haec duo
bus monachorum ca ualde inter sese certare uidelicet, nō habere solicitudinē de cibo & po
pit.26. tu, & quaerere necessaria humanae uitae. Ille enim solicitus est, qui uer
Math.6.& bum Dei ad illum finem tantum laborem serit. Hic etiam cogitat de
10. crastino, defert in zonis pecuniā in uia, hic marsupium replet, & con-
Luc.12. scientiam peccati pondere praemit, nec ad hoc hortatur nos Paulus (ut uides) sed necessaria uitę nos quaeritare sub crucis arbore docet.

DY. Age pr̄ Phylothecę, permittamus pauperes clericos altario ser
1.Cor.9. uientes altarij bonū sub Christo uictitare. Nā Paulus dicit. Qui altario seruiunt de altare uiuere debēt; Et qui ad onus eligitur a mercede repelli nō dēt quo nanq; pallio eos tegemus, qui multa sibi cōsarcinātes bñficia obliteratos & indoctos cernimus? vt mores silētio ƥtereā.

PHIL. Hei mellite Dydime digito cōpesce labellū. Audi Paulū,
Rom.14. tu autem quid iudicas fratrem tuum? ecce Christus dicit, quid autem
Math.7. vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo nō ui-
Luc.6. des? Cathedram nanque euangelicam nemo nostrum iudicare debet
1.Cor.2. sed solius Dei ipsa expectat iudicium, clamat enim Apostolus. Spiritualis homo iudicat omnia & ipse a nemine iudicatur.

DYD. Cur hominem spiritualem nominas qui tot mundi abundat opibus?

PHIL. Quid ni? Spirituales enim ij nuncupantur, qui Dei spiritualia ministrant. Diuina lege fidelium mores reformātes, & corigen
Lib.14. cō. di potestatem eadem lege obtinentes (ut declarat Augustinus.) Nam
lib. de uera Paulus ait. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spi-
religione. ritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, qui
1.Cor.1. homines diuina lege iudicantes a nemine sunt iudicandi, nisi ab illa lege, propterea quod si sua ipsi abutuntur potestate, lege duntaxat dijudicantur, nec non à Deo scelernm tātorum dignas luent poenas.

NO-

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro de pastoribus cap.2.lib. de operibus monachorum.cap.26.libro14.confessionum: libro de vera religione. Et audi Augustinum dicentem libro Homeliarum super Ioannem Home.122. Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, vt de Euangelio& ipsi viuant.

### *CONTRADICTIO. II.*

Nunquid de bobus cura est Deo? 1.Ad Cor.10.

NVllam de bobus curam habere Deum asserere uidetur Paulus. D Y D.
Nihilominus sapientiæ libro inscribitur. Tu es Deus cui cura Cap.6.
est de omnibus;Et euangelicum illud etiam habemus,nonne duo pas Luc.12.
seres asse ueneunt.Et unus eorum non est in obliuione corã domino? Matth.10.

PHIL. Nemo sana doctrina imbutus diuinam omnium rerum Cap.7.
abnegabit prouidentiam,clamat enim Deus ore Hieremiæ,cęlum & Cap.8.
terram ego repleo dicit Dominus. Et libro sapiẽtię inscribitur,ac tin
git a fine vsq; ad finẽ fortiter,& disponit omnia suauiter,omnia inquã
generali sua prouidentia gubernat ipse Deus,quędam nanque imme
diate,quædam uero causis secundis mediantibus, quod quidem Au- 7. de ciuitate
gustinus deprompsit, dum dixit, sic Deus res quas condidit admini- te Dei. ca-
strat, ut proprios motus agere sinat. Dum itaq; Paulus dixit,de bo- pit.30.
bus Deum nullatenus curam habere, in lege de illis non curare intel
lexit,ac dicat,nunquid pro bobus legem nobis Deus dedit? quasi di- Rom.15.
cat non,quoniã quęcunq; scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt.

## N O T V L A.

Vide Augustinum ad Dardanum Epist.57.& de ciui.Dei.cap.30.
primo de ciuitatate Dei.cap.10.

### *EX X. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.*

Fidelis autem Deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum ut possitis sustinere. 1.Ad Cor.10.

NEminem Diaboli intentioni resistere posse,si Deus quantũ ipse D Y D.
diabolus põt tentare sinat, & non præbeat in tẽtatione prouen-
tum,

Cap. 40. tum, ut sustinere illam quæat homo tentatus adstruit Paulus. Nec mirum profecto, Iob enim clamat, non est potestas quæ comparetur ei.
1. Can. 5. Petrus tamen ad resistendum spiritui aduersario nos inuitat, dicens. Sobrij estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Clauiger hercle ad huiusmodi bellum nullatenus inuitaret, si necessario nos succumbere, & resistere non posse ipse dinosceret, cui ergo firmiorem adhibeam fidem? Petro an Paulo? si pugnantia ipsi deprompsere?

## S O L V T I O.

PHIL. Hoc te scire uelim Didyme. quod quicunque æternã adipisci salutem cupit. Tria corde concipere, & opere explere cogitur. Quæ quidem sunt, facere bonum, resistere Sathanæ. Vt in peccatum non ruat, & a patratis sceleribus resipiscendo, surgere, primũ enim qđ est bonum operari, quilibet fidelis fide adiuuante, efficere potest, nec nouo indiget auxilio speciali Snfficit enim uero ei generale auxilium, seu cõmunis illa influentia, quia fidem quæ est donum Dei possidet, Secundum ut tentatori resistat, & præceps in peccatorum foueã non
Lib. 2. de ciui. Dei c. 20 delabatur nullatenus homo sufficit, etiam si fidem habeat, absque nouo Dei auxilio, & ait hic Paulus, & Augustinus declarat. Nã si Deus permittat aliquem tentari, quantum diabolus eum tentare ualet, nullum ei præstans auxilium cadet quidem peccator collidente hoste & in tentatione naufragabitur, nisi faciat ei Deus prouentum, ut possit sustinere. Tertium uero quod est a peccato surgere nemo quippe poterit, nisi manus Domini eum tangens de terra erexerit. Hæc tria Euangelium nobis aperiendo declarat, ait enim ad primũ, facite fructus dignos pœnitentiæ. Et bona opera fructus esse fidei aperte dignoscimus, clamat ad secundum. Et ne nos inducas in ten-
Math. 6. tationem, hoc est ne permittas nos tentari, quantum Sathanas ipse tentare potest, sed adiuua nos, ne sub alia sceleris unda delabamur.
Math 17. (vt Augustino placet) Tertium uero nobis pandit Euangelium, Dũ discipulis cadentibus in faciem suam, nec surgere ualentibus Christus manum porrigens, eos tangeret atque diceret. Surgite ego sum
Lucæ 10. nolite timere. Ad hoc hercle accedit illud Euangelicum. Nam homo ille descendens ab Hierusalem in Hierico, cum in latrones incidisset uulneribusque confossus, semiuiuus iaceret neutiquam ex se surgere poterat, nisi Samaritanus ille pijssimus eum adiuuaret, & iumento humanitatis suæ ad stabulum, quod est Ecclesiæ orthodoxæ gremium

mium deucheret. Dum itaque Paulus asserit, quod si quispiam a sathana tentetur quantum ipse tentare ualet, Deo deserente, & nullum auxilium porrigente, ne utiquam ille resistere poterit, quin tẽtator similiter uictor in bello extabit, uera profert. Cum autem Petrus ad resistendum nos fideles inuitat, hoc est in causa, quoniam Deus assidue paratus est fidelibus auxiliari in bello, ac si dicat, cui resistite fortes in fide, eya fideles scuto fidei resistite diabolo, potestis enim, nam Deus uester ecce adest auxilium præstare paratus, canit enim Dauid, Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram, cui adstipulatur illud ex libro reuelationis, Sto ad hostium & pulso si quis aperuerit intrabo, & cœnabo cum illo. Consimiliter intelligenda ea omnia apostolorum dictata esse censeo, qualia sunt resistite autem diabolo & fugiet a uobis. Et illud Pauli, nolite locum dare diabolo. Et rursus, Induite uos armatura Dei, ut positis stare aduersus insidias diaboli. Arma .n. Dei fides sunt, spes, & charitas, ait Apostolus. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia.

Psal.120. Apoc.3. Iacob.4. Ephe 4. Ephe.6. 2.Cor.10.

DY. Sed in hoc discrutior, ut cogar asserere hominem tanti esse, quod Dei uoluntati & ipse resistere ualet, nam Acta Apostolorum, capitulo septimo, hoc attestantur, dura ceruice, & incircuncisi corde uos semper restitistis Spiritui sancto sicut & patres uestri, & tamẽ uolũtati diaboli obsistere nequibit, nunquid diabolus maior est Deo? quid ais pater Phylotheæ.

PHIL. Risu premor incredibili, Audi Dydime, qui resistit uoluntati Dei; grauiter peccat, quoniam uoluntas Dei ad bonum tendit: qui resistit voluntati diaboli peccatum fugit, sed vnusquisque sui arbitrii libertate peccare potest, ut ait Augustin. Ideo Dei uoluntati resistere ualet sed quoniam peccatum euitare nequit sine Dei speciali auxilio ideo diaboli uoluntati obsistere minime potest, nisi speciale ei præbeatur adiutorium. Quamobrem catholice sancitum est, ut hæc duo uera esse fateamur, uidelicet. Vnusquisque pro sui arbitrii libertate Dei uoluntati obsistere potest. Verum enimuero nullus diaboli uoluntati resistere quibit, absque diuinæ gratiæ speciali iuuamine.

Lib. de natu. & gratia c. 23.

NOTVLA.

Legito Augustinum libro secundo, ad Marcellinum, capitulo secundo, libro Psalmorum, Psalmo 41. & 42. libro de uerbis Domini Sermone sexto.

*EX XI. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.*

Laudos vos fratres, quod sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. 1. Ad Cor. 7.

Ioan. 15. RAECEPTA lata fidelibus sibiipsi arrogare uidetur Paulus dum dicit, præcepta mea tenetis, ac si ipse legem condidisset, uerum contrarium asserere ex humilitate uidetur. Dum ad Corinthios, verba faciens ait, præcipio ergo uobis non ego, sed Christus, quod quidem depromere iure debuit, nam ueritas dicit. Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea.

SOLVTIO.

Acto. 9. Vbicunque enim Paulus præcepta sua fuisse testatur, tanquam pro mulgatoris intelligit, non tanquam legislatoris. Christus enim legem tulit Paulus uero promulgauit, sicut, & cœteri Apostoli, ait Hercle Christus Ananiæ. Vade quoniam uas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus.

NOTA.

Vide Augustinum in expositione. Psal. 39. & scias confessioné Auricularem, & sacramentariam non incæpisse a Iacobo dicente. Confitemini alterutrum peccata uestra. cap. quinto, suæ canonicæ, sed a Christo habuisse originem, Matth. cap. 18. & Ioan. cap. 20. a Iacobo uero promulgatam fuisse. Nam omnes Apostoli legis præcones extitere, & non legislatores censeri debent.

*EX XII. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritusancto. 2. Ad Cor. 12.

D Y D. Matth. 7. PALAM asserit Paulus, quod si quispiam dicat, & confiteatur Iesum esse Dom. in eo sit spiritussanctus, quoniam nemo Hercle Dominus. Iesus dicere quibit, nisi in Spiritusancto, verũ Euangelica norma oppositum ponit, dum dicit non omnis qui dici Domine Domine intrabit in regnum cœlorum.

SOLVTIO.

Lib. Hom. super Ioan. PHIL. Asserere Iesum saluatorem Dominum esse uniuersorum bifariam aliquis poterit, uel ore tantũ, & tunc non in Spiritusancto, di-

cit

cit Augustinus, Aut corde ore, & opere, & hic Spiritu Dei agitur, & liber ab omni censetur iniquitate. Nam ubi Spiritus Domini ibi libertas. Nec apostoli uerbis me opponere putes mi Didy. Nam Christus fidelibus spopondit, vt quotiens patrem rogarent in nomine eius, totiẽs exaudiri desiderata & petita ipsi obtinerent, dicens. Amen dico uobis quicquid petieritis patrem in nomine meo fiet uobis, nonnulli tamen petunt in nomine Christi exorantes, & nihil accipiunt, non mentitur ueritas, sed in causa est, quia in nomine Iesu ore tantum petũt, non autem corde & opere: Consimiliter clamat Euangelista. Qui credit in filium Dei habet uitam æternam, Multi tamen credunt, qui ad tartara demerguntur. Vnde hoc? nisi quia non credunt fide quæ per dilectionem operatur, sed ore tantum Christum confitentur; ut Christiani solo nomine gaudeant.

Hom. 102. 2. Cor 3. Io. 15. Aug. super Ioan. Homel. 102. Ioan. 13. Ad Gal. 5. Aug libro de fide, & operib. capit. 14.

## NOTVLA.

Vide Augustinum libro Homeliæ. super Ioannem Home. 102. lib. de fide & operibus cap. 14. & lib. quæstionum ueteris & noui testamenti quæstione 2. ad Calcem.

## EX XIII. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. 1. Ad Cor. 3.

QVONIAM fide firmans discipulorum cętum Christus eis spopondit, quod si haberent tantam fidem quantum est granum synapis monti iubentes dicerent transi hinc. Qui mox iussus locum mutaret. Paulus talis fidei robur declarans, inquit, eam nullius esse valoris ad salutem impartiendam seiuncta charitate. Et usque adeo imbecillem fidem reddit. Vt ne utiquam ea sola se iuncta charitate quempiam saluari posse adstruit. Nihilosecius ipse identidem ad hebræos scribens. Eo fidem extollit, ut Enoch, fidei uiribus trãslatum fuisse asseueret intantum ut mortem euaderet, necnon multos patres ibidem memorat quos fides admiranda compullit facta dicens, Sancti per fidem uicerũt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, fides itaq; ẽt si sola sit inanis censeri, nõ debet

Math. 17. Luce. 17. 1. Cor. 3. Heb. 12. Gen. 5.

## SOLVTIO.

PHIL. Binam fidem descripsit Iacobus mi Dydime, est enim fides uiua cui charitas connectitur, Et hæc per dilectionẽ operatur, ait Pau

Cap 2. Galat. 5.

lus. Est etiam fides emortua, quæ charitati societatem repellit & fructus bonorũ operũ minime germinat. Cum Paulus fidẽ adeo magnificauit, ut ex ea saluari hominem ponat, de uiua fide ipse edisserit, dũ uero nullius esse roboris ad salutem adipiscendam fidem dicat de illa fide loquitur, quæ charitatem comitem non patitur, & ficulneæ non producenti fructus assimilatur, fides enim iustificans, ut ait Augustinus, aut actualiter per dilectionem operatur, aut saltem parata est operari.

Lucæ 13. Lib. de fide & operib'. Capit. 14.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro de fide, & operibus capitulo decimoquarto, libro 21. sententiarum sentent. octaua, & pondera dictum Augustini libro de fide ad Petrum capitulo primo dicentis. Fides est fundamentum omnium bonorum, Et est dictatum Apostoli, Cum sine fide impossibile est placere Deo. Et rursus, Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, de fide illa hæc uerificari autumabis, quæ per dilectionem operatur.

Hebr. 11.

## *C O N T R A D I C T I O. II.*

Nunc autem manent spes, fides, charitas, tria autem hæc maior autem horum est charitas. Ad 1. Cor. 13.

D Y D. INter Dei dona, quæ uirtutes theologicas appellitat solam charitatem principari ponit Apostolus, nihilominus ipse idem fidem præponere ostendit, dum dicit, Fide enim intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent enimuero non intelligeremus mundum a Deo solo uerbo creatum si fides non esset. Esaias dicit, Nisi credideritis non intelligeretis. Ad quod quidem charitas nihil conducit. Igitur fides charitati præponderat. Neque bis contentus ipse Paulus infert, Sine fide impossibile est placere Deo. Quid enim maius illo esse poterit, quo solo Deo creatori nostro placere poterimus? Et quo ablato neutiquam ei nos ipsos gratos reddere valemus.

Hebr. 11. Cap. 6. Hebr. 11.

## S O L V T I O.

PHIL. Iam iam dicebã, en amice redico, fidem bifariã mente cõcipies mi Didyme, uno modo ut nuda, & sola ipsa est seiuncta charite, &

tate,& tunc charitas ei præponderat, est enim fides emortua,nã charitas est eius uita, alio modo ut ueste nuptiali charitatis ipsa fides induitur,qui fides uiua operans per dilectionem iustificabit, hoc namque pacto charitas eam non excedit. Quin fides charitatem solam anteibit,quoniam hæc fides per dilectionem operans,fidem & charitatem complectitur. Dum itaque Apostolus charitatem præcellere fidem adstruit, capit fidem solam & nudam, quæ quidem est simplex credulitas sine dilectione diligendorum,cum uero fidei inter omnes uirtutes Dominum tribuere demonstrat. Iacobi 2. Aug.li.sententia sen.8. Galat. 5.

De fide illa dixerit,quæ per dilectionem operatur,charitatem comitem dulci amplexu sibi connectentes habes ne?

DY. Habeo hercle, uerum enimuero tua elucidatio huc tendit, ut cum asserimus charitatem fide nuda esse maiorem, dilectionẽ præcellere credulitatem intelligamus,est enim charitas dilectio,fides uero credulitas,illud identidem utique erit,charitas maior est fide,& dilectio excedit credulitatem.

PHIL. Tantundem profecto,nec aliud Paulus depromere intendit,nisi quod dilectio antecellit credulitatem.

Quo namque pacto id erit? si credulitas nil confert ad salutem sine dilectione, neque dilectio sine credulitate? Ait Paulus. Sine fide impossibile est placere Deo. Et alibi. Si habuero tantam fidem ita ut montes transferam charitatem autem non habuero nihil sum,ac si dicat iunctæ simul esse debent credulitas,& dilectio,aliter hominẽ perditum saluare nequeunt. Hebr. 11. 1. Cor. 13.

PHIL. Et manus hominis & os eius ad cibum porrigendum,Usque adeo necessaria simul sunt, ut nec manus absque ore nec os sine manu ad hoc sufficiat, nihilominus manus ipsa est nobilius corporis organum ipso ore manus nempe organum organorum naturaliter loquentibus nuncupatur. Arist. 3. de anima.

DY. Hoc quidem euenit quoniam manus multas obtinet perfectiones,quibus cętera corporis membra natura priuantur capit enim manus,retinet, porrigit, signat,absterget ostendit, fabricat, & ut omnia uno concludam uerbo multa manui natura indulsit, quæ cæteris corporis organis ipsa negauit.

PHIL. Ad radices securim apposuisti mellite Didyme, propterea quod Paulus dilectionem cæteris uirtutibus maiorem declarauit quoniam quindecim ipsa claudit fructus quos sibi peculiariter uendicat iuxta numerum quindecim graduum,quibus schala templi dispo sita cernebatur, quos sacerdotes scandentes quindecim laudes Deo Israel modulabantur, quod expressit Dauid.

1.Cor.13. Hoc est in cantico graduum,nec hos fructus retinuit Paulus.
Primus DY. Qui nam sunt? Edissere si libet pater Phylotheæ.
Secundus PHIL. Charitas patiẽs est,benigna est,idest larga egenis fructus
Tertius charitatis non emulator,idest,non inuidet, seu non tristatur felicita-
Quartus te aliena.Non agit perperam,idest, peruerse impediẽdo opera bona.
Quintus Non inflatur ex honore sibi præstito.Non est ambitiosa vt quærat al-
Sextus teri præesse.Non quærit quæ sua sunt,idest,non repetit sua cum scan-
Septimus dalo,non irritatur, id est, cum iniuria ei infertur, non prouocatur ad
Octauus iram.Non cogitat malum,ut alteri noceat. Non gaudet super iniqui
Nonus tate,idest,non lætatur, dum videt aliquem in scelera ruere. Con-
Decimus gaudet autem veritati hoc est, lætatur nimis dum quempiam in ope-
Vndecim. ribus iustitiæ uia ueritatis proficere cernit, omnia suffert aduersa
Tertiusdec. tollerando, omnia credit quæ ueritas suadet, omnia sperat, quæ
Quartusd. Christus promittit, omnia sustinet, idest omnia permissa patien-
Quintusde. ter expectat.

DY. Si textum Apostoli rite metior, extat adhuc alter fructus,cu ius hactenus non meminimus, ait enim charitas nunquam excidit.

PHIL. Non est charitatis fructus in usu transitus nunquam excidere, sed quædam specialis eius prærogatiua quæ fidem & spem longe præcellit.

DY. Quæ nam prærogatiua? Dic sodes?


PHIL. In beatorum patria sola charitas degit, fides autẽ & spes euacuantur, enimuero quod hic credimus clare uidebimus,ait enim
1.Cor.13. nunc autem in enigmate per speculum,tunc autem facie ad faciẽ,non est ergo fides in cœlis, quoniam fidei quæ in terris degit succedit
Aug.de ui- clara uisio in regno cœlorum. Quo non pacto credere quispiam pote
dendo Deũ rit,quod clare videtur? neque spes ibi inhabitat,nam quod hic spera-
ad proban. mus: hoc est,credentes inhiamus,ibi firmiter fruendo tenebimus.suc cedit enim spei firma tentio, charitas autem nunquam deficiet, quia quod hic amore prosequimur eo ibi fatemur.quapropter charitas ipsa fidei & spei longe præstat, quia diuturnior.

## NOTVLA.

Legito Augustinum libro sententiarum, sentent. octaua libro de videndo Deum ad proban.libello de laudibus charitatis, libro Psalmorum. Psalmo trigesimoprimo libro de cognitione ueræ uitæ, capitulo trigesimoseptimo.

EX XIIII. CAP. CONTRADICTIO I.

Qui loquitur lingua semetipsum ædificat, qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. Ad Heb. 4.



O nanque donum Prophetiæ dono linguarum utilius esse docet Paulus, ut qui linguarum dono gaudet, sibi tantum, qui vero prophetat, toti cōgregationi prodesse adstruat, ac si prophetia cōducat omnibus, lingua uero uni soli vel paucis, & tamen ipse idem Paulus adeo Dei verbum magnificat, ut illud dare uitam affirmare non uereatur, dicens, viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, quod profecto nemo (nisi desipiat) negare audebit, ait enim ueritas. Vos enim mundi estis propter sermonem meum. Necnon a Dauide hanc ueritatem didicimus, dicente, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis, igitur donum linguæ est præstantius dono prophetiæ. DYD. Ioan. 15. Psalm. 118.

SOLVTIO.

PHIL. Caue mi Didyme ne uerbis Pauli inficiaris, & donū linguarum ac uerbi unum donum esse putes, duo enim charismata sunt sese longe distantia. Nam donum linguarum illud est, dum quispiam diuersa idiomatum genera callere uidetur, quemadmodum de Apostolis disserens scriptura dicit, & cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritussanctus dabat eloqui illis, donum prophetiæ quod Paulus linguarum dono hic anteponit, coindicit cum dono verbi, ut ait Augustinus, & illud spiritussancti munus est, quod idē Paulus ad Ephesios adnotauit, inquiēs, quosdam dedit pastores, & doctores, nam prophetare aliquando in scripturis illud idem est, quod docere, similiter scribitur in Actis Apostolorum erant in ecclesia pastores, & doctores. Dum igitur Paulus linguarum muneri prophetiæ munus præstare asserit, est, ut dicat donum uerbi, donum linguarum præcellere, quoniā verbum totam ædificat ecclesiam, linguarum uaria idiomata illa calētibus tantum conferre poterunt. Acto. 2. 1. Cor. 14. Ad Paulinū epist. 58. c. 4 Augustinus ibidē c. 13.

DY. Quantum ex hac tua secernimus lucubratione Phylotheæ, hæc duo charismata unum sunt in re, duo vero voce, videlicet, donum prophetiæ, & donum uerbi, nihilominus Paulus discrimen inter ea apponit, dum dicit, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, en donum prophetiæ a dono doctoratus quod est populum fidelem diuinam edocere legē distare, ponit Paulus. Cur igi

 tur

tur charismata uerbi, & prophetiæ unum donum arbitraris.

Ephe.4. PHIL. Non iniuria quippe pueros logicalia edocendos assiduę consulebam, mille enim in sacrarum scripturarum corticibus latent fallaciæ, ea propter perpendas quæso Dydime, quod hoc uerbum pro

Ad Paulinum. Epist. 58.& 59.capit.7. Matth.18. Gene.1. 1.Paral.25. cap.11. phetare seu istud nomen, propheta æquiuoce ponitur, in scripturis, nam æqua uoce plura significat, prout Augustinus declarat, prophetare aliquando est futura prædicere. Esaias enim clamat, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, prophetare est futura describere, ut in principio creauit Deus cęlum & terram, est etiam prophetare prophetias recitare, quemadmodum est illud; Magistratus exercitus segregauit filios Asaph, quod prophetarent in citharis & psalteriis, nonnunquā prophetare est laudes Deo decantare, ut est illud Numeri, Quis mihi tribuat, ut omnis populus prophetetur? est quoque prophetare idem

1.Cor.14. 1.Reg.10. quod docere. Vnde Paulus, Aemulamini in spiritualia, magis autem, ut prophetetis, prophetare etiam est aliena referre, quod notatur, de Saule Rege, qui prophetauit in medio domus suæ, hoc est aliena tractando retulit, prophetare itidem est consulendo prænunciare agen-

Ioan.12. da. Hoc pacto Cayphas cum esset Pontifex anni illius prophetauit, est etiam prophetare signo aliquid uenturum demonstrare, sic Aga-

Acto.2. bus quem beatus Paulus Ierosolimis passurus esset, uerbo denunciauit, & signo Zone eius ostendit. Et tali intellectu Paulus discrimen

Ephes.4. 1.Cor.14. posuit inter prophetare & docere. Sed hoc loco donum prophetiæ, & doctoratus seu uerbi illud idē esse nemo est qui ambiget. Dū n. dixit, & ipse dedit quosdam quidem prophetas in ecclesia, intelligendum censet Augustinus aliquos qui uerbis & signis uentura pronunciarunt, ut

Ephes.4. Agabus effecit, cum uero donum prophetię dono linguarum proponens ipse inquit. Sectamini spiritualia, magis autem ut prophetetis, hoc est ut munere uerbi fungentes, plebem fidelem educatis, intellextin Dyme?

DY. Intelexi equidem ac percepi, sed hoc unum mihi aperias te rogatum uelim; Paulus idiomata omnium linguarum expertus est nec ne?

PHY. Quidni. Christus enim Apostolis omnib. hoc spopondit

Mar.vltimo Acto.2. Aug. in prologo lib. de doctr. christiana 1.Cor.4. dicens. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo demonia eiicient. linguis loquentur nouis, & Lucas inquit, & cœperunt loqui uariis linguis, prout Spiritussanctus dabat eloqui illis. Et rursus, nonne ecce omnes isti qui loquuntur Galilei sunt, & quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus. Et iterum, loquebantur uariis linguis Apostoli magnalia Dei, quid multis moror? Paulus ipse hoc Spiritussancti donum in semetipso exper

tus

tus,ait.Gratias aũt ago Deo meo quia omniũ uestrum lingua loquor.

DY. Quædam glosa quam ordinariam appellant, meum obnubilabat intellectũm,antequam te loquentem audirem,dicit, Paulum omnium linguarum genera sciuisse, non tamen omnes pronunciandi modo,quæ quidem glosa rursus insomniando affirmat, Paulum lingua tantum materna loquutum semper fuisse, uidelicet hebræa ad stantes miraculose uarie, intellexisse.ut ad stantes Greci Græce cum loqui iu dicassent Hebraice, Hebræi .Romane Romani.

PHIL. Heu abolendas glosulas, audi Christum, paracletus autẽ Spiritussanctus quẽ mittet Pater in nomine meo ille uos docebit omnia & sugeret uobis omnem ueritatem, omnia enim eos spiritum sanctum edocturum promittit,omnia inquam,Igitur & linguarum genera & pronunciandi modos,quanquam se imperitum sermone adstruerit. Cum semiuerbius esset natura,uelut Moses. Ioan.14. Acto.17. Exod.4.

## N O T V L A.

Legito Augustinum ad Paulinum Epistola.58.& 59.libro psalmorum psalmus *93*.uersiculo illo,exaltare qui iudicas terram, ubi Augustinus adstruit. non Ideo Christus surrexit, quia propheta eum surrecturum prædixit sed ob id propheta prophetando prædixit quia hoc Christus ipse effecturus erat.

## *CONTRADICTIO. II.*

Nam si ore lingua spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

DOnum linguarum nullius esse efficaciæ absque dono scientiæ seu intelligentiæ enodare intendens Apostolus dicit, quod si quispiã lingua oret,hoc est,uocaliter aliquo idiomate Græco,aut latine,equidem hic spiritu orat nam spiritus qui datus est ei ad orandum eum impellit & in pace Ecclesiæ tanquam fidelis orat orare enim spiritu,ut Augustino placet,est in Ecclesiæ orare.nihilominus si ipse uerba quę profert,non intelligit,mens eius est siue fructu,ac si dicat dum rusticus domino intelligentiæ seu scientiæ carens,ut Christo iubenti obediat, dicit, pater noster, equidem in spiritu orat.Verum nullum mens eius assequitur fructum, & tamen Christus ipse modum orandi omnes edocuit,inquiens. Cum oraueritis patrem dicite pater noster, nec talem orationem satius scientibus quam insciis,& rudibus,conducere uoluit, Ioan.4. Psal.130. Matth.6. Matth.6.

enim vero Paulus largam Christi indulgentiam coartare ostendit. veritas enim omnibus pater noster indulget.

Paulus autem solum scientibus, & significatum verborum intelligentibus, hoc præstitisse munus declarat durus quippe est sermo Paulini tua sana minerua aliquantisper emollescat pater Philothcæ.

## SOLVTIO.

PHIL. Nemo est qui nesciat orantem in spiritu: binos fructus adipisci valere, & fructum orationis qui est meritum orantis; & fructum intelligentiæ: dum verba prolata ipse orans intelligit: qui est dulcedo illa ex verborum intelligentia innascens menti orantis. dum itaque literarum expers, qualis rusticus solet pater noster in pace ecclesiæ orare disponens, voce profert, primum fructum consequitur quidem, secundum vero fructum: qui est mentis voluptas ex verború intelligentia non patitur. Ebibe igitur mi Dydime mellitissimam Pauli mineruam, non enim adstruit orantem in spiritu, qui penitus literarum inscius fuerit, & dono intelligentiæ careat (vt vir idiota) nullum ex oratione trahere fructum, sed non sortiri fructum intelligentiæ palam depromit. Quo quidem sit, vt donum linguarum absque dono intelligentiæ, seu scientiæ nihil conferat, nam licet rusticus significata omnium verborum, quæ pater noster continet, ignoret, scit nihilominus
Aug. lib. de magist. c. 1. a Christo sancitum, vt si aliquis in spiritu patrem orare intendat. Pater noster in pace ecclesiæ & ipse dicere debet.

DY. Qui nam fructus ille est, quem meritum orantis appellas.

Ioan 15. 2. Cor 12. PHI. Donum quod petitur. Ait veritas. Amen amen dico vobis, quicquid petieritis patrem in nomine meo fiet vobis.

DY. Paulus tamen stimulú carnis a se discedere ter rogando popo scit dicens, & ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanę qui me collaphizet, propter quod ter Dominum rogaui ut discederet a me, & dixit mihi sufficit tibi Paulę gratia mea. Qui cum petita non est assequutus, mentitur ergo alter eorum Paulus vel Euangelista.

Lib. de peccatorú meritis & remissione. cap. 2. August. Homeliarú. super Io. ho. 16. 2. Cor. 12. PHIL. Sile mi Dydime, sacra scriptura: nec falli neque fallere quo quomodo potest, clamat August. Qui rursus nos caute credere pie enititur, vt scripturę innitentes clare intueamur, quemadmodú Deus ipse orantes in spiritu semper ad eorum salutem exaudit non autem ad eorum uoluntatem, scit enim Deus quæ ad salutem faciant, quæ homo terrenus ignorat. Dum autem Paulus orauit præcando, vt stimulus carnis eum relinqueret, ad salutē exaudiri promeruit non ad uoluntatem, suę profecto expediebat saluti collaphizantem sathanam

nam in patientia ferre, propterea quod Christum dicentem audiuit? Matth.20.
sufficit tibi Paule gratia mea, nã virtus in infirmitate perficitur, perficitur, consimiliter duobus Zebedei filijs, matre petente ut unus eorum ad dexteram Domini, alter vero ad sinistram in regno suo sederet, Christus respondit, nescitis quid petatis, nec eos (vt uolebãt) exaudiuit, sed ut ad eorum expediebat salutẽ, dicens, calicem quidem meũ bibetis, sedere aũt ad dexteram & ad sinistram meam in regno meo, non est meum dare, uobis, sed quibus paratum est a patre meo. Hinc autem euenit quod pauperes aliqui in spiritu orantes humili corde, & gemitibus inenarrabilibus precantes, vt sibi ac famescentib. filijs cibum quotidianum præstare ipse Deus dignetur, nullatenus exaudiuntur, nesciunt enim quid petãt, & ad eorum salutem non conducere Deus ipse prænouit, teste Augustino. Li.2. de ora. cap.10.

D Y. Nihilominus Heliæ petenti pluuiam. Dum annis tribus & mensib. sex in Israel pluuia ipsa non effluxerat ad uoluntatem Deus ipse concessit. 3. Reg 18. Iac.c.5. Luc 4.

PHIL. Nouerat enim Deus pluuiam quam rogando exposcebat ei ad salutẽ conducere. Ob id ad volũtatẽ ipsum exaudiuit Heliã. Aug. lib. 2. ad simplicianum.

D Y. Quempiam ergo ad uoluntatem exaudiri magnum nullatenus arbitrari debemus.

PHIL. Ne utiquam Diabolus enim ad uoluntatẽ exauditus fuit dum Iob tentandi a Deo potestatem obtinuit similiter Demones ad uoluntatẽ exauditi sunt dũ in porcos, quos petierãt ire permissi sunt. Iob.1. Matth.8.

## N O T V L A.

Vide Augustinum lib. de verbis Domini, sermone 53. lib. 2. ad Simplicianum. q. 4. lib. Homeliarũ super Ioannem, Homel. 6. lib. 1. de peccatorum meritis & remissione, cap. 22. lib. de magistro c. 1. & sępius rimare, quid nanq; sit orare in spiritu, dicente Christo Io. cap 4. Spiritus est Deus. & eos qui adorãt, in spiritu & veritate adorare oportet, quod Augustinus Psal. 130. interpretari assolet, ut ille oret in spiritu, qui in pace Ecclesiæ orat, ille identidem orat in ueritate, qui orat in Christo. ipse enim veritas est Ioan. cap. 14.

## EX XV. CAP. CONTRADICTIO. I.

Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgant? Ad Cor. 15 I.

EPHESIOS bestias appellat Paulus, declarat equidem nam Christi normæ se opponere ostendunt, ait enim ego autem dico vobis D Y D. Matth.5.

vobis si quis irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus eri gehenne ignis. At ipse Paulus nescio quid bestialitate turpius Ephesijs imponere quiret. Ad quod quidem accedit quoniam identidem nos in fide instruere volens, clamitat, corrumpunt bonos mores colloquia mala, nonne mala colloquia hæc sunt? Homines bestias apud fratres vocitare?

## S O L V T I O.

PH I L. Nolim te arbitrari mi Dydime Paulum contra Euangelicam normam deliquisse. Dum nonnullos Ephesios bestias nominauit, nec enim in fratres suos ob id iratus est, nec racha, nec fatue eis dixit minime (ut autumare posses) quid turpius fatuitate eis iniunxit: Christus enim statuit, ut omnis qui fratri suo interius corde irascit, odio eum prosequens, reus sit iudicio ęterni iudicis, qui pręcipit etiā,
Matth. 9. inimicum diligendum dicens. Diligite inimicos uestros. Si quispiam dixerit fratri suo Racha, hoc est. Si iratus in fratrem suum, signo aliquo sensibili iram ostenderit ut fremens dentibus dicat, hei haa vel tortis oculis aspiciens eum, dixerit Racha, reus erit concilio hoc est. Iste facile iudici, accusabitur, ut det uitę tutelam fratri suo, quoniam
Li. 2. de doctrina Christiana. c 11. super Mat. cap. 5. malum animum in eum habere signo ostēdit. Racha enim. (teste Augustino) dictio est Hebræa, & irascētis animi motum significat, quam dictionem si latinę interpretari cuperemus (Hyeronimo interprete) quid inane, seu vanum significare inueniemus, ut illud idem sit alicuit homini Racha dicere, & eum sine cerebro appellare, si autem dixerit fatue, reus sit gehēne ignis. i. pœna sensibili, quoniam fratrem suum infamē reddit, tria ergo mala in fratrem suum aliquis tradere posset, odium internum primo, & grauiter peccat, vsque adeo ut iudicio ęterni iudicis cōmitatur, nisi & ipse resipiscat, & odium in amorem commutauerit, malum animum in eum habere sensibili signo fratri suo si ostenderit hic consilio reum seipsum facit. Nam iudici accusatus: ad tutelam uitę fratri suo porrigendam, cōsulto cogatur, si uero infamiā proximo suo impinxerit, dicēs, ei fatue, ęterno discrutiabitur igne. At qui Paulus, dum ad bestias ephesi pugnasse deprompsit, nec odio eos prosequutus est, quin eos ad veritatem currere toto corde inhiabat, & ad salutem redigere totis uiribus laborabat, neq; iratum animum in eos habere signo aliquo ostēdit minime & infamias eis intulit, nullatenus itaque in Euangelium deliquisse Paulum iure astruimus.

D Y. Nonne infamiam Ephesijs intulisse Paulum dicens.

P H I L. Dum eos bestias appellat? quid enim bestialitate vilius?

Age

Age Dyd.noli irasci queso.Ephesij illi in quos Paulus spiritu inuehitur negantes resurrectioné, adeo bestialiter uiuebãt ut dicerent man ducemus,& bibamus cras enim moriemur & nostrum cum sonitu pe ribit memoria. propterea Paulus eos bestias appellat,bestias inquã, 1.Cor.15.
idest bestialiter uiuentes, sine ratione ventris luxui deditos neque ex hoc infames ipse eos efficiebat,sed infames esse denũciabat. Ait enim peccantes coram omnibus argue,vt,& cæteri timorem habeant.

## N O T V L A.

Legito Augustinum libro 9.confess capit.13.libro secundo, de do 1.Timo.15.
ctrina Christiana cap.11.super Matth.c.5.& rimare excerptum Pauli ad Tit cap.1. Cretenses semper mendaces malæ bestiæ ventres pigri,quod ante ipsum Epimenides dixit.

## *CONTRADICTIO II.*

Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 1.Ad Cor.15.

EX resurgentium cœtu neminem eximit Paulus, sed omnes tam D Y D.
mares quam fęmellas electos & reprobos ad vniuersale surrecturos Psal.1. 6
iudicium adstruit.nihilominus Dauid electos duntaxat surgere debere firmare videtur dum dicit. Ideo non resurgunt impij in iudicio neque peccatores in consilio iustorum.

## S O L V T I O.

PHIL. Resurgent nempe iusti & iniusti. Aliter euangelium naufragaretur.Ait enim. Tunc dicet his qui a sinistris eius erunt,Ite male- Matth.25.
dicti in ignem ęternum: quamobrem scias mi Dydime non eodem fine omnes resurrecturos,aliqui enim exurgent vt iudicentur,& iudicent. Et hi electi sunt.hanc iudicandi potestatem Apostolis spopondit Christus dicens.sedebitis, & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel iudicabunt quidem,& ipsi ex assessoria digni- Matth.19.
tate qua etiam potestate potiri debere omnes electos præordinauit inquiens. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam.iudicabũtur profecto omnes iusti,nec non, & ipsi iudicabunt ex iudicij approbatione nõnulli uero (quos longe plures arbitramus) sic in iudicio surgent, ut iudicentur duntaxat, tales impij sunt multis sceleribus, & peccatorum sordibus fedati de quibus omnibus Euangelista concludit. Et qui bona fecerunt ibunt in resurre-

ctionem vitæ qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Dum itaque Dauid impios in iudicio non resurrecturos dicit eo fine quo iusti resurgent intelligit, vnde ut iudicentur,& iudicent. Sed bene resurgent ab omnibus dijudicandi ad pœnam,& huiusce disparis resurrectionis causam asignans propheta ait. Hoc est quoniam nouit Dominus uiam iustorum,& iter impiorum peribit, unde Paulus nescitis qm̃ Angelos iudicabimus? Apostathas scilicet, rẽ tenes mi Dydime?

Psal.1.

Articulus Matthei.

D Y. Rem teneo profecto, sed dic sodes pater Philothee quid sibi vult articulus ille fidei, inde venturus est iudicare uiuos & mortuos? nunquid aliqui in iudicio erunt. Qui nunquã mortis iaculis ferientur?

1.Cor 15.

P H I L. Neutiquam sic credendum arbitreris, nemo etenim reperietur qui mortis Aconita non ebiberit, inquit Paulus. Oportet enim corruptibile hoc induere in corruptionẽ & mortale hoc induere immortalitatem quam quidem legem Apost alibi expresit, dicens. Statutum est homini semel mori Aug. enim articulum illum bifariam interpretatus est per uiuos namque eos nos intelligere autumauit, qui vsque ad illum diem in uita degent, vel uiuos nominat illos articulus qui uiuent uita gratiæ & mortuos qui morte peccati obierint ac si dicat uiuos & mortuos hoc est iustos & iniustos electos & reprobos.

Hebr.9. de fide & symbolo.c.8.

Gen.5. Eccl.44. li, 4 re.2.

D Y D. Enoch ergo & Helias qui in paradiso voluptatis adhuc uiuunt (ſm scripturas) emorientur prius ut postea ad iudiciũ resurgãt?

P H I L. Rem tenes, Edepol morientur & ipsi ut fiat corporum metamorphosis. habent enim corpora animalia quæ necessario incinerari debent ut transmutentur in corpora spiritualia. Ait enim Paulus seminatẽ corpus animale surget corpus spirituale & rursus prius quod est animale deinde quod est spirituale,

1.Cor.15.

D Y D. Qua ætate quotve annorum numero resurgemus.

Lib.22. de ciuit. Dei. cap.15. Ephe.4.

P H I L. Augusſt. dicit omnes ætate qua Christus pro nobis crucis patibulum subulit resurrecturos, nanq; Paulus hoc deprompsit dum dixit. Donec occurramus omnes in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

D Y. De corporum resurgentium statura quid nos satagere tulit Augustinus eadem vel diuersa corporis mole omnes resurgemus?

Lib. 22. de ciuita. Dei. c.14. & 15.

P H I L. Non pari statura hercle omnes surrecturos opinatur August. sed vnus maior alter minor, hic gracilis ille uero pinguis.

D Y. Pueri autem in infantili ætate dedecedentes eadẽ corpora & ita paruæ longitudinis uel maioris resument?

Eph.4. Lib 22. de ciuita. Dei. cap.13.

P H I L. Audi Paulum. Donec occurramus omnes in uirum perfectum. eam igitur corporis mole tunc pueri sortientur quam habuissent, si Christi ætatem in hac uita pertinxissent, quod etiam de abortiuis

tiuis

tiuis qui cum essent animati in vtero matrum morte delibarunt, sen tiendum esse ipse identidem August. opinatur.

DY Mutabunt ne uiri aut fęmellę sexum?

PHIL. Non mutabunt utique inquit Aug. Christus nempe spopondit, dicens, capillus de capite uestro non peribit nec ob id inficiaris, ut putes pudenda ostendere tunc non licere, nulla enim uero manebit tūc libido, nulla in parte sensitiua carnis uoluptas, nulla deniq; uerecūdia. Ait ueritas, in resurrectione erunt hoīes sicut Angeli Dei. Lib.21.de ciuita c. 3. Luc.21. Matth.22.

DY. Resurgent ne monstra? aderuntue ibi gibosi & claudi? Annibal ille cartaginensis dum exurget erit ne luscus? de quo iuuenalis, dum getula ducem portaret bellua luscum.

PHIL. Monstra resurgent quidem, nec mōstri figuram deferent sed perfecti uiri hercle asserit, August. Hiero. sanctę memoriæ uirum scriptum reliquisse, & nonnullos fidelissimos oculis conspexisse hominem bimembrem in oriente natum quem geminum & ipsi iudica runt, ut duas contineret animas, duoq; homines forent, ob id eos cor pore & anima secernendos ponit ipse idem Augu. quamobrem animata monstra in humanam figuram exurgere debere tenemus. Satira 10. In Enchyr. cap. 9.

Quod autem expostulas, an Anibal ille in quo uindex cannarum anulus exterit, ad iudicium luscus accedet? Ignota petis mi Dydi. nemo unquam de unoquoque resurgentium statura uel aspectu singulariter rationem adamussim reddere quibit, clamat namque Paulus. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uię eius. Circa singulares personas intelligēdum esse scias, Quapropter ex Augustino tibi aperiam quod omnes electi, mares sunt uel fęmellę absq; ulla corporis deformitate exurgent, scribitur enim capillus de capite uestro non peribit, de reprobis uero nullatenus curandum te monitum uolo. Nescimus enim inquit Augustinus. Nec de eis scriptura meminit. Quoniam eorum nomina de libro uiuentium deleta sunt. Roman. 2.

## N O T V L A.

Vide Augu. de fide & symbolo cap. 8. lib. 22. de ciuit. Dei. cap. 13. 14. 15. & 17. Ench. cap. 87. 90. & 91. legito eum lib. de hæresibus. capit. 18. 20. & 21. referentem hæreticorum nomina qui carnis, & mortuorū abnegabant resurrectionem, hæretici hi sunt, Cayani, Archanici, Cerdoniani, imeneus uero & philetus quos Paulus a ueritate resurrectionis exclusisse testatur. 2. Timo. c. 2. resurrectionem factam esse arbitrati sunt. Dum Christus a mortuis surrexit quemadmodum declarat Aug. Epist. 119. ad ianuarium.

II. AD

*II. AD CORINT. EX TERTIO CAP.*
*Contradictio vnica.*

Litera occidit,ſpiritus autem uiuificat. Ad 2.Cor.3.

DYD. De ſpiritu & lite. cap. 4.5 & 8.



VM Appſtolus literam occidere conteſtatus eſt per literam Moyſis legem eum intellexiſſe adſtruit Aug. eſt itaque ut dicat.Lex Moyſis occidit,uerum ex Leuitico c.18. oppoſitum nos haurimus. Ait enim Moſes Dei perſonã gerens cuſtodite legem meam,atque præcepta quæ faciens homo uiuet in eis, quam quidem ſententiam ipſe identidem Paulus authoritate ſcripturæ affirmauit ad Romanos inquiens. Moyſes enim ſcripſit quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt qui fecerit homo uiuet in ea.Igitur ne dum Moyſi uerum ſibimetipſi contradicere ſtudet.

Cap. 10.

SOLVTIO.

De ſpiritu & lite. cap. 5. 18.

PHIL. Lex quidem Moyſis abſque dono fidei animam potius interimebat,quam uiuificabat,non cauſaliter ſed occaſionaliter.Quã quippe ueritatem metiri intendens Auguſtinus,inquit,in hoc Euangelium a lege diſtat,quoniam Euangelium pręcipit opera ad ſalutem ſalubria,quæ quidem nemo ſine fide,efficere ualet,nihilominus antidotum iſtud conſulto apponit ut hominem certiorem reddat,dicens. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata,& ſtatim intulit perpendite filioli ſine me nihil poteſtis facere.lex autem præcipit eadem ſeruanda quæ itidem ſine fide ſeruari non poſſunt,nec tamen eos admonet arbitrij uires ſemoto Dei ſpeciali auxilio,quod fidei porrectionẽ dicimus inanes eſſe,ob id occidit animam hercle occaſione peccandi,ad quod ex propria officina paradygma de Rege illo apponimus, qui populo ignoranti.quid foret ſchale uſus indulſit,ut ſi quiſpiam AtriumRegiũ miro conſtructum ornatu ſcanderet,illud advitam inhabitaret felicẽ. ea propter pauci Regi per grati,quibus ipſe ſcale patefecit uſum, huius atrij effecti ſunt poſſeſſores unde tria in unum ſub obſcura Pauli excerpta colligimus.Hoc primum ad Corinthios inſcribitur litera occidit.Et illud annectitur,virtus uero peccati lex,ac ſi dicat lex eſt peccati robur.Nam ſine fide lege mandante increbreſcũt peccata.His additur tertium occaſione autem accepta per mãdatum peccatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, en uides mi Didyme legẽ occidere peccatumque augere occaſione,percipit nempe quæ ſine fide nullatenus adimpleri queunt, nec fide neceſsitatem nobis pandis?

Matth.15. Ioan.15.

Aug.li. 13. de ciuit.dei cap.5. 2.Cor.3. 1. Cor.15. Rom. 7.

& ea

& ea de causa ipsa, qui Euangelium nuncupatur peccatum interimit & sempiternam uitam animæ præstat, semina etenim uiræ seminator & seminauit, dum præcepta Euangelica fide conspersit, clamat hercle, qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, & est ut dicat, teste Augustino, quod fides quæ per dilectionem operatur opera legis euãgelicæ, hominem a morte peccati eximit, & ei sempiterna uitæ incrementa præbet. Matth. 20. Ioan. 11. de fide & operibus cap. 14.

DY. Bella quidem sunt tua uerba pater Philotheæ, nihilominus excerptum leuiticum hactenus non delibauimus. Ait enim. Custodite leges meas atque præcepta. quæ faciens homo uiuet in eis, cui etiam Paulus ipse testimonium reddit prout superius conclamatum fuerat quid satagendum iubes? Cap. 18. Rom. 10.

PHYL. Ex legis iustitia uitam spiritualem & sempiternam non spopondit Moses; sed uitam duntaxat corpoream & temporalem. Ait enim Paulus si enim data esset lex, quæ posset viuificare uere ex lege esset iustitia. Nam ex legis transgressione mortis pœnam Hebræi incurrebant & sanguinis precium attrociter per soluebant, quod quidem in adulterio, blasphemia, & parẽtum honore apertissime digno scitur, sancitum etenim ex lege comperimus qui blasphemauit nomen Domini morte moriatur, ut rursus qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Necnon adulteros lapidandos ipsa lex iubet, qua etiam pœna in illum qui sabbatis exiit ligna colligere funebriter uindicauit, ac in filium matris Egiptiæ qui blasphemauerat in Deum similiter ultionem dedit. Galat. 3. Exo. 24. Exo. 20. Leui. 20. Io. 8. Aug. q. nou. & uet. testa. qũ 102. num. 15. leui. 24.

DY. Age sint hæc benedicta. sed cur lex Moysis litera, Euangelium uero spiritus nuncupari promeruit? Duo enim testamenta sunt, literis, Characteribus & signis homini ad seruandum commissa. Aug. de spiritu & lit. Cap. 14.

PHIL. Non ab re legem Moysis literã nominauit Paulus. Euangelium uero spiritus, nam lex illa in duabus tabulis lapideis scripta fuit & per hominem homini tradita a Deo, Euangelium autem in tabulis cordis, non attramento, sed Spiritu Dei uiui impressum carnalibus. Ait nempe. Epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta nõ attramento sed spiritu Dei uiui, non in tabulis cordis carnalibus. Exod. 32.

DY. Eo huiusmodi dubitatio apud sapientes increbuit uidelicet quo namque pacto litera quæ lex sancta, & immaculata inscribitur, animam perimere queat? ut pluribus, ex Augustini dilucidatione intelligere inardescat animus. Psal. 18.

Quamobrem quoad uixero huiusce interpretationis memor ero, & assidue dicam, quod litera occidit, absque fide, & quoniam ea ser-

uanda præcipit quæ nullatenus sine fide expleri queunt, nec declarat arbitrii humani imbecillitatem, uerum enimuero si aliam interpretationem callerem hylariter depromerem, dic ergo quæso Phylotheæ nouum interpretandi genus Augustinus, alibi hoc pacto interpretari consueuit, litera occidit, quoniam facit hominem dignoscere peccatum, quod tamen sine fide non delet, ait Paulus.

De. spiritu & lite. c. 5. Galat. 2.

PHIL. Nam si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

## NOTVLA.

Videto Augustinum libro decimotertio, de ciuitate Dei, capit. 5. de fide & operi. cap 14 quæstionum ueteris & noui testamenti quæst. 102. de spiritu, & litera, cap. 14. & 45. Et perpendas quæso lector quoniam litera quæ est lex Moysi currente Euan. omnino interficit. asserit enim Paulus Gal. 5. Si circumcidimini nihil uobis prodest Christus, & rursus Eiice ancilam, & filium eius. Galat. 4 Agar. s. & Ismaelem filiũ uetus figurantes testamentum.

## EX X. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.

Nolumus expoliari sed super vestiri. 1. Ad Cor. 2.

DYDI.



I uerba Apostoli bene librauerim, hanc depromere veritatem uoluisse ipsum rear. Dum enim dicit, Nolumus expoliari sed superuestri, huiusmodi ante ponit uerba, nam, & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari sed superuestiri, ac si aperte dicat. quo ad in uita nos degimus, vitales operationes in tabernaculo humani corporis exercentes, ingemiscimus cupidine uitæ beatæ, & tali corpore grauati uolumus expoliari ueste corporis, sed superuestiri, hoc est nolumus mori quia ardentissimo inhiamus amore aliã uitam, si possibile illam consequi foret absque morte fatetur itaque Paulus neminem mortem prẹoptare, seipsum etiam aliorum numero propria uoce immiscendo, nihilo secius Ad Philippenses dum epistolium exarasset, dixit. Cupio dissolui, & esse cum Christo, Ecce palam conspicimus talem palinodiam componere Paulum qui mox, Apologiam exquirat quid sentiendum mandas per doctæ Philotheæ?

Cap. 1.

## SOLVTIO.

PHIL. Cupidine naturali quæque uiuentia, homines, & bruta vsque

que adeo præsentem cupiunt uitam, ut mortē tanquam malum naturæ infestum exorrescant, naturaliter enim omnia esse appetunt, & illius causa agunt secundum naturam, quo fit, ut omne animal propriā salutem tueri desideret, mortem perniciemque deuitet. Rationali uero desiderio multoties nonnulli hanc uitam in mortem commutare exardescunt, ut fœliciorem adipiscantur uitam. Dum itaque Paulus nolle mori contestatur, & suū & aliorum naturalem expressit appetitum, cum uero sui corporis dissolutionem se præoptare aperiret, rationalem cupidinem ostendit, ut Christum lucrifaceret, clamat nempe, mihi uiuere Christus est, & mori lucrum.

Augu. li. 2. de doctrina Christiana.
Aristot. 12. de anima
Boetius.

## NOTVLA.

Legito Augustinum libro tertio, de Trin. cap. 4. librare libeat tibi lector uerbo Augustini. libro primo, de ciuitate Dei capit. 22. asserētis, Philosophum quendam Theobertum nomine, perlecto Platonis libello, in quo de animę immort. adamussim disseruit, felicioris uitę robusta spe, de muro se percipitem dedisse, & sic ex hac uita migrasse quale enim facinus tibi patrandum nullatenus consulerem, impium enim extat propriū sanguinem funebriter effundere, sic alienum sanguinem effundi non debere lex sancta pie iubet, ut habetur, Gen. 9. Exo. 20. Matth. 16. Rimare adhuc excerptum ex libro reuelationis capit. 9. In die illa desiderabunt homines mortem, & fugiet ab eis, & limpidius intueberis ad euitandam miseriam homines, nonnunquam mortis iaculis ferire præoptasse.

Filip. 1.

## EX VIII. CAP. CONTRADICTIO VNICA.

Prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. 1. Ad Cor. 8.



ISCIPVLI authoritas magistri authoritati ne utiquam præualere debet. Quis ergo a lachrimis abstinere ualeat, dum discipulum in magistrum insurgere cernet? ait Christus Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. Paulus uero coram omnibus opera pietatis uobis persoluenda consulit, dicens, prouidemus enim bona non solum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus.

Mat. 16.
Rom. 12.

## SOLVTIO.

Matth. 9. Matth. 5. PHIL. Si ex hoc Paulum Christo contradicere arbitramur magis profecto Euãgelium Euangelio opponi comperiemus. Ait enim. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus quod paulo ante santierat, luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera vestra bona. Quamobrem humanos affectus sic mensurari scias mi Didyme. quòd si quispiam iustitiam suam in conspectu hominum efficiat ut uideatur ab eis, & apud homines gloriam sortiatur, recepit & ipsemet Hercule mercedem suam. Ait enim attendite ne iustitiam

Matth. 5. uestram faciatis coram hominibus, ut uideaminiab eis, non utique prohibet opera iustitię coram hominibus fieri debere, sed ne tali fine fiant, quo ab hominibus, & non a Deo mercedem ipse adipiscatur, si vero eo fine bona pariat opera, ut bene faciendi normam proximo exhibeat, & gloria æterno patri porrigatur, premium ab eo præstola-

Matth. 5. tur? Dum igitur opera in occulto efficienda Euangelium iubet, ad repellendam iactantiam sancte monet, cum uero palam nos operari hortatur, ut benefaciendi alijs exemplum præbeamus, pie consulit, inquit nempe ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in Cœlis est.

## NOTVLA.

Legito August. de gratia noui testam. ad Honoratum capitulo trigesimoprimo de verbis Domini secundum Matthæũ. Sermone secundo, & rimare excerpta hinc Matth. 6. Cum facis elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera, inde uero comẽdemus nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu Dei, & August. dicta percurras. Psalmo 49.

## EX XI. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Ad Philip. 5.

DYD. 

LORIARI & ipsum velle, quasi arroganter spospondit Paulus. Necnon promissum exoluit, dum generis nobilitate, & Apostolica dignitate, neminem sibi præponi patit, dicens, Habræi sunt, & ego. Israelite sunt, & ego, semen Habrae sunt, & ego, ministri Christi sunt, & ego, & alibi.

alibi. Ego quidem circuncisus octauo die de genere Israel de tribu Beniamin Hebræus ex Hebræis, & secũdum legem Pharisæus, & alio lõco. Qui operatus est Petro in apostolatu operatus est, & mihi inter gentes, uerum enimuero oppositum asserere ostendit, & sibi contradicere, eum ad Galathas Epistolium dirigens, inquit, mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, nec ab reprofecto. Euangelium ad hoc nos impellit. enimuero, ut propriam gloriam vnusquisque tanquam inanem repellat, scriptum est enim. Si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est.

Galat. 2.
Cap. 6.
Iac. 8.

## SOLVTIO.

PHIL. Quempiam gloriari bifariam intelligere quibus mellite Didyme, interius scilicet, ad iactantiam, ut hominibus aliquid esse & ipse videatur. quo nanque pacto gloriari non expedire, ait Paulus. Alias autem quisquam gloriari poterit exterius, ut emergentes errores expellens, sui exemplo fratres in fide confirmet. Quo nam pacto gloriatus est Moses dum de semetipso sic reuerenter honorificeque verba deprompsit. Erat enim Moyses mitissimus homo. Cuius uoces innatus Euangelista clamauit. Hic est discepulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonium eius, necnon Matthæus de seipso uerba faciens, ait. Vidit Iesus hominem sedentem in Theloneo, Matthæum nomine. Et huiusmodi genus gloriæ proprio hominis ori non exordescere asserit Augustinus. Quotiens itaque Paulus gloriari uellet canit. hoc, siue scilicet intendit ut errores nõnullos demoliatur, & fratres ad fidem pertrahens in his quæ ad fidem sunt eos firmare ualeat. Quod quidem ipse identidem expressit, cum dixit, pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis, & rursus, libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me uirtus Christi.

2. Cor. 12.
Num. 12.
Io. ultimo.
Cap. 9.
Lib. 22. de ciuit. Dei.
1. Cor. 12.

## NOTVLA.

Videto Augustinum libro de verbis Domini ser. 2 o. & lib. Psalm. psalmo 118. nec ob id inficiaris, ut propriam mox obijciendam gloriam opineris inquit Paulus 1. Cor. 9. melius est mihi mori, quam ut quis gloriam meam euacuet.

## EX XII. CAP. CONTRADICTIO VNICA.

Scio hominem ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus, nescio Deus scit. raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. & scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio Deus scit, quoniam raptus est in Paradisum, & audiuit Archana Dei quæ non licet homini loqui.

DYD. Acto 9.



ONCORDI spiramine omnes sapientes interpretā tur Paulum de semetipso super inducta uerba ferentem asserere. Triduo illo suę conuersionis se raptum ad Empireum Cœlum ibique Archanos Diuine sapientiæ cōceptus intellectualiter audiuisse. Quos quidem homo in uita degens mortali nullatenus explicare valeret. quoniam Deum si ue in corpore siue extra corpus tali visione se uidisse fatetur, quali nē pe beati eum assidue intueri lætantur quemadmodū Augustinus expressit, eum beatum beatitudine horaria fuisse contestans, veruntamē hoc recantasse videtur, oppositum asserendo, dum dixit. Solus Deus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quē nullus vnquam hominum uidit, sed nec uidere potest. En pugnantia uerba cernis pater Phylotheæ. ut Deum neminem usquam uidisse adstruat Paulus, neque eum quempiam uidere posse, & tamen sibi tantum arrogat, vt Deum uidisse temere fateatur.

(Margin: 83. q. 9. ante pen. ad orosiū. 1. Tim. 6.)

## SOLVTIO.

Primum. PHIL. Perpendas quæso Didyme, quantum ex Augustino colligere quimus, tria visionis genera in scripturis sanctis reperiuntur, primum nempe visio corporalis esse fertur, qua quispiam oculis corporeis aliquid corporaliter intuetur Dei solius munere quod quidē adstantium nemo secernit, quo namque uisionis genere. Adam in statu innocentiæ Deum vidit, eiusque vocem audiuit. Abraham tres viros (quos tres Angelos fuisse Aug. testatur) sub ilice mambre conspexit, eo etiam uidendi modo moses Deum in ardēti rubo intuitus est, necnon eo uisionis genere Deum ipsum cernebat. Dum eum Dominus facie ad faciem alloquebatur. Sicut solet loqui amicus cū amico suo. Petrus, Iacobus, & Ioannes sic Dominum transfiguratū Mose & Helia in monte colloquentibus viderunt. Ac etiam Stephanus cœlum aspexit apertum, & Iesum stantem a dextris uirtutis Dei. Quadā uero uisio imaginaria nuncupatur, quando non res ipsas sed rerum simi litu-

(Margin: Gen. 3. Lib. 16. de ciuit. Dei capit. 29. Gen. 18. Exod. 3. Exod. 33. Math. 17. Acto 7.)

litudines conspicimus quo quidem pacto Iacob scalam cœlum sublimitate tangentem, Pharaoque spicas, & uaccas in somno perspiciebat. Esaias autem Dominum sedentem super solium excelsum contuebatur? Et Petrus discumbe cœlo submissum, Ioannes consimiliter quicquid Apocalipseos codicillo se uidisse conscribit, hoc uisionis modulo dinouit, teste Aug. Extat tertium uisionis genus quod intellectuale nominare assuescimus. Hæc autem uisio bipartitur, quandoque enim abstractiua est, per speciem quandam intelligibilem quæ est rei vniuersalis similitudo, qua etiam arguitiue humanus intellectus cuiuspiam rei cognitionem uenatur, hoc nempe genus cognoscēdi Deū ipsiusque sempiternam uirtutem, ac vniuersa uisibilia docuit Paulus, dum dixit. Inuisibilia Dei, a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, summa quoque uirtus eius, & diuinitas, quo quidem modulo philosophi naturali indagine Deum esse unū, a quo cœlum pendet & natura indagati sunt quoniam entia nolunt male disponi, pluralitatem principantium nō fore bonam arbitrati sunt nosque omnes cęli altitudinem nostrorum intellectum imbecillitate metiri uolentes. Tali cognitionis genere assidue vtimur, vt ex rebus creatis arguendo ad increata feramur, cuius rei paradigma Christi virguncula Catherina nobis exhibet, dum Maxentio Imperatori, Maximiani Augusti filia Deum unicum noscendi modum præbens, ait Mirare Cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, mirare ornamenta cœli, Solem lunam, & stellas, & cum hæc omnia noueris interroga, & disce quid sit omnium patrator, & cum eum Dūm esse inueneris, ipsum adora, ipsum glorifica. Alia uisio intellectualis intuitiua cognitio appellatur, qua rem præsentem, & in propria existentia existentē mentis oculis intuemur, & hoc uidendi munere solum beati in patria potiuntur, ipsi enim, clare Deum uident. Ait Paulus, nunc autem in enigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem, & rursus, nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut, & cognitus sum, contestante Ioanne. Videbimus eum sicuti est, & hoc beatorum priuilegio potitus est Paulus in raptu, ut Deum clare sicut Angeli uident, & ipse dinouerit, quemadmodum Augustinus, pluribus in locis declarando asseruit. Dum itaque Paulus se vidisse Deum contestatur, sic tenendum esse ducimus, ut credamus eum visione intuitiua (singulari priuilegio) & beatifica, quali Angeli Deum assidue intuentur, horariam tamen non diu permanente eum uidisse. Cum uero ipse idem Paulus clamat ꝙ nullus hominum unquam Deū uidit nec uidere pōt, corporis oculis in propria essentia neminē eum uidisse asseuerando affirmat. Hoc. n. notitiæ genere non est ipse Deus noscibilis, di-

Gen. 28. Gen. 41. Esa. 6 Acto 10. Libro 12. super Gen. capit. 2. Rom. 1. 1 Lib. Meth. 7. c. 18. ac. 7. ult. Exemplū dicti. 1. Cor. 13. 1. Can. 3. Lib. de uidendo Deū ad probā. lib. de uidendo Deū ad paulinā 83. q. q. 81. ad orosiū & lib. 12. super Gen. ad literā.

Exod. 33. xit Mosen,non uidebit me homo & uiuet. Cuius uoces spiritusancto
Io. 1. dictante,imitatus Euangelista cecinit. Deū nemo uidit unquam, ocu
lis corporis in propria essentia,non posse uideri fatagendum ducamus
quæ omnia Paulus identidem testimonio Esaiæ deprompsit dicens,
1. Cor. 2. oculus non uidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ
Esa. 64. præparauit Deus diligentibus se, habes ne mi Dyme.

DY D. Habeo Hercle.Sed audi quæso pater Phylotheæ quid mi
hi denuo in mentem uenit. Paulus se raptum ad tertium cęlum uerbo
firmauit. Sed ignorare fatetur, an in corpore seu extra corpus, illuc
delatus fuerit.Tu autem quid mihi sentiendum iubes?

Psal. 30. PHIL. Pati concordia sapientes opinati sunt,nullatenus animam
corpus dereliquisse unde Augustinus asserit raptum, esse mentis alie-
nationem a corporeis sensibus tunc nempe mentis excessum patitur,
quispiam tunc in extasim deuehitur tunc denique rapitur cum intelle
ctus eius a corporeis phantasmatibus usque adeo abstrahitur ut nullo
pacto ab Organicis potentiis in operando pendeat & tunc intelligit,
non per phansmata,sed p immissionem specierum,aut intuitiue sicut
Psal. 30. Paulus Deum nouit, Ideo inquit August. Dum rapitur aliquis, seu
meritis patitur excessum cætera interna quodāmodo de eius delabun-
tur memoria.

DY. Hoc solo discrutior ut asserere cogar Paulum clarius Deum
Gene. 3. uidisse in raptu quam Adam eum in paradiso delitiarum nouerit, qui
facie ad faciem eum alloquebatur,& uocem eius deambulantis ad au-
ram post meridiem audiebat.

Augūst lib. de uidendo Deū ad Paulinam. PHIL. Quid ni? Adam enim uisione corporali corporea aliqua
sub imagine Deum uidebat & intellectuali notitia eum noscebat per
speciem quandam eius intellectui a Deo immissam clare eum repræ-
sentantem.Paulus autem intuitiue in raptu eum dnouit.

Exod. 33. DY. Quid de Mose? de quo ipse idem testimonium perhibens ait
loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem sicut solet loqui ho-
Exod. 33. ad amicum suum.

PHIL. Per speciem quandam clare Deum repræsentantem Mo-
ses ipse eum agnouit nec unquam illum intuitiue perspexit nisi per im-
Aug. contra Maximi. Cap. 26. maginem corpoream oculis corporeis corporea uisione,ut iamiam di
cebam. Ait enim Deum rogasse & dixisse Domine ostende mihi glo-
riam tuam. Cui Dominus faciem meam non uidebis, posteriora autē
mea tantum uidebis,hoc est,uidebis me per speciem non autem falla
citer & intuitiue.quia non uidebit me homo & uiuet,ac si dicat,nō po
test homo in uita ista mortali degens me intuitiue, sicut beati in pa-
tria uident, intueri.

DY.

DY. Verum enimuero in libro Numeri memini me legisse ore proprio Deum deprompsisse hæc uerba. Ore enim ad os loquor ei palã, & non per enigmata & figuras Deum uidet quid nam sibi uolunt huiusce modi uerba sapientissime Phylothea, nisi Mosen Deum clare & intuitiue comprehendisse, non enigmate neque per similitudines seu figuras. Lib. de videndo Deũ Ad Paulinam.

PHIL. Rei scopum tetigisti Dydime August. enim hęc uerba Mosen inculcantem audiens, dicit ipsum quandoque Deum etiam intuitiue nouisse. Speciali Dei munere raptum. uerum sacra nõ pandit scriptura ubi, & quando uelut Paulus de semetipso, differens sui raptus tempus adnotauit.

## NOTVLA.

Legito August. lib. de uidendo Deum ad probam, eodem libro ad Paulinam. 83. quæstione, quæstione 8 1. libro tertio, contra Maximinum capitu. 25. Psal. 30. libro duodecimo super Gen. ad literam. Et rimare scripturam extesim seu raptum protestantem, ex Dauide in primis Psalm. 115. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax, ex actis apostolicis. Ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam, & cum esuriret noluit gustare, parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus & uidit cælum apertum. Consimiliter ex Pau. 2. Cor. 12. Scio huiusmodi hominem raptum usque ad tertium cęlum & sæpius animo menteue perlustres illud Pauli exerceptum, secũdo Corint. 5. Audientes & scribentes quoniam dum summus in hoc corpore peregrinamur a Domino, per fidem enim ambulamus & non per speciem. Audemus autem, & bonam uoluntatem habemus magis peregrinaria corpore & præsentes esse ad Dominum hoc est cognoscimus Deum quoad usque in corpore sumus per fidem ex reuelatione scripturarum non clare per speciem aliquam distincte repræsentantem, nam qui speciem clare repræsentantem Deum ipsum cognouerunt speciale ab eo sortiti sunt munus, sis memor lector huiusmodi Pauli non mediocri admiratione dignũ mentis excessum Dauidis spiritu nobis inculcatũ, per tempora fuisse. Ait enim Psal. ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu, eo enim anno quo Stephani neci & ipse interfuit mentis excessum passus est Paulus. Cum adolesceret secundũ scripturas actuum cap. septimo, quibus de tribu Beniamin seipsum nominat, vt habetur ad Phil. cap. 3. Cap. 10. Gal. 1. Act. 9. Act. 11. Act. 10. Psal. 67.

EPIST. AD GAL. EX I. CAPIT.
*Contradictio. prima.*

Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem: sed per Iesum Christum:& Deum patrem. Ad Gal. 1.

D Y D. Acto. 13.



APOSTOLVM seipsum nominat Paulus, hoc est missum nõ ab hominibus, sed a Deo patre per Iesum Christum. oppositum vero Lucas adnotauit, dum dixit. Apostolos orantes misisse Paulum & Barnabam ex Antiochia. Tunc ieiunantes & orantes imponentesq; eis manus dimiserunt illos, qui ex Antiochia Seleutiam abierunt inde vero Ciprum nauigauerunt.

## SOLVTIO.

PHIL. Longe.n. hęc duo inter sese certant in Apostolũ eligi & in Apostolatus dignitate firmari. Paulus enim a Deo per Iesum Christũ ad apostolatum est inuitatus, ab apostolis quandoque commilitionibus signo spiritus in apostolatus exercitio confirmatus. Hoc quidem Paulus ipse nobis patefecit dicens. Notum facio vobis fratres Euangel. quod euangelizatum est a me, quia non secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud neque dedici, sed per reuelatio-
Gal. 1. nem Iesu Christi. Cui adstipulatur Lucas, adstruens Christum Pau-
Acto. 9. lo aduocato dixisse, Saule Saule cur me persequeris? Et rursus. Ananiã alloquens Christus dixit. Vade quoniam vas electionis est iste mihi vt portet nomen meum coram gentibus. Dum itaq; coapostoli Paulum & Barnabam dimiserunt. Illud enim Deo mandante effecerunt
Acto. 13. clamauit nãq; segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod
Acto. 13. assumpsi eos. At illi imponentes eis manus dimisserunt eos. Ob id infert textus, & ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt Seleutiam & inde nauigauerunt Cyprum.

## NOTVLA.

Videto Aug. ad Orosium, & Epist. 108. ad Seleutianum declarantem Paulum ab Anania baptizatum fuisse: quoniam Lucas dicit. In actis apost. cap. 9. Et surgens baptizatus est. Alios vero apostolos baptismatis vnda perfusos sacra non adnotauit scriptura, verum enim vero eos qui alios ad baptismi fontem inuitabant. baptizari contempsisse sibi suadere nequit: ibidem August.

CON-

CONTRADICTIO. II:

Si ego hominib. placerē Christi seruus nō essem. 8.Cor.10.

SEruum Christi hominibus placere non posse exemplo sui ponit Paulus. Qui cum alibi blandis vocibus clamitet. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, en pespicuam ex verbis eius contradictionem. D Y D.

SOLVTIO.

PHIL. Non iniuria probatū illud verbum satagendum curamus bone Dydime, videlicet, finis monet agentem, seu illud, a fine omnia denominari iustum est, si quispiam hominib. placere studeret, ut eorum comparata gratia iactanter & funebriter quę carnis sunt colligeret, hic quippe seruus Christi nō esset. Ait enim non potestis Deo seruire & Mamone i. auaritię. Si autem sic hominib. placere conaretur, vt eos alliciendo ad fidem pertraheret seu pertractos fructus fidei parere impelleret: hic Christo toto corde deseruit, sic Paulus Iudæis & gentibus placere studebat, ut eos Christo lucrifaceret. Matth. 6.

NOTVLA.

Vide August. de verbis domini secundum Matth. Ser. 2. Et pondera dictum eccl. capit. 20. sapiens in verbis seipsum amabilem facit, illud Iac. capit. 4. subnectitur. Amicitia huius mundi inimica est Deo: hoc est: qui amicos sibi comparat in his quæ mundi sunt. Deum sibi inimicum, ac vltorem vendicat.

CONTRADICTIO. III.

Deinde post annos tres veni Hyerosolimā uidere Petrum: mansi apud eum diebus quindecim. Ad Gala. 2.

TErtio suæ conuersionis anno ex Arabia & Damasco ad visendū Petrum se Hierosolimam recepisse scibit Paulus, addens insuper, deinde post annos quatuordecim iterū ascendi Hyerosolimam, cum Barnaba assumpto & Tito & secundo hoc aduentu cum Petro & cęteris commilitionibus, Euangelium contulisse testatur. Igitur quantum ex textus Pauli intellectu colligimus: anno. 17. a passione domini, Petrus ipse Gierosolimis adhuc degebat. Hinc vero Romam pergens, secūdo Claudij anno (qui quintus Romanorum Imperator an- D Y D. Gala. 2. in primordio.

nis imperauit tredecim) vigintiquinq; annis ibi cathedram sacerdotalem tenuit, vsq; ad ultimum Neronis annum.i.decimumquartum, cuius nephario iussu cruci affixus, capite ad terram verso, pedibusq; in sublime erectis, martyrio coronatus est. Quod totum Ariopagita Pauli discipulus Dionysius diuusque Hieronymus adaperiunt, constante Eusebio Cæsariense de Eccle historia, libris secundo & tertio. Hac itaq; stante temporum supputatione Petrus & Paulus quadragesimosecundo anno a Christi passione Romæ martyriū pertulerūt, nempe decem, & septem annis (ut superius explosum est) ad regiones orientis Euang. promulgasse adnotauit, Paulus, quibus si uigintiquinque addantur anni, ad quadraginta duorum annorum numerum facile omnes ascendunt.

Dionysius in epist. ad Timot. Hierony. in cathalog. scriptorū eccl. Eusebius. libro 2. cap. 25. lib. 2. capit. 11.

Verum enim uero quadragesimosecundo anno a passione Christi, non Nero sed Vespasianus, decimus Imperator Romanorum imperij diademate prefulgebat, a Nerone profecto ad Vespasiani Imperium decem & septem effluxerunt, menses, quib. Galba, Oto, & Vitelius Imperatores (vt Suetonio placet) breui temporum curriculo in Imperio adinuicē sibimet ipsis successere. Igitur Dionisius, Hieronymus, & Eusebius, insomniantur, asserentes Petrum & Paulum vltimo Neronis anno Romæ martyrij palmam adeptos, potius enim adstruere debuissent, tertio, Vespasiani anno Petrum, & Paulum Romam pro Christo abijsse. Nā ultimus Neronis annus trigesimusnonus a Christi passione computatur, tertius vero Vespesiani annus quadragesimussecundus esse dignoscitur, quid ergo doctissime Philotheæ? Paulum commentitia protulisse? an prælibatos sanctos insomniasse dicā.

## SOLVTIO.

PHIL. Hem bone Dydime, nec Paulus errauit, nec sancti illi somnia pandunt. Ex quorum sapientię fonte hanc perspicuam haurimus veritatem, quod anno trigesimonono a Christi crucifixione, Petrus, & Paulus insontes pro Christo, Neronis iussu necati sunt. Alter quidē cruci pedibus sursum eleuatis: Alter uero capite obtrucato. Sed verba Pauli te ad dubitandum rapiunt, quoniam bis se Hyerosolimam recepisse scribit, primo in trium annorum spacio a suæ conuersionis Dei, secundo in quatuordecim annorum curriculo. Tunc quippe decem & septem erunt anni ut tibi uidetur. Verum ne utiquam sic tibi tempora metienda velim quin Paulū a suæ conuersionis die vtrunque aduentum scribere perpendas, ut tres illi anni primi aduentus in quatuordecim secundi aduentus claudantur. Et est ut dicit Paulus, a

die

die conuersionis meæ ad uisendum Petrum his Hyerosolimam me contuli, prima vice, tertio conuersionis anno. Secunda vice, quartodecimo conuersionis anno quo fit, ut non decem & septem annis Petrum ibi permansisse, sed quatuordecim dũtaxat ipse describat. Capis ne?

DY. Si rite capiam, attende queso, Petrum septem annos Antiochiam rexisse ecclesiam, septem vero Hyerosolimam, Samariam, Cesaream, Capharnaum, Ioppem. Aliasque ciuitates perlustrasse ais.

PHIL. Rem tenes ædepol igitur: effare ne sileas.

DY. Verba Pauli sic texenda (te doctore) arbitror, vt si quispiam alicui dixerit Isto mense Augusti, bis Venetijs ad te visendum Patauium me recipiam, prima uice. Die decima eiusdem mensis, secunda vice die uigesimanona ueniam. Hic nempe triginta nouem nominat dies, nihilosecius mensem non excedit. Sic quidẽ Paulus tres, & quatuordecim memorauit annos, veruntamẽ quatuordecim nullatenus ipse pertransit quoniam tres illi in quatuordecim inuoluuntur annis.

PHIL. Rem acu tetigisti, extat ne aliquid in quo dubites? Exprome Dydime nec me grauare putes.

DY. Nonnulli obgarriunt, aientes, nunquã Petrum Romã vidisse.

PHIL. Paulum Romã aduentasse anno trigesimoseptimo a Christi crucifixione, nemo est qui ambigat, ait Lucas, cum Paulus ipse in Cæsarea ad Cæsarem appellasset. Festum proconsulem dixisse. Ad Cesarem appellasti? Ad Cæsarem ibis, & rursus, & sic venimus Romam, & inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad apij forum ac tribus tabernis. Quos cum uidisset Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam. Acto.25. Gala.vlt.

DYD. Petrum uero Romæ per tempora degisse, vnde innotescit Philotheæ.

PHIL. Ipsemet Petrus hanc patefecit ueritatem dum dixit, salutat vos ecclesia que est in Babilone erecta. Nemo quidẽ (nisi desipiat) Petrum ecclesiam in Babilone erexisse asserere audebit, per Babilonem enim Romam denotabat: Babel nanq; cõfusio interpretari consueuit: propterea Dionysius, Hieronymus, & Eusebius eum Romæ laurea martirij coronatum intrepi de conscripsere. Episto.1.e. ult. ad calcem.

NOTVLA.

Vide Augu. ad Gal. cap. 1. Dion. in Epist. ad Timot. Hieronymum lib. de uiris illust. ac Eusebium Censariem. lib 2. de Eccle. hystoria, capit. 25. & lib. 3. cap. 1. Addas insuper hunc de quo loquimur. Arriopagitam Pauli discipulum extitisse, quod quidem apostolorum acta ad amussim aperiunt. c. 17. ad calcẽ, necnon Casariẽ. ille contestatur,

lib. 3.

lib.3.de hyst.Eccl.c.2. & recondas in tuæ memoriæ armariolo.Paulū fuisse senem. Ait enim ad Philemonem: cū sis talis (vt Paulus) senex.

EX II. CAP. CONTRADICTIO VNICA.

Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restitit,quia reprehensibilis erat.

DYD. SQVE adeo his Pauli verbis corde menteve labasco Philotheæ, ut quo me vertam dignoscere nequeam,ait enim,Petro Antiochiæ in faciem restitisse, eumque corrimpiendo dixisse, si tu cum Iudæus sis gentiliter viuis, & non iudaicę:quomodo gentes cogis iudaizare? Et huiusce reprehensionis causam ipse adnotans dicit,antequam venirent nuncij ex Hierosolimis Antiochiam a Iacobo minore fratre Domini Hierosolimorum tunc Episcopo,ut fratres mitterent, ne idola suffocata comederent.Petrus cum gentilibus libere edebat,nil pęnitus de legalium obseruantia curans,postquam vero illi Antiochiam se receperunt,subtrahebat se a gentium consortio legalia obseruare necessarium fore dissimulans,verum enim uero ipse idem Paulus pręcipiendo clamat,seniorem te ne increpaueris,sed obsecra, ut patrem, quoniam scriptum est,honora personam senis. Petrus autē: Aetate,& auctoritatis iuris dictione eo senior erat: nullatenus ergo illum corripere debuerat,sed ut patrem obsecrare.

Act. 15.

1. Timo 5. Leuit.19.

SOLVTIO.

PHIL. Si Hieronymo credimus, Paulus nō reprehendit Petrum: nisi ex condicto, conuenerant enim insimul ad abolendam simulationem, ut Paulus coram adstantibus in faciem ei resisteret: Augustino tamen interpretatio Hieronymi non placet. Nam si Paulus non vere eum correxisset,sed corrigere simulasset,utique non dixisset, restiti in faciem cephe quia reprehensibilis erat.Ob id cum Augustino asserimus,Paulum correctione charitatis Petrum uere corripuisse,& illud idem est aliquem obsecrare ut patrem, quod charitate reprehendere & absque liuore veritatem edocere.Quo quidem pacto Ietro Mosen principem Israelitici populi monuit & charitate correxit.

Aug.epist. 38.ad Hieronymū. li. de mendatio. c. 5. ibidem.

Exod.18.

DY. Sat habeo,nihilominus libenter abste discerem:si hoc modo dissimulans Petrus peccauit?

PHIL. Hieronymus nullatenus eū peccasse autumauit.Nam fuit pia simulatio,ut sinagoga facilius ad Christum pertraheretur Augustinus

stinus vero (cui assentiendum ducimus) Petrum deliquisse ratus est: leuiter tamen, seu uenialiter, ad quod rationem apponit talem, aut Cephas recte ambulauit ad ueritatem Euangelij, uel non recte, si recte, mentitur ergo Apostolus dicens, cum uidissem quòd non recte ambularet ad ueritatem Euangelij: si non recte ambulauit, igitur peccauit: leuiter tamen eum peccasse ponit. Nam scriptum est omnis qui manet in Christo non peccat funebriter, seu mortaliter subaudias. Gal. 2. 1. Ioan. 12.

D Y. At qui mihi uidere uideor Petrum etiā mortaliter deliquisse & hoc mihi argumento esse potest. Nemo alium reprehendere licite debet eo peccati genere in quo & ipse est. Paulus enim eodem delicti genere irretitus, quo Petrus erat, & ipse fuit, nam Timo. circūcisit Lystris, patre gentili matre uero hebræa, & eo tēpore non erant seruanda legalia, igitur si Paulus tunc uenialiter peccauit, & Petrus maiori deliquit delicto. Aliter eum reprehendere licite nequisset. Act. 16.

P H I L. Exacte dubitas bone Dydime: audi quæso. Dum Paulus Timothæum circuncisit, nullo peccati genere & ipse peccauit, quoniam licebant tunc legalia, nec erant motifera, tria nempe tēpora statuit Augustinus. Tempus scilicet in quo legalia uiua extabant usq; s. ad passionem Christi, tempus in quo licebant nec tamen uiua erant, quia uitam non conferrebant. Quod quidē tempus ad promulgationem Euangelij protenditur, a promulgatione uero Euangelij usque ad seculi cōsumationē inania illicita, uana, & penitus mortifera dijudicantur. Paulus autem circuncisit Timo. secundo tempore, uidelicet a passione Christi, quando Euangelij promulgatio expleta nondum fuerat, & hoc ipse effecit, ut scisma euelleret, mater enim Timothæi hebræa, pater uero gentilis, & gentilizare ne utiquam tunc licuit, sicut iudaizare permittebatnr: debuit enim Synagoga cum honore sepeliri (inquit Augustinus.)

D Y. Et Petrus etiam tunc legalia obseruabat, qñ ea obseruare licebat. Equidem promulgatio Euangelij dum Petrus Antiochæ residebat, expleta non fuerat, itaque nullo pacto & ipse pecauit, uel Paulus eodem laqueo illaqueatus extit, quid ais Philotheę? effare si libet.

P H I L. Puerilis dubitatio hæc tua est bone Dydime, nō enim peccauit Petrus quia legalia obseruabat, sed quoniam simulabat legalia obseruare fore necessarium, ex quo gentes scandalum incurrebant, non sic Paulus dissimulauit profecto.

D Y. Ergo funebriter peccauit, si proximo scandalū iniecit scandalizauit nempe, non tñ intentionē scandalizandi habebat, erat. n. pia simulatio. Ait utique cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat

se timens eos qui de Circuncisione uenerant, quod est dictum, uerrebatur scandalum eis afferre, qui ad Christum de Iudaismo confluxerant, ob id cũ gentibus gentiliter amplius cõuersare nolle simulabat.

PHIL. Sed textus dicit, cum uidissem, quòd non recte ambularent ad ueritatem Euangelij, quid enim funebrius? quàm ad ueritatem non ambulare.

Galat. 2. DY. Si Petrus itaque Euangelij dictata, & Christi dogmata non sectabatur mortaliter peccauit.

PHIL. Bellequidem, omnis enim qui ad ueritatem Euangelij non ambulat, Anathema est, nisi ex pia simulatione, & bono fine, id efficiat, quo nanque pacto Petrus ipse effecit. Quamobrem ne utiquam eum deliquisse funebriter asseramus. Sed tantum leuiter seu uenialiter peccasse censeamus, nec sese hæc duo digladiantur, uidelicet habere spiritum Domini, & peccare leuiter. Ait enim Euangelista. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est.

## NOTVLA.

1. Ioan. 1. Legito Aug. Epist. 28. ad Hieron. Et rimare lector Aug. monimenta. Nam in lib. contra Epist. Donati adstruit, Petrum esse fundamentum Ecclesiæ: Quod tamen uidetur retractasse 1. lib. retractationum cap. 21. perpendas tamen quod non absolute retractauit, sed ad uoluntatem lectoris iudicio sententiam relinquens, inquit, enim Augustin. quoniam Paulus dicit, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus 1. ad Cor. 3. & rursus, petra autem erat Christus 1. Cor. 10. Christum Ecclesiæ fundamentum ponimus. Sed quoniam Christus dixit. Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. Concludit Aug. Harum autẽ duarum sententiarum, quæ sit probabilior eligat lector. Tu uero dicas ex sententia beati Ambrosij. Quem Aug. ibi authorem sibi reddit, quòd fundamentũ Ecclesiæ duplex extat, est enim fundamentum fundamentorum, & hoc Christus, est autem fundamentum fundatum, & tale Petrus est.

Legito etiam Aug. lib. contra Iudæos, Paganos, & Arrianos, cap. 19. Necnon lib. de Agone Christiano, cap. 30. ubi adstruit, claues Ecclesiæ accepisse omnes Apostolos in Petro, quoniam primatus Apostolicæ dignitatis in eo effulget, quod quidem ipse idem Aug. confirmat lib. de uerbis Domini secundum Matthæum. Ser. 13. & lib. Hom. super Ioannem Hom. 118. & 124. Nota insuper qualiter Euseb. Cæs. lib. 1. de Eccl. hist. c. 14. Ex sententia Clementis, quarto disputationis

libro asserit. Cephamillum cui restitit in faciem Paulus, non fuisse Petrum apostolorum principẽ, sed alium Cephã de septuaginta discipulis vnum. Quæ tñ opinio aboleuit, testimonio Hieron. & Augustini.

## EX III. CAP. CONTRADICTIO VNICA.

O insensati Galathæ qui uos fascinant ueritati non obedire. Ad Gal. 3.



QVO fascinum perpeſsi sint Galathæ, eorum in fulæ admiratus mutationem, exposcit Paulus, ac si hominẽ fascinari firmiter concedat, & tamen hoc fascinum penitus eneruare ipse idem intendit, dum dicit. Quomodo conuertimini iterum ad infima, & egena elementia quibu s denuo seruire uultis, dies obseruatis & menses & tempora & annos. En dierum & temporum obseruantiam Paulum prohibentem, vt recantare omnino uideatur, quæ superius adnotauerat, & fascinum nihil esse adstruat.

PHIL. Quantum ex Augustiniano didicimus Gymnasio tria extant fascinationis genera. Quædam.n. est fascinatio a Dęmone, quædã uero a sidere, alia aũt ab homine. Quempiam.n. a Dęmone fascinari posse, ut de iusto iniustus fiat, ad peccatũ de lapsus, nemo est qui ambigat. Ait Petrus aduersarius uester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret, cui adstipulatus apostolus, clamitat. Angel. Sathanæ transfigurat se in Angel. lucis, & huiusmodi fascinandi artem ex commertio cũ dæmonib. magiam antiqui appellarunt, i. sapiẽtiam, quæ tñ nobis penitus interdicitur mandante lege, nec ad magos declinabitis, & rursus, & si uobis uera dixerint, nolite eis credere. Quamobrem artem diuinandi & augurandi, quam necromantiã nominarunt, seu idromantiam, ut Augustino placet, iure lex ipsa abolendã iubet. Nam apud gentiles ẽt eã inhibitã legimus. Ait. n. Poeta clarisſimus testor chara Deos, & te germana tuũq; dulce caput; Magicas inuitã accingere, artes, ꝙ fusius tuitus est Augus. addens in super testimonio, C ic. apud Romanos hmõi artẽ magicã in antiquiſsimis legib. duodecim tabularũ fuisse inhibitã. Quædã aũt est fascinatio a sidere, quæ quidem bipartiri solet, & corporis fascinatio, & aïæ ponitur, ut si nascatur infans sub infausto sidere, malam afferens corporeæ molis cõplexionẽ, quẽadmodũ in epilecticis experimur & infirmis, lunæ aspectũ nocere autumarunt medici maxime in infirmitatib. curandis, Albumasaris testimonio, motũ lunę obseruãtes, aïam vero sic a sidere fascinari, ut ad uitia seu ad uirtutes neceſsitate quadã ipsa siderũ influxu cõpellat, negat Augu. q tñ uim quãdã siderib. tribuit a Deo eis ꝓstitã

Lib. de diui. Demo. li. ser. de tẽpore ser. 24 li. 2. de ciu. Dei ca. 24. & 25. 1. Petri. 5. Aug. 2. de ciuita. Dei c. 18. Leu t. Deute. 13. Lib. 7. de ciuit. Dei c. 8 virg. 4. Eneid. Li. 8. de ciuit. Dei. capit. 19. Cap. 19. Lib. de ciu. Dei. capa. & 7. & li. 7 cap. 30.

Lib. 5. de ciuit. Dei. capit. 2. ad inclinandum duntaxat: ait hercle. Sic Deus res quas condidit administrat, vt proprios motus agere sinat, idcirco Magiam illam quã iudiciariam astrologiam Mathematici iactanter vocitant, ex siderum cognitione futura prædicere profitentes, ac si fato homines viuerent & morerentur: inanem prædicat Augus. Qui quasi tuba exaltans vocem suam clamat. O stultitiam singularem eligitur dies vt ducatur vxor, ac si possent sidera Dei constitutionem mutare, velut etiam si ab hominibus impetrandum a Deo illa creata fuissent & non ad seruiendum, clamat Moises solem & lunam fec.t Deus in ministerium cunctis gentibus, tertia uero fascinatio ab homine extat talis, non vt mulier vetula in muscipulam & uir in lupum ut (vulgus credere assueuit) permutentur: qui pueros fascinant, ac etiam necant, ridiculam hanc methamorphosim corporum appellat Augu. Sed naturaliter bene quispiam purus homo ut puta sempronius aut Berta infantulos fascinare quibit, si malo oculo eos respiciat, euenit enim ut anima cuiuspiam nimis affecta inficiat oculos, oculi uero infecti aerem similiter inficiunt: aer autem sic infectus, paruulos tenellos sic in tantae lędit, vt statim cibum assumptum ex stomaco euomant, & multotiens emoriuntur, quandoque tristes efficiuntur, & nonnunquam membra corpusculi detorquentur, extant profecto nonnulli sic vrentes oculo naturaliter ab anima uehementer in aliquem affecta sortientes: dum itaque Paulus Galatthas fascinatos censet, de fascinatione a Dæmonibus & ab hominibus intelligit: ac si dicat. Quis uos fascinauit? idest quis uos ludificauit? seu quis nos offendit toruo aspiciens oculo, infantium, more urenti oculo fascinatorum? dum uero tempora, dies, menses: & annos obseruari non debere docet, hoc efficit quidem, ut uanam ac superstitiosam magiam eneruaret: quam iudiciariam Astrologiam Mathematici gloriose appellant, ex syderum fatali coniunctione etiam futura prænoscere sibi arrogantes.

Leuit. 4. li. 18. de ciuit. Dei. c. 1. 7. et 18.

D Y. Vera sunt quæ narras pater Phy. uerum edisseras mihi precor: si pauli solius & Aug. iudicio, hanc Astrologiam Magiam inanem extimare debemus?

P H Y L. Et ante & post eos multi scientia & sapientia sublimes huiusce magiæ uanitatem detestati sunt.

D Y. Quinam? dic sodes.

Pithag. Laertius. Plutarch. Plato. Porphy. Plotinus.

P H Y L. Pithagoras ille samius huic magiæ astrologicæ fidem nõ præstandã docuit authores sunt. Laertius, & Plutarcus: plato in theateti libro Talethem Milesium huiusmodi insectantẽ uecordiam ridere non cessat Porphyrius Platonicus testatur cum diligentem Astrologie operam dedisset: Plotinus in platonica familia primæ fere autori-

thoritatis,comperissetque tandem huius magiæ uanitatem,omnem Astrologicis fidem abrogauit:Alexander ex Aphrodisiade summus author in Aristotelica philosophia in eo libro quem ad Cæsares: Seuerum: & Antonium Seueri filium scripsit fati reiecit necessitatem: & de Astrologicis potius silendum quàm disserendum esse probauit. Auicẽna Vir magnus in omnibus disciplinis ultimo suæ Philosophiæ libro, multis rationibus comprobauit ab astrologis futura præuideri non posse.Auerroes magnus Aristotelis commentator:& exactissimus interpres:duodecimo libro Metaphisicę inquit Astrologia temporis nostri,nihil est in esse sed est conueniens computationi nõ esse, & rursus deridet Astrologos ponentes imagines in cœlis similes imaginibus huius mundi inferioris: quibus hęc subijciuntur imagines cũ sint animalibus similes.Qui insuper lib.2. de cœlo & mundo excentricos & epiciclos rationibus nõnullis delere enititur.Eudoxus qui Platonem audiuit & in Egypto uersatus princeps Astronomorũ sua tempestate habitus est nullatenus Astrologis credendum in suis legibus adnotauit,Auctore Panetio Hoychilax,Halicarnaseus quanquam in omni Mathematica peritissimus,Totum hoc tamen diuinandi genus repudiauit:sed & Origenes adamantius:uir quidem in omni disciplina singularissimus sæpe multisque rationibus talem Astrologicam vanitatem suggellauit.

Alexand. Aphrodiseus. Auicenna. Auerroris. Con.45. Co. 50. co. 52.& 35. Eudoxus. Panetius. Hoichilax. Origenes.

D Y. Hanc tanquam uanam omittamus magiam:sed dicas quæso sapientissimæ Phyl.quid de magia illa,quam Dæmonium commertio perdiscunt homines sentiendum opinaris?

P H Y L. Reuelant equidem abstrusa Dæmones hominibus per incantationẽ astricti,Auctore Augustino.Qui ex sacræ scripturæ fonte talẽ exhaurit veritatẽ:lib.nempe 2.Regum (Saule Rege mandãte)) mulier illa Phytonissa Samuelem ab inferis euocauit.Cum tamen Samuelem non fuisse Augustinus testetur: Sed Dæmonem ad instar Samuelis assumpto corpore necnon ex Euangelio didicimus, clamasse Dæmones:& dixisse.Iesu fili Dei quid tibi & nobis? uenisti ante Tempus perdere nos? itidem Apostolorum acta hoc deprompsere Dum enim Paulus & sodales eius Philippis degerent, quæ Macedonia fere prima colonia extabat, quibus Lidia purpuraria fęmina utique fidelis pie hospitia præstiterat. Puellam quandam habentem spiritũ Phytonicum obuiam habuerunt,quæ quæstum magnum præstabat Dominis suis diuinando: & cum hæc Paulum comitesque eius subsequuta clamaret: dicens. Isti sunt homines serui Dei excelsi qui annunciant uobis uiam salutis, spiritui illi Paulus dixit præcipio tibi in nomine Iesu Christi:exire ab ea:statim exiuit,relicta puella.

Ser. de tpe. Ser.24. Lib.20. Ad Sim.q.j Hom.super Ioã. Hom. 7. & 16. Cap.18. Lib. 2. ad Simpl.q.3. Mar. 1. Luce.4. Cap.16.

DY. Cur ergo expulit si eos laudabat ueraq; fatebatr spiritus ille?

PHIL. Quia Dęmones sępius miscent uera falsis, ut decipiant.

DY. Deceptores ergo tales spiritus dicis?

Lib. Hom. super Ioan. Hom. 110. lib. 7. PHIL. Deceptores mendaces & illusores eos non ab re quidem nominat Augustinus: ob id magiam hanc abolendam penitus ipse demandat.

DY. Quid tibi cum cabala pater Phylotheæ?

PHIL. Vtinam Arcana artis cabalistice delibarem.

De doctri. christ. cap. 19. & 20. DY. An ab ecclesia tale præludium nobis non interdicitur.

PHYL. Nequaquam donum Dei nempe non interdicit mater filijs suis.

DY. Quid igitur est cabala? Edoceas precor.

PHYL. Persicum nomen est, & sonat idem: qđ sapientia recepta.

Exo 20.24. & 32. DY. Quo nam pacto?

PHY. Dum Moses scriptam legem a Deo accepit: uerum intellectum, & totius legis spiritum etiam recepit: lex ergo scripta Theologia nuncupatur: spiritualis eius intellectus cabala nuncupatur, hoc est sapientia. primo a Mose (Deo præstante) recepta deinde ab eo. 70. Se-
num. 11. nibus Magistris ut sustentarent onus populi, ne solus ipse Moses grauaretur, Iussu Dei electis reuelata.

DY. Bella verba quidē, libentissime tamen abs te audirē testes hāc veritatem attestantes: ex quibus eam expiscatus fueris bonæ pater.

PHIL. Eya Dicam profecto: ut tibi morem geram mellite Didyme. Esdras enim legis rescriptor de Mose uerba faciens ait. Reuellans reuellatus sum super rubū: & loquutus sum Moysi: quando Populus meus seruiebat in Egypto: & adduxi eū super mōtem Sinai & detinebam eum apud me diebus multis. Et enarraui ei mirabilia multa: & ostendi ei temporum secreta & finem. Et præcepi ei dicens: hæc in palam facies uerba: & hæc abscondas. Hanc autem Archanam Dei sapientiam a Deo sortitum fuisse Moysen, Testis est Origenes. Qui illud
Rom. 3. Pauli ad Romanos: interpretatus: primum quia credita sunt illi eloquia Dei. Dicit ne dū hebræis: litera legis tradita est: sed eloquia Dei hoc est spiritualis: intelligentia quam uocamus cabalam: persica lingua. Quod uero Moises ipse. 70. illis senioribus: cabalam hanc detexe-
2. Cor. 3. rit. Testis est Hilarius in expositione psalmi secundi, uidelicet. Quare fremuerunt gentes. Et hac de causa Paulus animose clamat: litera occidit spiritus autem uiuificat.

## NOTVLA I.

Videto Augustinū lib. de diuinatione Dęmonum. lib. 7. de Ciuit. Dei

Dei cap.10.23.24 & 26.lib.7.de ciuitate Dei,cap.5.& 30.lib.8.de ciuit.Dei cap.19.lib.5.de ciuit.Dei cap.1.& 7.lib.18. de ciuit.Dei capit.17.18.lib.Sermonum de tempore.Serm.24.lib.ſecundo, ad ſimplic.q.3.lib.Homel.ſuper Ioannem Homel. 110. lib.2. de Doctrina Chriſtiana capit.19.& 20.Rimare monimenta Auguſtini lib.2. de ciuitate Dei cap.14. Vbi aperiendo declarat Zeroaſten batrianorum Regem. Quem ſolum ferunt riſiſſe quando natus eſt,magicam Artē adinueniſſe,quam Necromanſiam appellamus. Qui etiā Auguſtinus lib.7.de ciuitate Dei cap.35. Adſtruit Numam Pompilium ſecundum Romanorum regem talem exercuiſſe artem,quod genus diuinationis a Perſis Romam delatum ponit Varro ut in aqua uideret imagines Deorum ſanguinem ipſe immiſcens inferos ſuſcitabat. Quamobrem Hidromantiam, ſeu Necromantiam eam Magiam appellandam cēſuerunt. Arioli uero qui circa Aras idolorum preces nepharias emittunt & funeſta ſacrificia offerunt. Haruſpices horarum ſunt inſpectores qui obſeruant Dies & horas. Augures qui uolatus Auium & uoces intendunt. Phytoniſſe a Phytonio Apolline profitentes ſpiritum futura prædicentem habere.

## NOTVLA II.

Legito Auguſtinum libro 4.de trinit. cap. 12. & perpendas uelim lector,quod magi illi quos Mattheus,cap.2. ab Oriente Hieroſolimā ad Chriſtum tanquam regem adorandum ſe recepiſſe ſcribit,nō Magia Aſtrologica uel malefica pollebant. Sed ſapientes perſica lingua magi dicuntur.Quos Chaldei gimnoſophiſtas Hebæri ſenadrin Cabaliſtas uel prophetas,Græci Philoſophos, Romani uero ſapientes nominare conſueuere in ſuperſtitioſa magia hi ſunt, ſecundum Auguguſtinum libro de natura Dæmonum, Incantatores, qui autem uerbis peragunt.

## NOTVLA III.

Sis cautus lector ne Metamorphoſim humanorum corporum eo credas modo: quo Varro & Poetę deſcripſere. Legito nauiter quæ Auguſtinus ad erudiendos inſcios adnotauit libro decimooctauo, de ciuitate Dei,capitulo decimoſexto, decimoſeptimo, & decimooctauo. Et comperies Diomedem a Ioue in Deum mutatum, eiuſq; ſocios in Aues quas Diomedeas Græci uocant. Inſulam Diomedeam incolētes ad mōtē Apulię.Quē Garganū illa Regio appellitat Vlixis,

Rom. 7. socios in bestias a Circe mutatos. Archades quodam Archade stagnū forte transnatantes in lupos euersos, & Apuleum in Asinum quemadmodum de semetipso ipse idem libro, quem de Asino aureo inscribit palam contestatur, Iphigenia regis Agamēnonis filia, cum eam pater impie sacrificare uellet, a Diana in ceruam transformatur ut Ouidius fabulatur 12. libro Metamorphoseos, ac etiam Scillam Nimphā in saxum ad siculas undas conuersam a Circe Irata. Ab eodem Ouidio fabulante audies. 14 libro Metamorphoseos. Quos omnes corpora tamen & nullatenus animos permutasse Poetæ asseuerant. Nos autem Euangelico addicti dogmati, Dæmonum arte hos omnes illusos fuisse, cum Augustino confitemur. Nam Deo maximo permittēte sic hominum sensibus illudunt. Eo humanos ludificat intellectus ut sic appareat, quod nullatenus rei ueritate existit.

## CONTRADICTIO. II.

Quicunque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt. Ad Rom. 7.

Deute. 27. Calat. 3. QVis enim non excandescat pater Phyl. cum Paulum opera legis esse maledicta asserentem audiat. Qui tamen alias adeo reuerenter de lege Mosis loquutus, dixit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum, si quod iustum erit sanctum & bonum, quo namque pacto maledictum existimabitur.

## SOLVTIO.

PHIL. Cortice uerborum Apostoli ne inficiaris mi Dydime, nō enim dicit opera legis esse maledicta, sed quotquot legis uinculo ligabantur usque adeo ad omnia tam legalia quam iudicialia & ceremonialia explenda tenebātur quod in uno deficientes statim maledictionem incurrebant. Et hanc sententiam Paulum depromere uoluisse sequentia uerba palam ostendunt, ait utique. Scriptum est enim maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciant ea. Ac si aperte dicat, qui sunt sub lege maledicantur, nisi omnia adamussim quæ lex seruanda iubet, & ipsi obseruent, & in hoc Euangelium certat cum lege. nunquam.n. Euangeliū in nos maledictionem iniecit, si Euangelica præcepta non seruauerimus, quoniam Christus pro nobis in cruce maledictus, a maledictione illa nos exemit, clamat nempe Apostolus, Christus nos redimit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Galat. 3.

DY. Sane habeo quod habere optabam, uerum non uideo quando Christus pro nobis fuerit maledictus. Matth. 27. Galat. 3.

PHIL. An, nescis phariseos Christo pendenti in patibulo maledixisse eumque blasphemantes dixisse uah qui destruis tẽplum Dei, & in tribus diebus excitas illud. Deut. 21.

DY. Cur pater passus est; ut dilecto filio Christo etiam maledictio infigeretur.

PHIL. Tuæ petitioni Paulus ipse satisfacit, inquiens quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno ut in gentib benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, & est ut dicat. omnes pendentes in ligno maledictionem patientur donec cruci ille affigendus ueniat qui maledictus, filiis Abrahę ęternam præstet benedictionem ꝑ fidẽ.

## N O T V L A.

Videto Augustinum libro de spiritu, & litera ad Marcellinum, ca. 10. lib. contra duas Epistolas pelagianorum. c. 2. & c. 4. & rimare Dauiticam psalmodiam, ut Deum ipsum maledictionem in flagellis legem profanantibus minari audias. Ait enim Psal. 88. si autem dereliquerunt filii eius legem meam, & in mandatis meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum.

## *AD EPHESIOS EX QVARTO CAP.*
### *Contradictio vnica.*

Obsecro itaque uos ego uinctus in domino ut digne ambuletis in uocatione qua uocatis estis. 1. Ad Cor. 7.



EMIROR profecto Paulum in hęc prorupisse uerba unusquisque in qua uocatione uocatus est in ea permaneat, ac si quispiam in Iudaismo uocatus, seu ad funesta sacrificia Dns uane offerẽda, in ea permanere obligetur, Cap. 4. sic, & nullatenus ad Christum per fidem uenire debeat, quo fit, ut sermonem suum perstringens Paulus ad Ephesios clamitet, obsecro itaq; uos ego vinctus in domino, ut digne ambuletis in vocatione qua uocati estis: hoc est, eo mandatorum uiam recte ambula re conemini. ut dignam uestram faciatis uocationem qua a Christo uocati estis nihilominus Christus clandis uocibus a quocunque statu ad se omnes inuitat, dicens. Venite ad me oẽs qui laboratis & one- Matth. 11.

rati estis,& ego reficiam uos, ecce palam decernimus. Cristum velle hoïes vocationé mutare,quod Paulus consulto prohibet, q.d dicam?

In expos. ad Galat. PHILOT. Si uerba Pauli sano uestigio transfigenda censebimus', latro latrocinia neutiquam deserere debet, nec meretrix meretricium. Proinde Augustinus ea interpretatus dicit. Vnusquisque in ea uocatione permaneat,qua uocatus est,dummodo fidei,&bonis moribus eius status non oblit, cessat ergo tua dubitatio Dydime, nec Paulum sibi contradicere rationabiliter comprobare ualebis,non ad fideles loquitur in fide permanere eos exhortans,licet in aliquo ipse re periatur statu,qui minime sibi cordi sit & ad fideles dum taxat eius

1.Cor.7 uerba dirigi,uerba præcedentia,& sequentia palam ostendunt. Ait.n. alligatus es uxori noli quçrere solutionem , solutus es ab uxore noli quçrere uxorem si tamen nupsisti non peccasti, & rursus. Seruus uocatus es non sit tibi curç,sed si potes fieri liber,magis utere.

DY. Sancta sanctio quidem,uerum ex hoc emergit dubiolum, si unusquisque fidelis in eo statu manère debeat, consulente Paulo, in quo & ipse uocatus est. Ergo frater de mendicantium ordine, habitum suç professionis postponens,& sub habitu Apostolorum principis,quem seçulares presbyteri gestare solent,uitam ducẽs deinceps, contra Pauli consilium operatur,&mortaliter eum peccasse dicemus, & tunc euangelicæ cathedræ,quæ sedes Apostolica iure nuncupatur, non mediocriter infensi, ac iniurii iudicabimur,quoniam huiusmodi hominum genus,sæpius cum eis dispensando,habilitat.

PHIL. Non omnes monachi ad monachismum Deo uocantur bone Dydime,nonnulli enim ab homine tantum Deo permittente. Aliqui scientiarum amore allecti aliquam subingrediuntur factionem Franciscanam,uel Dominicanam, Augustini,seu Carmelitarum alii ut quietius uiuant nonnulli ob corporis commoditatem non habentes unde sibi uictum comparare ualeant,multi etiam patres filias in monasteriis in infantili ætate recludunt,ac etiam filios paruulos alicui Religioni deseruire iubent,ut aliorum filiorum pinguior sit hæreditas ,'& magis uigeat stipes nobilitatis. quos quidem nullatenus a Deo ad Religionem illam uocari censendum duco,quo igitur fit, ut dum illi in factioue illa monachali non persistant,ad propriam uocationem a Deo uocantur.pie ergo & prouide orthodoxa Ecclesia cum eis dispensare solet.

DY. Quid si in illa Religione ꝑpetuo se mãsuros aliq. deuouerint?

PHIL. Si qui sint qui sponte hoc euouerint, uim uoti agnoscentes,votumque emissum ratificantes,hi a'Deo ad religionem illam euocãtur,nec unqam claustra exire queritabunt,quo igitur fit,ut si quispiam

piam exire expostulet, uel ipse sponte non uouit uel uotum emissum non ratificauit, sed statim uouisse eũ pęnituit, sed uoti ligamina igno rauit quem iure Euangelica cathedra soluere debet, ne peccati uinculo innodatus promissa seruare non potens ad inferna detrudatur. Verum enimuero clamitat Dauid. Vouete & reddite domino Deo uestro omnes qui in circuitu eius offertis munera, cui adstipulatur ecclesiastes, q̨ ait. Si q̨d uouisti domino ne moreris reddere, displicet. n. Deo stulta, & infidelis promissio, multoque melius est, non uouere, quam post uotum promissa non reddere. quibus consentit Paulus ad Timotheum, inquiens, Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatę fuerint, in Christo nolunt nubere, habentes damnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt, quamobrem Augustinus omnes castitatem Deo uouentes, castitatemque non seruantes, auctoritate Pauli, æternæ morti adscribat, nisi & ipsi resipiscant, uotnm emissum obseruare conantes. Psal. 75. Cap. 5. Cap. 5.

PHIL. Non me latet profecto Augustini. Sanctum dogma, ut uouere non sit de iure diuino, uotum tamen emissum diuino iure per soluendum fore, quod quidem exemplo Ane Samuelis matris, ipse firmauit, quæ quod Deo deuota spopondit, effectualiter adimpleuit, idest perinde omnes quotquot Deo euouerint, in religione aliqua ad finem uitæ permanere sponte promittentes, sponteque promissa ratificantes. & uim uoti scientes, ut in ea permaneant obnoxios diuino iure autumamus, qui tamen neutiquam exire curabunt quoniam, a a Deo infallibiliter uocati sunt, qui uero exierint a Deo uocati, non fuere nec sponte promiserunt nec corde ratificauerunt promissa. Et si ore eos pacisci cernimus uim uoti penitus ignorant & hi omnes pie a monachismi nodo soluendi sunt, omnis nempe monachismus, quantum ad habitum, est de iure positiuo. Lib. de fide ad Petrum. cap. 3. Lib 17. de ciuitate Dei cap 4. li. de uera innocentia. Cap. 5. Lib. ser. dẽ tpe ser. 7. 1. Reg. 2.

DYD. Et tamen qui religionem aliquam egrediuntur, apostatę efficiuntur, quod sacra patrum dogmata adnotarunt, 47. dist. c. quan tumlibet, & 16. q. 1. cap. legi.

PHI Hem bonæ Dydi allucinantnr profecto hi, omnes sacros canones, qui sic eos percallent, ut fratres dimittentes habitũ, sede Apostolica indulgente apostatas nominare audeant. Quantum. n. ex beati Cypriani doctrina ad Corneliũ & senis Hiero. in Ezechiel colligimus Apostata idẽ est, ꝙ rebellis, q̨ ergo Christo rebellis efficitur, & orthodoxã spernit Ecclesiã, hic Apostata ꝓprie dr̃, ꝙ in sui ꝑniciẽ Iulianus Impe. a fide apostatãs effecit, ille ẽt apostata metaphorice ab Ecclesia uocitaẽ qui suæ professionis habitũ temerarie abdicauit ad uitã secularem turpiter se reiecit uel absq; sedis Apostolice indulgentia habitum

tum emutauerit: qui vero Apostolice sedis nutu ad principis Apostolorum normam de factione aliqua se transtulerit, non mediocrem patitur calumniam si apostata nuncupatur.

DYD. Delectant me tua verba Philothea, nihilominus si votum emissum est de iure diuino (vt iam iam dicebas) & quispiam obedientiam, paupertatem, & castitatem euouit, quo nanque pacto Ecclesia cum eo dispensare quibit?

PHIL. Dispensatio est iuris reuocatio, vel iuris declaratio si Deo ille hæc tria deuouit, voti vires dinoscens, & sponte ea seruanda promittens, sed habitum emutauerit ad illa penitus seruanda tenetur, si vero non legitime vouit Ecclesia declarat dispensando votum ab eo emissum nullius roboris extitisse.

## NOTVLA.

Legito Augustinum in exposi. ad Gal. de fide ad Petrum cap. 3. libro 17. de ciuitate Dei. cap. 4. lib. de vera innocentia, cap. 5. lib. sermonum de tempore Sermo. 7.

## *EX VI. CAP. CONTRADICTIO VNICA.*

Aduersus mundi rectores, tenebrarum harum contra spiritualia nequitię in cęlestibus.

DYD. Apo. 1. Lucę. 10.



N AERE caliginoso inferni pœnas delibare apostatas spiritus luciferum scilicet, & sequens ponit Paulus, cui contradicere Apocalipseos notarius ostendit, dum dicit. Et proiectus est draco ille magnus serpēs antiquus qui vocatur diabolus, & sathanas qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & Angeli eius cum eo missi sunt, ad quod Euangelium illud alludere videtur, uidi sathanā sicut fulgur de cœlo cadentem, en eos de cęlo ad terram ruere scriptura contestatur, quos tamen Paulus in aere tenebrarum degere adstruit.

## SOLVTIO.

Lib. de na. bo. ca. 33. li. 9. uume. ca. 29. li. 3. super gen. ad literam. cap. 10. Matth. 25.

PHIL. Satis ac satis captiosam contradictionē excitasti ingeniose Dydime, sed arrige aures quæso quantū ab Augustino didicimus, sathan & angeli eius aerem caliginosum inhabitantes, ignis pœnam delibant, ibique carcerem in pœnam ad diem iudicij sortiti sunt, inde vero ad centrum terrę inferorū barathrum detrudentur, quod quidem Euangelium attestari videtur, dum dicit. Ite maledicti in ignem ęter

num

num,qui paratus est diabolo & angelis eius. Ecce ignem eis paratum asserit,nec eius ardorem vsque tenus eos sensisse ponit. Consimiliter Petrus clamat,si enim Deus angelis peccantibus non pepercit,sed rudentibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciandos in iudicium reseruari, perspicue etenim asseuerat Petrus,aerem caliginosum qui cœlum dicitur,in carcerem eos sortitos vsque ad finale iudicium,inde vero ad tartarum mergẽtur sempiterno igne discrutiandi, non tamen illud cœlum dęmoniorum pœnalem habitationem in quo sunt sydera intelligendum fore autumauit Augustinus, sed hoc inferius cuius caligine nubila conglobantur,qui tamen ad torquendas animas prophanas vicissim diuina prouidẽtia ad tartara demittuntur, & eorum casus ab Empireo cęlo ad carcerem tenebrarũ descripsere, tũ Esaias, tum vero Euangelium,ait enim Esaias quomodo cecidisti lucifer?cui concors Lucas clamitat, vidi sathanam sicut fulgur de cęlo cadẽtem, dum vero Ioannes reuelationis lib. eos ad terram deiectos pandit, de finali eorum casu edisserit,& est vt dicat,sathan serpens ille antiquus & omnes angeli eius cum eo a cœlo expulsi sunt, vt in fine ad terrena tartara deijciantur, non negaret tamẽ Ioannes apostolus,cuipiam ab eo sire volenti, apostatantes spiritus in aere caliginoso ad diem iudicij inferni pœnas luere.

2.Can c.2.

Lib. de na. boni. c.33.

Cap.14.

Cap.10.

Cap.12.

DYD. Rite mones pater Philotheæ verum ardeo abste discere, an spiritus illi a Deo apostatãtes cęlestis beatitudinis nectar aliquantisper ebiberint?

PHIL.In Augustini dogmata iam iam dilabens,dico eos nunquã Deorum ambrosiam degustasse, quoniam imaginarium suæ creationis tempus in quatuor instantia partiri solemus, primo nanque in puris naturalibus naturali perfectione perfecti extitere omnes electi & reprobi.2. Gratia omnes repleti sunt.3. Boni mediante gratia merucre beatitudinem,mali vero a gratia delinquentes ceciderunt.Quarto boni perseuerantes in gratia sic firmati sunt, ut nullatenus deliquisse possent,mali uero usque adeo in demeritis roborati fuere ut eos nunquam pęniteat patrati sceleris.

Lib.i.super Gen. c.2.li. 12.de ciuit. Dei.c.9.

DY. Sed sacra scriptura oppositum adnotauit.Iob enim inquit ipse principium viarum Dei.Esaias autẽ ei adstipulatus clamitat,quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris?quibus Ezechiel ipse consentire dignoscitur, dum dicit. Tu signaculum,similitudinis plenus scientia, & perfectus decore, in delitijs paradisi fuisti, quid clarius? quidue limpidius pater Philotheæ?

Cap.14.

Cap.28.

PHIL. Perpendas quæso Dydime,omnes hasce auctoritates,lucferum perfectum perfectione naturali in cœlo Empireo de supremoi

churo

choro attestari,ob id uero ex scripturis non liquet, ipsum fęlicem felicitate super naturali quandoque fuisse.

D Y D. Rem teneo edepol,nihilosecius edisseras pręcor,an tartari receptacula loca corporalia appellare debemus?

Cap.50. P H I L. Ex scripturis sacris luce lucentius hæc elucescit ueritas mi Dydime. Ecclesiasticus clamat. Vita mea erat appropinquans inferno deorsum.

Cap.16. Lucas autem sinum Abrahæ in quo Lazarus, nec non infernum,in quo diues epulo receptacula corporalia esse describit, cui

Cap.5. consentiens Mattheus Christum dixisse ait. Esto consentiens aduersario tuo dum es in uia ne forte tradat te iudici,& iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

D Y. Verum enim uero Augustinus lib.8. ad Ceñ. sub dubio eam reliquit ueritatem Qui demum alibi infernalia loca eorumq; pęnam spiritualia & nullatenus corporalia ratus est,quoniam corpus ne utiquam in spiritum agere quibit.

Li.12.super Gen.ca.30. li.de cogn. ueræ uitæ. cap.40. P H I L. Infernum spiritualem fatetur Augustinus, quoniam non locat animam corporaliter. Velut fabri facta domus habitatores localiter & corporaliter locare solet.Consimiliter ignis ille inferni non naturaliter in spiritus agere potest,ut una pars ignis unā spiritus partem comburat,sed spiritualiter seu intentionaliter,eos discrutiat,ob-

Cap.16. iectiue immutando & definitiue detinendo.Ait Lucas diuitem Epulonem illum dixisse,crucior in hac flamma, & rursus inter uos & nos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad nos non possint,neque inde huc transmeare.Ecce iam quo pacto ignis ille discruciat,patefacit Euangelium.

## N O T V L A.

Vide Augustinum in lib.Ench.cap.28.lib.de natura boni cap.33. lib.quæstio.super lib.numeri.q.29.lib.3. super Gen. ad literam c.10. lib.1.super Gen.cap.2.lib.12. super Genc.c.30.lib.de cognitione uere Vitę capite quarto lib.12.de ciuit.Dei.cap.9.& nauiter percurras, lib.8.de ciuit.Dei.cap.14.15.16.& 22.necnon lib.9.cap.2.& 3.& inuenies Apuleum platonicum lib.quem de Deo Socratis inscripsit asserere,animalia rationalia esse triplicia,quædam Dij nuncupantur excellentiorem locum sibi vendicantes.puta cœlum.Quædam uero dęmones feruntur medium locum sibi sortientes,uidelicet aerem. Alia uero homines sunt, infimum locum, puta terram possidentes,propterea quod dæmones sunt genere animalia animo passiua mente rationalia,corpore aerea,tempore ęterna. Quos hominib. platonici sic

ut

ut anteponunt ut sacrificia ad eos placandos offerri debere asserant. Namque humana latria gaudent,& donis usque adeo hominib.conciliantur,ut responsa prębeant,& miracula operentur. Nos aût Euangelicę pietati addicti dæmones spiritus apostatasin are caliginoso inferni pęnas luentes ad diem iudicij asserimus.Quibus nullum præstandum honorem consulimus,quoniam scriptum est.Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.Deos uero in cęlis fęlicem uitam ducentes in gloria uenenari, & ut pro nobis intercedant precari humiliter debemus.

### AD PHILIP. EX II. CAPITVLO
*Contradictio vnica.*

Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur,coelestium, Terrestrium & infernorum.



B ineunte ætate Paulum Dauidem iuniorem appellari usque adeo Dauidis uoces concordi spiramine eum imitatum intuitus sum,nunc uero eos pugnantia dicere cernens,admodum profecto discrucior:Ait Paulus.Deum hoc munere Christum donasse, ut in nomine eius omne genu sit flectendum,sicut Angeli,homines:dęmonesq; in inferno degentes eum adorent,nihilominus Dauid in spiritu clamat.Non mortui laudabũt te Domine:neque omnes qui descendunt in infernum. D Y D. Philip.2. Psal.113.

## SOLVTIO.

Augustini dilucidationem tex.Pauli adaptantes dicimus,genu infernorum in nomine Christi deflecti non esse id quod Christum laudare, ualde enim hæc duo sese certant, Deum laudare & ad nomen eius genu deflectere,laus enim ex amore porrigitur,genu uero timore curuatur, ob id uera profert Dauid, quod mortui qui uitam gratiæ amiserunt, neutiquam Deum ipsum laudabunt,nec qui ad inferna detruduntur,sed nos qui gratia uiuimus,& in coelis æternaliter uiuemus ei gloriam decantabimus, nihilominus Paulus ab eo non deuiat,quoniam tunc dæmonum ad Christi nomen curuata sunt genua, quando ad limbũ descendens, eius confregit uectes de inferno triumphans. Ait enim propheta. O mors ero mors tua,morsus ero inferne, cui adstipulatus Petrus inquit. Quem Deus suscitauit solutis doloribus Super Gen cap.33. Oseę 14. Act.2.

ribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, Dauidis sententia impinctus dicentis. Quoniam non derelinques, animam meã in inferno, a quibus non deuiauit Paulus dum dixit. Qui primus ascendit ad cęlum ipse primum descendit in inferiores partes terræ.

Psal. 7.
Ephes. 4.

D Y. Augustini hæc dilucidatio perplacet profecto pater Philot. Tu vero ex propria officina quid noui affers?

PHIL. Nos quid declamatorie populo fidei sacrarum scripturarum Archana pandere assuescimus; dicimus duo infernorum receptacula reperiri. Alterum in quo æternam ignis pœnam luunt reprobi, alterum vero vbi veterum scelerum expurgantur animæ, ut inde ne ... factorum in fide: merito passionis Christi digna præmia ad cœlum reportent: quod purgatorium Augustinus sæpius nominare assolet. dum itaque Paulus tali munere nomen Christi donasse Deum adstruit ut ad illud etiam infernorum genu incuruetur, de existentibus in illa inferni parte quæ purgatorium nuncupatur ipse edisserit. Sedet ne tibi cordi hęc noua dilucidatio bonę Dyd.

Lib. Enchi. c. 8. & 106 lib. de ciui. Dei ca. 24. lib. de vera & falsa pœnitentia. capit. 117.

D Y D. Sedet quidem sed quale Christi nomen tanti esse arbitratus est Paulus?

PHIL. Quod Lucas a virgine matre ei imponendum adnotauit.

Lucæ. 1.

D Y. Quale nam? expromas quæso.

PHIL. Iesus.

DY. Multi fuere tali nominis ornamẽto insigniti, Iesus filius Nun. Iesus filius Ioiade, Iesus filius Syrache alij quos scriptura siluit.

PHIL. Neutiquam si credas mellitæ Dydime Iesus Dei nostri nomen pentagramaton, non & tetragramaton extat quinque enim literis hebraicæ inscribitur, uidelicet. Quod sonat. Idest Iesuh. Et rationaliter quidem, homo enim & Deus ipse est, quatuor ergo illi characteres in eius nomine describuntur, quib. nomen Dei tetragramaton adnotari solet, quibus additur.

Quod quidem altissimo effectum est misterio Iesuh enim Deum & hominem ostendit, in quatuor nempe literis quibus nomen Dei Tetragrameton inscribitur eius diuinitas splendescit. In scyn uero eius humanitas agnoscitur, nam sicut quispiam dente cibos terit & dura frangit, sic Christus humanitate sua in qua pro nobis crucis pœnam pertulit, tanquam diuinitatis instrumento, peccati uectes confregit. Ait enim scriptura. Vere languores nostros, ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: En cabalistice mi Dydimę huius noui nominis Archanum rimemur. uide quæso, ut quinque sint literæ, media tamen scyn non ab re ponatur. Et est ut dicat Iesuh. id est Deus continens humilita-

Esa. 53.
1. Petri. 2.

litate quā assumpsit in unitate suppositi, velut quatuor illi characteres scyn medio amplectuntur ꝙ totum Esaias expressit, dicens, uocabitur nomen eius Emanuel quod interpretatur nobiscum Deus. Esa.7. Matth.6.

D Y D Demiror nempe Christo Deo, & multis Ade filijs nomen fuisse commune.

P H I L. Non mediocriter a uero deuiant, qui idem nomen Christo Deo, & alijs tribuunt, aliquod nempe nomen Hebraicæ his notatur characteribus.

Et sonat Iosue. Christi Dei nomen his literis describitur.

Et sonat Iesus. ob id Esai. longe ante hoc prædixerat. Et erit tibi nomen nouum, quod os Domini loquutum est. Iesuh etenim a Deo nouum nomen cernitur, ut nullum unquam hominum sic nominatum comperire valeamus. Cap.62.

## N O T V L A.

Legito Augustinum libro primo super Gen. cap. 33. lib. contra epi sto. fundamenti Manichei. cap. 36.

## AD COLOS. EX II. CAPITVLO.
*Contradictio. vnica.*



VIDETE ne quis uos decipiat per philosophiam & ina nem fallaciam. Rursus nemo uos decipiat in sublimitate sermonum, & iterum. Nemo nos seducat inanib. uerbis, necnon scientia inflat, & alibi, stultas autem & sine disciplina questiones deuita, sciens quia generāt lites, op positum tamen insurgit, quoniam prima ad Corinthios, scientiā enumerat Paulus inter dona spiritus, uide conciliū epist. 1. ad Corinthios. Ephe.5. 1.Cor.8. 1.Timot. Cap.12. Cap.8.

## I. AD THESSAL. EX QVARTO CAP.
*Contradictio vnica.*

Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur obuiā Christo in aera, & sic semper cū domino erimus.

QVI ad iudicium iudicandi resurgent in aere permanere debent, ut ait Paulus, cuius oppositum prædicauit, propheta inquiens. Dei personam gerens adducam omnes gentes in ualle Iosaphat & ibi disceptabo cum eis. D Y D. I el.2.

SOLV-

SOLVTIO.

PHIL. Ex Euangelio te scire scio mi Didyme quod ad iudicium resurrecturi a iudice Christo ab inuicem separabuntur: sicut oues ab edis pastor disseparare consueuit Electi enim dexteram, Reprobi uero sinistram (Dei prouidentia) tenebunt Qui n sinistrã sortientur: in Valle Iosaphat morabuntur ut sicut terrena funebriter adamarũt: sic terra eorũ sit hæreditas qui uero dexterã eligent: quibus Christus dicet uenite benedicti patris mei: in aere Dei omnipotenti manu collo

1. Tes. 4. cabuntur, Dũ itaque Paulus dicit, Nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur obuiã Christo in aera: & sic semper cum Domino erimus de electis initatis ad gloriam, palã eloquitur: non ita tamen in-

Lib 2. de ciui. Dei. capit. 20. telligit, ꝙ electi in aeris Regione cum Christo semper felici Aura enutrientur: sed est ut dicat (docente Augustino) ubi Christus erit ibi semper immortalia corporã deferentes: & nos beatitudine perfruemur.

DY. Vsque adeo sapientiæ Ambrosiam tua uerba mihi redolent Phylotheæ, ut cum unã abste didicerim ueritatem mox aliã scire animus inardescat: dic ergo (si libet) quid sibi illa uerba uolũt? deinde nos qui uiuimus. qui relinquimur. An forte sic aliqui in uita relinquentur vt mortis iaculis nunquam feriantur?

PHYL. Nequaquam sic credendum opineris bonę Didyme. Au

Lib 2. de ciui. Dei. ca. 20. lib. de fide & symbolo ad cathecumi-nos. cap. 8. Matt. 24. gustinus enim hoc pacto interpretatur. Nemo quidem euadere quibit quin mortis Achonita non ebibat, & Atrox eius uenenum non degustauerit. sed nos uiuimus qui uita gratiæ, & qui relinquimur ex persequutione Antichristi. quam Euangelium adnotauit dicẽs, erit enim tunc tribulatio magna qualis nunquam, fuit ab initio mundi usque huc neque fiet, & nisi breuiati fuissent dies illi, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur Dies illi.

DY. Antichristus ergo ante Iudicium in mundum ueniet?

3. Thesal. 1. PHYL. Antichristus sit uenturus nemo est qui ambigat inquit enim Paulus Reuelabitur homo ille peccati filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne id quod dicitur Deus aut quod colitur. Ita quòd in templo Dei sedeat: ostendens se tanquam sit Deus:

1. Ioann. 2. venit prouenier. cui attestatur Ioannes. Audistis quia Antichristus uenit, De quo quidem dixerat Daniel propheta: cum creuerint iniquitates consurget

Daniel. 8. rex impudens quorum uoces imitatus Augustinus ait: non ueniet ad

Lib. 2. de ciui. Dei. ca. 13. libr. de antichristo iudicandos uiuos & mortuos Christus: nisi ueniat eius aduersarius antichristus.

DY. Qua patria qua ue gente?

PHYL. Hieronymus Babilone nasciturũ opinatur antichristum:

San-

Sanctus Metodius quem Diuus Hieronymus miris afficit laudibus, eum in Corozaim ciuitate Galileæ oriundum putat August. uero Betlehem in patriam ei adscribit, de tribu Dan parentibus hebræis exorietur, prophetarat nanque Iacob in Egypto Antichristum de tribu Dan nasci debere, dicens fiat Dan coluber in uia. Cerastes in semita, mordens ungulas equi ut cadat sessor eius retro. Quam quidem prophetiam de Antichristo interpretatus est Ambrosius, & non ab re pro fecto, nanque dinumerans Ioannes libro reuelationis duodecim Tribus Israel dimisit Tribum Dan loco cuius Tribus Manasses suffecta est, qui filius Ioseph inscribitur. Hieron. in prologo su per Dan. II. prædec. & priscis. & tẽporib. Cerastes serpẽs est cornutus. Apo. 7. Genue. c. 38. & 50. Dan. 12.

DY. Quoto regnabit mense?

PHIL. Quadraginta duobus mensibus Christicolas seducere conabitur propterea propheta dixit, eum regnaturum per tempus per tempora, & dimidium temporis, hoc est per annum per duos annos, & per dimidiatum annum. quod quidem Apocalipsis notarius depropsit dicens. Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Cap. 13.

DY. Qualem namque finem Antichristus hic sibi sortietur. Christus spiritu oris sui in monte Syon eum occidet, ait Paulus. Quem Dominus Iesus spiritu oris sui interficiet.

## NOTVLA.

Legito Augustinum lib. 2. de ciuitate Dei cap. 19. & cap. 20. lib. de fide & symbolo ad cathecuminos cap. 8. lib. in Epistola Ioannis Ho. 3 & pondera dictum Ioannis, primo can. c. 2. quod omnes inimici Christi Antichristi dicuntur. Hic tamen filius perditionis quem Paulus hominem peccati appellat per anthonomasiam Antichristus dicitur teste Augustino. 2. Thes. 2.

## I. AD TIMOTH. EX PRIMO CAP.

*Contradictio prima.*

Lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis.



DVO nempe uelut inter se contraria connectitur Apostolus quæ sunt, lex iusto non est posita sed iniustis Et scimus quia lex bona est, si quis ea legitime utatur, q enim lex bona sit, eamque scelestis dumtaxat exhibitam indicamus ualde sese certare autumauit Augustinus quoniam si bona est potius bonis & iustis quam malis & iniustis ipsa prestari debuit.

## SOLVTIO.

Lib. de ſpiritu & litera c 10. Cap. 7.

Legem bonam eſſe nemo eſt qui ambigat, ait enim Dauid lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis. Cuius uoces imiratus Paulus ad Romanos inquit. Lex quidem ſancta & mandatum ſanctum & iuſtum, & bonum, ob id ſcias uelim legem omnibus eam acceptare uolentibus a Deo latam eſſe clamat quippe Euangelium. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Et ſingulariter ad unum hominem tantum uerba dirigit, non magis iſti quam illi ſed omnibus in vno percipere uideatur. Dum itaque Paulus legem iuſtis non eſſe poſitam adſtruit eo fine intendit quo, ſ. lata eſt iniuſtis, Namque iniuſtis, & peccatoribus poſita eſt lex ut eius metu earum coherceatur audacia & iniuſtitia penitus, deleatur, iuſtis uero data eſt eadem lex ut iniuſtitia ſua per legem firmetur, hoc Paulus ipſe innuit dum dixit, propter tranſgreſsionem poſita eſt lex donec ueniret ſemen cui promiſerat ordinata per Angelos in manu mediatoris & alibi umbram habens lex futurorum bonorum quoniam iuſtis non indigentibus lege, ſignum tantum ipſa lex fuit. iniuſtis autem & tranſgreſsoribus infernum lata eſt.

Matth. 19. August. Galat. 3. Gene. 21. Acto. 7. Hebr. 10. Exeplū dicti.

DY. Superficietenus hanc tuam capio dilucidationem Philotheæ. Quamobrem paradigma aliquod ex ſacræ ſcripturæ archiuo, te afferre cupio.

PHIL. Verborum Chriſti reminiſcere mellitæ Dydime & rem acu tanges.

Matth. 9.

DY. Quæ nam? dic ſodes.

Roma. 8.

PHIL. Dixit enim non veni vocare iuſtos ſed peccatores ac ſi peccatores magis diligeret, quam iuſtos, ſed ne utiquam hoc credendum opineris, ſubintulit nempe non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, omnes enim uocare uenit, quoniam pro omnibus mortuus eſt buccinante Apoſtolo, ſed non uenit uocare oēs ad pœnitētiā iuſti. n. pœnitētia nō egent, idcireo ad eos accerſendos uenit minime, eo uidelicet calle quo iniuſtos & peccatores ad pœnitentiā inuitabat.

Matth. 9. Luce. 13.

## NOTVLA.

Legito Auguſt. lib. quæſt. ueto. & noui teſtamenti q. 4. & quæſt. 69. lib. ad Simplicianum quæſtione prima. lib. Pſalmorum, Pſal. 118. uerſieulo illo legem pone mihi domine uiam iuſtificationum tuarum, libro de ſpiritu & litera ad Marcellinum capit. decimooctauo, nec non Pſalm. 1.

CON-

CONTRADICTIO. II.

Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. 1.Ad Tim.2.

OMnes saluari per ueritatis agnitionem Deum uelle adstruit Paulus, Qui tamen clamitat, nouit, Deus qui sunt eius, contestante ueritate, ore Ioannis dicentis, ego scio quos elegerim, si quosdam Deus ipse elegit, alios uero reprobauit, ergo nō uult omnes ꝑpetuo beari. 1. Tim. 2. Cap.15.

SOLVTIO.

PHIL. Non ab re inhoc uerendum dicis bone Dydime, Alias nempe & ego ipse sæpius dubitaueram, sed ut omnis ex huiusmodi Pauli uerbis, abstergatur limus, aduertas uelim, quoniam stilo Aug. uerba illa Pauli metitus est, Deus uult omnes homines saluos fieri id est quotquot saluantur Dei uoluntate saluantur, ac si dicat qui enim salui fiunt, ob id saluantur quoniam Deus uult eos saluari, nec intelligendum ipse opinatur, Deum uelle omnes sic saluari ut nullus damnetur, & illud Euangelicum huic assimilari perhibet Augusti. uidelicet. illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, hoc est? quotquot illuminantur, a Deo illuminantur. nam nemo aliunde illuminari potest, nisi a luce illa ueritatis quæ Christus est, tunc cessat tua dubitatio mellite Dydime. Deus enim aliquot elegit, nonnullos uero reprobauit. ob id ab æterno, qui sunt & ipse dinouit, ait. n. Euangelista, Christū dixisse ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, dum uero Paulus protulit Deum uelle omnes saluari, hoc est dictum quod nemo saluari quibit, nisi Deus ipse uelit. Ioan.3. Augu. Lib. Hom. super Ioan. Ho.45. Io.10. Ench.113.

DY. Alibi Augustinus. Alium intellectum uerbis illis Pauli adhibuisse audiui, quidnam. pater Philotheæ.

PHIL. Libro quem manuale appellare solemus, Augustinus pro generibus singulorum illam interpretatur propositionem, non pro singulis generum, ac si dixisset Paulus. Deus uult ex omnium hominum genere aliquem in cęlis beandum; ut puta. Reges primates nobiles ignobiles, sublimes, humiles doctos, indoctos integros, debiles, tardicordis, diuites, pauperes, mares, fęminas, infantes, pueros, adolescentes iuuenes senes. In linguis disparibus. in artibus, in professionibus, in uoluntatum & conscientiarū uarietate constitutos, capis ne?

DY. Capio hercle pro captu meo denuo tamen ambigendum puto, quoniam Christus hominem libertate arbitrii sui eius uolūtati

Matt. 12. multoties resistere docet, inquiens uolui, quotiens uolui congregare filios quemadmadum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti, & tamen Paulus oppositum sentire ostendit, cum dicit. Voluntati eius qs resistit? quid dicā sapientissime Phylotheæ penitus ignoro.

Rom. 9

In Ench. 97 & 100. PHIL. In hoc garriunt qui palinodia oblectantur, nec recantasse eos unquam pœnituit, audi quæso, Augustinus duo hæc monimenta rite librauit, ubi nos edocens asserit, quòd Deus aliquando uult aliquid, Cuius tamen oppositum euenire sinit, & tūc creatura creatoris uoluntati facile resistere ualet, sic enim Sinagogam in fide coadiuuare uolebat, eos tamen arbitrij libertate ad uota currere permittebat, ob id ipsi facile eius uoluntati resistentiam parauerunt, nonnunquam autem Deus uult aliquid, nec eius oppositum aliquo modo euenire permittit, & Deo sic uollenti nullus unquam hominum nec Angelorum resistere quiuit, hoc nanque pacto mundum creare uoluit. Sic cum in fine iudicare decreuit. ut nemo suæ uoluntatis propositum impedire posset, ait enim. In uoluntate tua Domine cuncta sunt posita, & nō est qui tuæ possit resistere uoluntati. Tu enim fecisti Cœlum, & terram, & uniuersa quæ cœli ambitu continentur. Dominus uniuersorum tu es, & Dauid cecinit. Deus autem noster in Cœlo, omnia quæcunque uoluit fecit, & alibi Magna opera Domini exquisita in omnes uoluntates eius.

Hester. 15.

Psalm. 113. Psal. 110.

DY. Petrum saluandū, & Iudā damnandū qua uoluntate uoluit?

PHIL. Prima quidem, sic enim uoluit, ut petrum damnari facile sineret, si ipse damnari uoluisset, nec etiam uolens Iudam damnandū ad damnationem eum cogebat, sed misericorditer cū saluari sinebat.

## NOTVLA.

Vide Augustinum in lib. Enchyridion capit. 97. 100. 102. & 103. necnon eodem lib. cap. 97. 98. & 100. libro. Homeliarum super Ioanne Homelia 45.

### EX III. CAP. CONTRADICTIO I.

Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat.

Matt. 20. lib. 19. de ciuit. dei. c. 19 lib. de duodecim abus-



EPISCOPALEM ambire dignitatē, usque adeo Paulus laudare uidetur, ut Episcopatum desiderare bonum opus sit desiderare aperte dicat. Nihilominus Christus oppositum mandando fidelibus iussit, dum dixit. Quicunque uoluerit inter uos maior fieri sit uester minister quantum

ab Augustino didicimus in episcopatum, quatuor inuoluta nos comperimus, quæ sunt, præesse, prodesse, diuitię, labor, præesse enim appetere scelus est in Euangelio, prodesse proximis, & eis in spiritu seruire, Christi munus est, itidem, diuitias appetere quæ episcopatum concomitari assuescunt nullatenus licet, laborem uero exquirere nedum licet, quin omnibus laborandum præcipitur, dū itaque Christus innuit dignitates nos ambire minime debere, uiam ad Cœli ianuā nobis ostēdit per humilitatem. Cum uero Paulus episcopatum desiderare bonū opus desiderare esse asseruit, opus inquam dixit idest laborem non diuitias, seruire, non imperare. Cuius rei testimonio nobis esse quibit uocabuli interpretatio. Ait enim Augustinus, episcopatus est nomē operis non honoris, græcum enim est, & sonat superintendere Epi. quippe super, scopos uero intentio est, ergo Episcopim Græce, si latine interpretari voluerimus super intendere, dicere poterimus, vt intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dixerit, non prodesse. Propterea aliqua inserit uerba Apostolus quibus facile perpēdat unusquisque qualem se præbere debeat, si Episcopatū adipisci eius animus inardescat, dicens. Oportet Episcopum irrepræhensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum hospitalem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non denique cupidum.

gradibus grad. 1.

2. Thess. 3

Li. 19. de ciuit. cap. 19.

1. Tim. 3.

DI. Hem pater Phylotheæ grauem sarcinam episcoporū humeris impositam cernimus, diuitias ergo posidere non debēt Episcopi.

PHIL. Quantas ad uictum, & uestitum compēsato labore necessarias, & ipse dignoscet sibi arrogabit, clamat equidem Paulus. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximeq; laborant in uerbo, & doctrina, dicit. n. scriptura non alligabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua, & rursus dicit Apostolus, habentes nunc alimenta, & quibus tegamur, ijs, cotenti sumus. Nā qui uolunt diuites fieri incidūt intētationibus, & in laqueū Diaboli.

1. Tim. 5.

Deut. 25.

1. Cor. 9.

Matth. 10.

Luc. 10.

1. Tim. 6.

DI. Tempestate nostra nonnulli Episcopi diuitijs superabundāt, quid ergo consulendum ducis Phylotheæ?

PHIL. Seruentur canones

DI. Qui nam, dic sodes.

PHIL. De bonis Ecclesiæ quatuor fieri partes canonica sanctio mandat, prima ad Episcopi honorabilem Victum, secūda ad domus Dei structuram, ne ruant Christi oratoria, tertia sacerdotibus altaris deseruientibus nec unde uiuant habentibus porrigatur, quarta uero pauperibus egenis, & captiuis.

12. q. 2. cap expedit. 12 q. 2. c. uobis 16. q 1. c. constitutum.

DI. Audiui enim populo fideli uerbum Dei prædicare Episcoporum esse, ais, an negas pater Phylotheæ.

Li. de duodecim abusionum gradibus. gradu. 10.
Ezech. 34.
Ezech. 3.

PHIL. Augustinus quippe ne dum, hoc dicit, sed ex scripturis comprobare enititur. Ait enim propheta, pastores mei demolliti sunt populum, & non pascebant gregem meum pastores, sed pascebant semetipsos.

## N O T V L A.

Legito Augustinũ lib. 19. de ciuitate Dei cap. 19. lib. de duodecim abusionum, gradibus, gra. 1. & 10. rimare dictum Augustini ibidem inquientis. Episcopum speculatorem in sacris literis nũcupari, qui speculari ex charitate fidelium moras sic tenetur, ut dum eius monitis parere quispiam spernat, sententia excommunicationis eius interitum reddit (mandante Christo) Matth. 18. Qui ecclesiam non audierit sit tibi Ethnicus, & publicanus.

## *CONTRADICTIO III.*

Oportet. n. Episcopum vnius vxoris virũ esse. Ad 1. Tim. 3.

DYD. EOdem dictatu Paulum pugnantia adducere ostẽdit, dum Episcopi conditiones dinumerans, dicit, eum vnius vxoris virum, & castum, & pudicum esse, debere, quòd enim sit castus, & pudicus, & uxorem sibi ducat quispiam, impossibile cum tentare opinor, nam idem ipse Paulus ait Vir sui corporis potestatem non habet, sed uxor. Similiter uxor sui corporis, potestatem non habet, sed vir.

1. Cor. 7.

## S O L V T I O.

Lib. de bono cõiugali de virginitate.
1. Cor. 7.

PHIL. Castitas (ut Augustino placet.) Longe communior uirginitate existit, dum enim Apostolus iubet, Episcopo castitatem seruandam, eum virginitati addictum non facit, ait enim, de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, genus ergo castitas est, tres sub se continens species, quæ sunt castitas uirginalis, matrimonialis, & vidualis, æque nempe uirgo, & marito coniuncta, castitati deuincũtur, vt castitate matrimoniali sic nupta mulier deuincatur, quẽadmodum virgo, virgineę, & vidua viduali. Non ergo repugnant illa duo, vt Episcopus matrimonium, & castitatem simul amplexatur, abste itaque, omne depellas dubium mi Didymæ. Nam Paulus non iubet episcopum virgineum eligendum, sed eum maritum unius uxoris castum, pudicum, & continentem habes ne?

DY. Habeo Hercle,verum enimuero, Ecclesia hac nostra tempestate Episcopos omnesque sacerdotes ad matrimonium illegitimos facit, quorsum enim hæc effecit? Si Paulus ad matrimonium omnibus indulgentiam tribuit? 32. dist. ca. Placuit 37. di. cap. presbyteris 28 di. c. nullũ.

PHIL. Augustinus profecto tuæ satisfacit petitioni bonæ Didyme, inquiens, satius expedire sacerdoti non nubere, quàm nubere, quoniam Paulus dicit, vellem autem omnes esse, sicut meipsum, & rursus. Bonum est eis, si permanserint sicut, & ego, nec præcepit Apostolus Episcopo vxorem esse ducendam, sed si vxorem ducat una tantum sit contentus muliere, virgine, ne uxor eius hiuria faciat, ipse postmodum bigamus efficiatur, sacris namque, ordimbus bigamus, ex toto arcetur, & penitus irregularis efficitur (teste August.) 16. q. ueteris, & noui 12. ca. 127. 1. Cor. 7. Lib. 1. de bono coniug. cap. 13.

DY. Si Paulus ad Indulgentiam, omnibus matrimonium concedit, cur Ecclesia illud sacerdotibus omnino interdictum esse demandat?

PHIL. Quod vno tempore, ab homine seruandum Deo complacuit. Illud idem alio tempore seruari prohibuit. Circuncisionem namque ab Abrahæ diebus, usque ad Christum obseruari, omnibus salutem volentibus, præcepit Deus. Quam tamen tanquam mortiferam abdicauit, bucinante Paulo. Si circuncidimini nihil uobis prodest Christus, paripassu sacerdotibus vxores ducendas uno indulsit tempore, ore Pauli. Quod tamen suadente ecclesia alio tempore penitus interdixit. Gen. 17. Gal. 5.

DY. Si tui animi candorem nõ expertus fuissem pater Phylothea, te mihi obganire miris uocibus acclamarem, en dubitatio mea hæc est, nunquid ecclesiam in ius diuinum potestate potiri quispiam affirmare audeat? nemo quidem, si ius diuinum episcopum maritum fieri posse concedit, qua fronte hoc ecclesia inhibere præsumit?

PHIL. Age bonæ Didyme, Alias nos de huiusmodi conflictasse memini, scias velim, eo Ecclesiam diuino inri penitus subijci, ut quicquid ius illud seruandũ præcipiat, & ipsa obedire teneatur. Si uero diuino iure aliquid nobis permittitur tantum non aũt præcipitur, Illud ecclesia (spiritu sancto dictante) reuocare legitime queat. Paulus nanque non iussit, sed permisit ad indulgentiam, ut Episcopi uxorẽ ducere queant, ob id ecclesia reuocãdi illum permissum pñatem obtinuit.

DY. Nunquid uirginitas in fide seruata maius nobis pariat meritum, quàm matrimonium?

PHIL. Nemo est qui in hoc ambigat, nisi hæreticari studeat. Augustinus nempe dicit, a Iouiniano monacho hanc exortam hæresim, qui ætate sua. Mariæ Deiparę uirginitatem destruere intẽdens, aiebat Lib. de hæresibus. cap. 82.

eam pariendo fuisse corruptam, uirginitatem insuper, & continentiam coniugalem adęquabat.

## N O T V L A.

Legito Augustinum libro de bono coniugali, lib. de uirginitate, libro quæstio. ueteris & noui testamenti quæstio. 127. lib. de hæresibus, cap. 82. & sæpius rimare lector, quæ Augustinus ipse adnotauit libro quæstio. ueteris & noui testamenti, cap. 127. & lib de hæresibus. capi. 25. inquiens, nonnullos nuptias sic repudiasse, ut eas fornicationibus pares esse dixerit, quos Tatianos hæreticos appellat ecclesia, a Tatiano quodā Hęresiarcha, & hi sunt hippocrytę prohibentes nubere. de quibus Paulus, prima ad Timoth. capit. quarto, notandum insuper, abste bonæ lector ducimus quod August. ipse identidem declarauit lib. de hæresibus capitulo 26. & 86. necnon libro de fide capitulo 42. qualiter cataphriges hæretici, sic secundas nuptias damnandas putabant. ut eas pro fornicationibus pseudo habeant, Paulo ignorantiam adscribentes, qui secundas nuptias permittit primo ad Corin. capitu. septimo, in quorum errorem etiam Tertulianum delapsum fuisse adstruit Augustinus.

## *EX V. CAP. CONTRADICTIO. VNICA.*

Peccantes coram omnibus argue ut & cæteri timorem habeant.

DY D. Lib. de correptione & grac. c. 16. Matth. 8.



PAVLVM Euangelio contradicere comperiit Augustinus, dum dixit. Peccantes coram omnibus corripiendos esse, clamat enim Euangelium. Vade & corripe cū inter te & ipsum solū, ergo non est corripiendus palam qui in aliquo deliquerit.

PHIL. Augustini nodum cum Augustino facile est soluere bonę Dydimę inquit. n. Paulum Timotheum monuisse ut peccantes coram omnibus argueret, quando peccatum ab eis patratum sic innotescit, ut scandalum generet, & normam malefaciendi aliis tribuat. idcirco subintulit, & cæteri timorem habeant, cum uero Christus occulte arguendum fratrem peccantem iubet, hoc efficiendū utique erit, si peccatum eius latere ab arguente dignoscatur, quod quidem uerba Euangelii deprompsere, si peccauerit in te frater tuus. i. contra te solum, uel in alium, & solo sciente.

DY. Sanum profecto consilium attulisti Phylotheæ, sed Eya narra obsecro, si omnes ad fraternam obligemur correctionem usque adeo, quod si Euāgelicam instructionem clam de corripiendo fratre postponamus funebriter delinquamus.

PHIL. Si absque scandalo id efficere possumus nempe euangelico iure adstringimur.

## N O T V L A.

Videto Augustinum libro de correctione & gratia, capitulo decimosexto, libro Sermo. de charitate. Ser. 6. lib. Episto. Epistola. 64. ad Macedonium, ac in regula clericorum, & pondera dictum Pauli ad Rom. capitulo decimosecundo, mihi uindictam, & ego retribuam dicit Dominus.

## *AD TITVM EX PRIMO CAPIT.*
*Contradictio vnica.*

Constituat per ciuitates presbyteros, sicut & ego dispo-sui tibi.



DEMIROR Paulum Tito Episcopo Sacerdotes instituēdi potestatem impartiri, nam Petrus clamitat. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta populus acquisitionis, si omnes sacerdotes in Euangelio Christi instituti sumus, quia Petrus ad omnes sermonem dirigit cur Paulus aliquos instituendos presbyteros mandat? D Y D. Lib. de cor reptione & grac. ca. 16. Matth. 8.

PHIL. Non te fugiat mi Dydiemæ August. textum interpretari intendentem, per presbyteros episcopus intellexisse. nam Episcopus (Augustino teste) est primus presbyter, id est sumus sacerdos, dum itaque Paulus Tito facultatem presbyteros instituendi indulget, eum tā quam Archiepiscopum Episcopos instituere deberet iubet.

DY. Rite decernit Augustinus ipse, nihilominus adhuc militat dubitatio quam excitauimus, cur Paulus, aliquos sacerdotes instituendos pręcipit si omnes sacerdotis munere iure Euāgelico fruimur.

PHIL. Non mediocriter aberrarunt qui omnes Christicolas sacerdotes autumarunt, nec Petrum hoc unquam insomniasse credas mellitę Dyd. dum enim dixit uos estis genus electum, regale sacerdotium, fuit ut diceret, uos estis de genere Regum, & de genere sacerdotum, proinde nou sequitur, eos omnes sacerdotes appellasse.

DY.

DY. Vnde expiſcari poterimus non omnes Chriſtianos ſacerdotis gaudere dignitate?

Exo.29 PHIL. Ex lege prius: Moyſes enim docuit a Deo ſe monitum vt Aaron in ſummum eligeret ſacerdotem, filios eius vero in ſimplices

Matth.26 ſacerdotes. Leui vero natos in diaconesinſtitueret, non minus etiam

Luc.2. huiuſmodi veritas ex Euangelio ſplendeſcit, diſcipulos enim in vltima cęna Chriſtus ſacerdotes inſtituit, nec omnibus conficiendi pote-

1.Cor.10. ſtatem indulſit, ob id Paulus clamitat. Panis quem frangimus nonne communicatio corporis domini eſt? frangimus inquam dicit, nos ſcilicet ſacerdotes populo fideli, & alio loco. Ponitur diſcrimen inter

1.Tim.3. presbyterum & diaconem.

## NOTVLA.

Vide Auguſtinum lib. quæſt. veteris & noui teſtamēti queſt. 101. & in Epiſtola ad Hierony. vbi hæc duo ſeſe differre adamuſsim ipſe declarat: videlicet. Presbyteratum & epiſcopatum, inquiens, licet epiſcopus maior ſit presbytero, Auguſtino, tamen maior eſt Hieronymus. perſcrutare nouiter Apoſtoli dicta ad Hebræos c.5. q̄ ſunt. Omnis namque pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, necnon nemo aſſumat ſibi honorem, ſed qui fuerit vocatus a Deo tamquam Aaron.

## AD PHYLEMONEM CONTRADICTIO. I:

Obſecro te pro me filio, quem genui Oneſimum forſitan enim ideo diſceſsit ad horam a te, vt in æternum illum reciperes, iam nō vt ſeruum ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem.

DYD. OMAE in carcere degēs Paulus, Phylemonem ciuem Coloſſenſem eius coadiutorē in Chriſto ſalutans Oneſimum ſeruum qui cum infidelis eſſet ab eo fugam arripiens. Romam ſe contulit: valde illi commendatūm facit, ſed quoniam Oneſimus ille Romā ſe recipiens, Paulum prædicantem cum audiſſet, mox ad Chriſtum euolauerat, Apoſtolus eum ad Dominum ſuum Philemonem fiducialiter remittit, obſecrans eundem, ut Oneſimum non tanquam ſeruum, ſed tanquam fratrem domini admittat, legi profectò verbis & operibus ſe opponere

re in hoc ostendit Paulus, præcipit nanq; lex Deuteronimica dicens. Non tradas domino suo seruum qui ad te confugerit. Paulus itaque Onesimum seruum nullatenus domino suo destinare debuisset. Deute.14.

SOLVTIO.

PHIL. Augustinus aperiendo declarat nomen seruitutis legem adinuenisse ex peccato. sic quòd conditio seruilis ex culpa non ex natura exorta est, quin sacram scripturam nusquam huiusmodi vocabulum apposuisse ait, antequam grato filio Noe iustus maledictionem inflixisset dicens, maledictus Canaan, seruus seruorum sit fratribus suis, idcirco seruum Dño suo esse tradēdum verbo & opere iure Paulus demonstrat dum Onesimum seruum domino suo Philemoni fiducialiter remittit, & si lex Deuteronimica hoc efficiendum prohibet, hoc est, vt nullus seruum ad dominum suum remittere audeat, vt ab eo puniatur, qui virgis ac pice seruum fugitiuum (ut tiranni nonnulli impie) solent discrutiet, non autem prohibet lex illa ut quispiam seruum fugitiuum ad dominum suum remittat ad veniam, & ut ei reconciliatus in charitate fideliter seruiat. Lib. 19. de ciui. Dei. ca pit. 15. Gen. 6.

NOTVLA.

Legito Augustinum libro 19. de ciuit. Dei cap. 15. ut ipse etiam dilucidando adstruit, seruum a seruādo dici, non a seruiendo, ita, ut origo uocabuli inde credatur dicta, quod hij qui iure belli possunt occidi a uictoribus, cum seruabantur serui fiebant quòd Hieremię & Danielis fortes palam nobis ostendunt.

*CONTRADICTIO II.*

Onesimum pro seruo suscipe vt fratrem. Ad Ephe. 6.



NESIMVM qui ante baptismum Philemonis seruire tenebatur seruili sorte ei addictus, vt fratrem suscipiendum Domino suo Paulus exorat, ac si baptismus a seruitute hominem liberaret: cuius oppositum ipse in primis fatetur, dum dicit, serui obedite Dominus carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, & rursus. Seruus uocatus es, non sit tibi curæ: cui adstipulatus Petrus concordi spiramine clamitat, serui subditi estote Dominis non tantum bonis & mo- D Y D. Colo.3. Titum.2. 1.Cor.2.

& modestis, sed etiam discolis.] En baptismum seruitute neminem eximere perspicue cernimus.

S O L V T I O.

24. distinc. cap. si quis viduam. Hoc est ecclesiæ dogma, vt baptismus a seruitute non liberet sicut nec irregularitatem bigamiæ abstergit, nec vnquam huius veritatis oppositum censuit Paulus. Quamuis Onesimum ut fratrem suscipiendum a Philemone suadet, non utique eum a seruitute exemptum reddebat Paulus, sed est vt diceret, Philemon dilectissime dum Oenosimus a te fugam arripuit tibi seruus tantũ erat quia infidelis, nunc vero ad te reuersus nedũ seruus, sed frater venit, quia est (sicut & nos sumus) fidelis, suscipe igitur eum ut fratrem non solum ut seruum.

N O T V L A.

Videto Augustinum libro 19. de ciuitate Dei cap. 15. & memor sis lector quòd seruus inuito Domino ad sacros promoueri ordines nullatenus debet. & si promoueatur episcopus, vel qui eum præsentauit, soluat duplum mandante Ecclesia. 54. dist. cap. si seruus.

*EPISTOLA AD HEBRAEOS EX VI. CAPITVLO*
*Contradictio vnica.*

Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cęleste & participes facti sunt, spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Ad Hebr. 4.

D Y D.



HIS verbis Paulus impietatem quandam præ se ferens: pęnitentiam non esse reiterandam afferere videtur, nihilominus ipse idem Paulus iam iam dicebat, adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratię eius, vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno, ad id. quid igitur peccatores hortatur ipse ad pęnitentiam si pœnitentia reiterari nequit? quorsus etiam Christus Petrum ad indulgentiam compellens, ait: non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies?

Matth. 18. Lib. de vera & falsa pęnitentia, cap. 5.

S O L V T I O.

PHIL. Pœnitentiam lapsis reuocandam fore nemo est qui ambigat

gat. Augustinus nempe nouatianos hęreticos asseruisse testatur, lapsis post baptismum pœnitentiam prodesse non posse, qui moriuntur profecto, ait enim scriptura, quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nō recordabor, & iterum, reddite pręuaricatores ad cor & inhærete ei qui fecit uos: quo fit, ut Augustinus asseueret, iugiter peccata per pœnitentiam deleri, etiam si in ultimo uitæ quisquam peccasse pœniteat, dummodo pœnitentia fidelis ipsa censeatur, addens ipse idem Aug. Si quis aliter de iustissima Dei pietate sentint non Christianus, sed Nouatianus est.

DYD. Et tamen Paulus quempiam per pœnitentiam renouari posse abnuit.

PHIL. Non te moueant Apostoli verba Dydime, non enim adstruit hominem per pœnitentiam interius renouari non posse, sed in illos hæreticos uerba dirigit, qui Anabaptistæ dicuntur (testimonio Augustini) asserentes baptismum reiterandum, quotiens in aliquod scelus peccator delabitur. Ait ergo Paulus impossibile est, aliquem rursus renouari ad pœnitentiam per baptismum, quoniam Christus semel Crucifixus est, semel itaque (ut peccata aboleantur) homo baptismatis unda perfundi debet. Et hunc errorem apostolum explodere uoluisse uerba textus demonstrant. Ait enim rursus renouari ad pęnitentiam, non utique dixit, per pęnitentiam, ac si palā depromere intendisset, neminem reiterato baptismate ad pęnitentiā reduci, quamuis per reiteratam pęnitentiam aliquis renouatus ueterem exuerit hominem nouumque induerit, qui secundum Deum creatus est in iustitia & ueritate sanctitatis.

[Margin notes: Lib. de qu. ... & ... quæst. 102. Ezech. 8. Isaia 46. Lib. ab simplic. anum. Epistola 8. Li. psalm. Psal. 10. Li. de eccl. dog. ca. 20. lib. de fide ad Pet. c. 1. Hebræ. 6. Lib. Expo. ichoat. Episto. ad Roman.]

## N O T V L A.

Legito Augustinum libro expositionis Epistolæ inchoatę ad Romanos libro ad Eleusium glorium & fœlicem Epistola 163. libro ad Maximinum Epistola 203. libro de uera & falsa pœnitentia, capit. 5. libro quæst. ueteris & noui testamenti. q. 102. libro ad Seleutianum Epistola 8. libro psalmorum Psal. 110. lib. de Ecclesiasticis dogmati. cap. 80. lib. de fide ad Petrum. cap. 3.

## *EX VII. CAP. CONTRADICTIO. I.*

Melchisedech assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Ad Hebr. 7.

MELCHISEDECH regem Saulem Christo assimilat Paulus, qm̄ & Christus ipse Dei sacerdos ignotus: uelut Melchisedech, in

[Margin notes: DYD. Hebr. 7. Gen. 14.]

in lege censet, necnō eius Geneologia enarrari nō pôt. Velut Melchisedech lineam, sacra non pandit scriptura, quamuis eum quidam nominare audeant Sem Noe filium (iudicio glosatoris.) Verum legem aperte oppugnare Paulus videtur. Quę quidem, de tribu leui sacerdotes omnes instituendos mādat: Christum autem de Tribu Iuda exortum notat Euangelium, in qua nullatenus de sacerdotio meminit ipsa, lex quid dicam, in Christi sacerdotium inuehentibus Philothcę? ni Paulum mentitum coacte dicam.

Exod. 28. Nume. 11. & 2. & 3. Matth. 1.

## S O L V T I O.

PHI. Tuæ dubitatiūculę satisfacit Paulus Dydimę: ait enim Christum fuisse sacerdotem secundum ordinem Melchisedech: nō autem ex ordine Aaron generis leuitici: quamobrem nihil ei obfuit ex semine Dauid de Tribu Iuda originem trahere: hæc enim duo sese valde certant, quòd quispiam ex Tribu sit Iuda, & sacerdos legalis vocitetur. Nam quicunque sacerdotio in lege potiri debebat, ex Tribu leui eum originem ducere necesse erat Christus vero nō extitit leuitici generis sacerdos: sed in ordine Melchisedech prophetica voce prius sacerdos in æternum nominatus est clamat. enimuero Dauid. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ob id apostolus aperire enititur, sacerdotium Melchisedech sacerdotio leuitico nobilius esse, quoniam Abraham in cuius lumbis leui tunc erat per seminariam propagationem, Melchisedech sacerdoti decimas reuerenter persoluit.

Psal. 119. Tu es saaer dos in æternum secundū ordinē Melchisedech. Gen. 14.

## N O T V L A.

Vide Augustinum libro 10. de ciuitate Dei, capit. 20. declarantem Christum sacerdotem & hostiam ipsum esse lib. de consensu Euangelistarum, cap. 3. lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 21.

## *CONTRADICTIO. II.*

Qui minus est a meliore benedicitur. 1. Cor. 10.

D Y D.



VI benedictionem aliquis porrigit: cum illo benedicente minorem esse absque contradictione adstruit Paulus: nihilominus non recordatur alibi dixisse, calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Ac si dicat, sacerdotes benedicere calici

lici in quo est merus Christi sanguis (diuinitate socia.) Quamobrem sacerdos Christo maior erit, quia Christo benedictionem & ipse porrigit.

## SOLVTIO.

PHIL. Sacerdos profecto non benedicet Christo Dydimæ, est enim benedictus in secula, sed benedicit Christum, ore cum redemptorem confitendo. Paulus autem dicit, eum calici duntaxat panique benedicere, non autem Christo. sed cum panis in corpus uirtute diuina, & uinum in sanguinem Christi transubstantiatur, tunc Euangelium iure eum sacerdos latriç adorat.

D Y. Tua excepi uerba sapientissime Philotheæ, at qui unum denuo mihi in mentem uenit, a sapientib. me audiuisse, episcopum Hostiensem tali gaudere priuilegio, ut Papam electum (quicunque ille sit) benedicere & cõsecrare teneatur. Si enim omnis benedicens quocunque benedicto maior Pauli testimonio dijudicandus erit, igitur episcopus ille Hostiensis, maior erit ipso Papa, quod asserere prophanum duco: quid ais Philotheæ?

P H I L. Risu præmor audi quæso: dum Hostiensis Episcopus summum sacerdotem consecrat, eique benedictionem impartitur, maior est eo dignitate, non autem iurisdictionis auctoritate, qui mox utroque modo maior efficitur, dum Papa nuncupatur, hoc est admirabilis, cuius pedibus meipsum dictaque mea submitto.

## NOTVLA.

Legito Augustinum libro 4. de Doctrina Christiana. capit. 21. lib. etiam tertio, cap. 9. lib. secundo, de visitationibus infirmorum. cap. 4. & lib. sententiarum prosperi.

## *EX CAP. VLT. CONTRADICTIO. VIII.*

Obedite præppositis vestris, & subiacete eis, ipsi. n. peruigilãt quasi rõnem redditur pro animab. uestris. Ad Ro. 14.



VO nempe magni ponderis ponit hic Paulus, primum, ut præppositis ecclesiæ parere uelimus, secundum uero, ꝙ ipsi tale ex nostra obedientia ferunt onus, ut sint pro subditorum animab. rõnem redditu ri, nihilominus DYD.

alibi

alibi ait, unusquisque pro se rationem reddet Deo, ergo non pro alijs.

2. Cor. 4. PHIL. Perpendas quæso Didyme subditos quorum humeris gregem pascendi onus non est impositum, pro seipsis duntaxat rationem ante Christi tribunal reddituros. Ait enim Paulus. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Illi uero quos pastores Christus, sibi destruit pro se, & pro ouibus sibi comissis rationem reddere iure tenentur. Dum itaque Paulus dixit, unumquemque pro se rationem reddere debere, rite monuit, sed non asseruit pro se tantum, quoniam multi (quos iam iam dicebam) pro se, & pro alijs rationem reddere cogentur.

## NOTVLA.

Vide Augustinum libro de Moribus Catholicæ Ecclesiæ, cap. 33.





DE

# DE ECCLESIASTICA REPVBLICA


## Dydimo, & Philotheo colloquentibus:

AVTHORE FRATRE PADVANO DE GRASSIS Barolita Franciſcano conuentuali, & S. Theolog. magiſtro, olim in gymnaſio domus magnę Venetiarum Regente.



## CAPITVLVM PRIMVM.

### DYDIMVS.



ARDEO perdoctæ Philotheæ incredibili amore ſciendi Reipublicæ Eccleſiaſticæ archana. Namq; (ni fallar) Tragediæ perſonant ſeculorum. Idcirco cum tibi uni præcæteris credam amico, mihi, ſecundum nomen meum: dubitanti, Iubens reſponſum præſtare digneris.

PHIL. Age bonæ Dydimæ, ut amicitiæ iura perſoluam tibi ad Scopũ interroganti. Hilari fronte præſtabo reſpõſa.

DY. Quid eſt enim Eccleſiaſtica reſpublica, cuius Titulum hic ſibi uendicat libellus.

PHI. Reſpublica: ut eam deſcribit Aug. 5. de ciuit. Dei c. 18. eſt res populi. Populus aũt, ut idem aperit 1. de ciui. Dei c. 19. ex definitione a Scipione aſsignata, eſt cętus iuris conſenſu, & vtilitatis cõmunione ſociatus. Eccleſia, ſecũdum Iſidorum in li. Etimologiarum, eſt congregatio fidelium. Quod notatur de conſecratione. diſt. 1. c. Eccleſia. Reſp. itaq; eccleſia eſt res totius populi fidelis, cuius caput Chriſtus eſt. Io. (quid ſit res publica.)

cap.13. Vos vocatis me magister & Domine & benedicitis sum etenim ꝙ Paul.ad Ephe.cap.1.aperiens inquit, ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.

Ante Christus sit caput ecclesię vnde dicat Christus.

DY. Narra obsecro veritatem, quoniam si ad Sacra eloquia admissa fuerint officiosa mendacia, q̄d amplius remanet ueritatis in eis, mihi quidē in mentem venit, ꝙ caput Ecclesiæ non sit Christus cruci pro nobis affixus. Nempe nomen Christi sonat vnctionem Christus enim unctus dicitur. Vncti autem plures in ueteri lege fuere, iuxta dictum Dau.psal.104. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari, quod vtique pi. mo paralipom.cap.19.legaliter exprimitur, si uero dicas, ut opinor, nomen capitis Ecclesiæ fuisse Ihesum statim assurgit scriptura, tres celebres uiros memorans, quorum quilibet Ihesus nuncupatur, uidelicet Ihesus filius Nun Moisis seruus & nutu Dei eius successor, ut patet in li.Iosue, Ihesus filius Scirach, q̄ renouauit sapientiam de corde suo, & librum Ecclesiastici explosit, sicut in eodem li.prologo diuus aperit Hierony. Ihesus tertius est filius Ioiade, qui reedificauit Templum Iherosolin.is, ac nomen Messiæ qui caput Ecclesiæ præesse deberet nomen nouum erit, quod diu prædicās Esai.ca.62.in spiritu Messiam alloquens ait, & erit tibi nomen nouū, quod os Domini locutum est.

Tres viri celebres fuerunt quorū quibet Ihesus nūcupatur.

PHIL. Vix a risu me contineo cum te bonę Dydimę ita uulgariter dubitantem audio, scias nomen Ihesus, quod Christo nostro ore Angeli a Virgine matre Apponitur, nomen esse nouum, quo nullus vnquam hominum nuncupatus fuit, neque erit profecto. Hebræi Cabalistæ in quouis nomine caracteres, siue litteras ualde ponderant. Ideo Plato, ille diuinus, in li.Gorgiæ in scribendis nominibus de Caracteribus satagendum esse docet.

Quid sit nomen Ihesus

DY. Perge quæso Phylothea, & quibus caracterib. Ihesus Dei nostri, quibus ve cæterorum nomen inscribatur, adamussim declara.

PHIL. Nomen Ihesus non est Tethagramaton, sed penta gramaton, quinq;.n. litteris hebraice scribitur, videlicet sonat, hoc est Ihesuh, nomen uero Ihesus filii nun, & filii sirach his caracterib. annotatur, hoc est Ihesuha, & hac de causa latine Saluator noster Christus Ihesus dicitur, filius autem Nun Iosue appellatur.

Ecclesiastica Respub. ca a quo traxerit nomen.

DY. Rem acu tetigisti doctissima Philothea, uerum cupio scire a quo ista Ecclesiastica resp. originem traxerit, a Christo qui est caput, vt iam dicebas, an ab alio ante ipsum.

PHIL. Ecclesiastica respublica cępit a tertio mundi homine, qui est Abel, hanc utique ueritatem Aug. super psal.142. De prompsit dicens. Hæc ciuitas initium habuit ab Abel sicut mala ciuitas a Caym, &

de ciuitate Dei loquitur ipse, qd tñ calcatius in 5. de ciuitate Dei declarans inquit, a principio mundi processerunt duæ ciuitates, vna Dei altera Diaboli, una cęlestis, altera Terrestris, cœlestem ædificat Abel terrenam vero Caym, iure igitur Paul. in eius sacrificiis fidem efulsisse ad Hebræos cap. 11. ponit & Christus præcæteris eum in primis iustũ appellat Matth. cap. 24. a sanguine Abel iusti.

DY. Demiror equidem Ecclesiam Christi cæpisse ab Abel, qui ante ipsum Christum annis quinque millibus ducentisq; extasse scripturæ cronicæ tradunt.

PHIL. Ecclesiam Christi bifariam intelligere poteris, est. n. Ecclesia Christi venturi, & hæc cæpit ab ipso Abel. vt superius conclamatũ est, est etiam Ecclesia Christi qui venit, & talis Ecclesia ab ipso Christo originem traxit, iuxta dictum Pau. ad Eph. c. 5. Christus Dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt ipsam sanctificaret. Ecclesia christi duobus modis intelligi potest.

DY. Cur Ecclesia Christi uenturi non cæpit a prothoplausto nostro Adam, sicut a filio eius Abel? cum Augustinus. 24. de ciuit. Dei dicat quod Adam in statu innocentiæ habuit caritatem de corde puro, & fide non ficta, & Eusebius Cæsariensis 1. lib. de Ecclesiastica historia docet, & Adam ipse primus instituit filios suos primitias ex fide, Deo offerre. Ecclesia Christi quare nõ cępit ab Adam, sicut, a filio eius Abel.

PHIL. Ex hoc Ecclesia ab Adam primo mundi homine originem trahere nequit, quoniã Ecclesia idem est qđ cõgregatio, iuxta dictum numeri c. 20. Cur eduxisti Ecclesiam Dei in solitudinem? Adam autẽ unus est, & non congregatio. Demum uero Adam, Caym, & Abel cõgregationem perficiunt capis ne mi Dydimæ. Adã est vnus, & non cõgregatio Adã, Caym & Abel cõgregationẽ perficiunt.

## CAPITVLVM II.



CAPIO quidem perdoctæ Philotheæ, sed unum mihi declares uelim. Est ne Petrus firma illa petra super quam Christus suam ædificauit Ecclesiam. An Petrus, sit petra, su per quã edificata est ecclesia.

PHI. Theorema tangis non inutile mi Dydimæ, verũ ut tibi motẽ gerã ab ouo exordiat Matth. c. 16. ait veritas Petro. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, si Petra illa super quam se Edificaturum suam Ecclesiam spopondit, ipse Christus est, quid utique insigne & venerabile ipsi Petro promisit, si dixisset ipse D. tu es Petrus, & ego ędificabo Ecclesiam meam super me, quid muneris Petro præcæteris Apostolis offertur. frustramus ergo Euangeliũ, & bonitatem Christi emancipamus.

DY. Non nihil est quod dicis, sed scire velim si in sanctorum, moni-

nimentis, talis depromitur ueritas, &c.

PHIL. Ambrosius in primis, in li. Sermonum, Ser. 4. inquit, recte consortium meretur, nominis, qui consortium meretur, & operis. petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro uirtute dominus nuncupatur.

Augustinus in li. contra Epistolam Donati, & lib. Sermonum de tẽpore ser. 16. Ait, audistis Petrum frequenter a domino Petrã nuncupatum, ergo Petrus est petra super quam ædificauit Ecclesiam.

Petrus est petra.

Hieronymus exponens Euangelium Matth. capit. 16. dicit, Secundum metaphoram petre, recte dicitur Petro ædificabo ecclesiam meam super te.

Gregorius lib. 6. epistolarum epistola. 37. ad Eulogium peruicatiã fere talem ueritatem ab negantium admiratus ait. Quis enim nesciat sanctam Dei Ecclesiam in principis apostolorũ esse firmatam solidita te? qui firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus aperta uocaretur hæc ille. Eusebius Cæsariensis in historiis Ecclesiasticis libro primo, c. 17. Dicit Petrus uero super quem fundatur Ecclesia, duas tantum scripsit Epistolas, de quibus a nonnullis, & de secunda dubitatur. His sacra patrum dogmata adstipulantur. 24. q. prima capit. Loquitur Do: ubi dicitur, ut Ecclesia una sit super unum S. Petrum, dominus ipsam Aedificat, quid clarius. quid ve limpidius.

Petrus a petra uocat.

Ecclesia est una super unum sanctum Petrũ.

## DVBIA EMERGENTIA.

DY. Vt plenis ramis dulci Sapientiæ Pomaria abste carpere ualeãt Philotheæ, adduco scripturam ad oppositum delibatæ conclusionis, Pau. autem prima ad Cor. c. 10. ait. petra autem erat Christus, cuius uestigia insectatus August. Homelia. 13. in persona Christi loquens dicit Super me ædificabo te, non te super me, ergo Petrus ædificatur, super Christum non Christus super Petrum, & tunc ipse non est petra.

Petrus ædificatur sup Christũ, nõ Christus super Petrũ.

PHIL. Ex doctrina Ambrosii superius Annotati duplicem nos assignamus petram, est enim petra diuinitatis, & hæc Christus est, est ẽt petra deuotionis, & talis Petrus est. Cum igitur Apostolus Christum petram nominat, intelligit Christum esse petram diuinitatis, ex hoc tamen minime, negandum duco: Petrum esse Petram deuotionis & fidei.

Duplex est petra, diuinitatis, & deuotionis

DY. Exacte loqueris Philotheæ, sed ueritas adhuc indubium reuocatur, quoniam apostolus prima ad Cor. c. 3. ait Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod est Christus, ergo ipse Christus est fundamentum Ecclesiæ non Petrus.

PHIL.

PHIL. Augustinus exponens Psalmus 86. duplex adstruit fundamentum; est enim fundamentum fundamentorum, & tale Christus est, est etiam fundamentum fundatum, & tale Petrus est, licet enim Ecclesia fundetur super Petrum, ipse tamen Petrus super Christum fundatur, sicut parietes Domus super lapides defixos, ipsi uero lapides in terra fundantur, idcirco Petrus fundatur super Christum (secundum Augustinum) non Christus super Petrum, quamuis Ecclesia Christi fundetur super Petrum (ut superius dictum est. Duplex est fundamentum. Petrus fundatur super Christũ, nõ Christus super Petrũ.

DY. Sed quid ad August. dicimus? Qui ex propria officina in libro primo retractationum capitulo uigesimoprimo, talem ueritatem lectoris iudicio relinquit? Si enim perspicua esset hæc conclusio, profecto eam sub modio non absconderet.

PHIL. Et si Augustinus, ibi talem depromere noluerit ueritatẽ, alibi tamen eam declarauit, & cæteri patres ei adstipulati sunt (ut superius conclamatum est.)

## CAPITVLVM. III.



ADEO celestis Sapientiæ Ambrosiam tua redolent uerba, doctißimæ Philotheæ, quòd nutans animus meus nullatenus satiari queat, ideo aperias mihi uelim, an Petrus in Ecclesiastica republica princeps, caput, & uertex omnium Apostolorum extiterit? An Petrus in Ecclesiastica republica sit caput.

PHIL. In Euangelico dogmate, hæc ueritas eluceßit melitißimæ Didymæ, ait enim. Euangel. capitulo primo, cum Petrus ab Andrea fratre eius ad Iesum adduceretur, duo mirabilia sortitus est, mutatum est nomen eius primum, & uertex siue Capitaneus cæterorum effectus est, ait nempe ueritas, tu es Symon filius Iona? Hoc est filius columbæ, cui adstipulatur illud Math. capitulo decimosexto. Beatus es Symon Bar Iona, Bar enim, Sirica lingua filius interpretatur, Iona uero columba (ut superius explosum.) Non uocaberis amplius Symon, sed Cæphas (hoc est Petrus) dicit Euangel. Petrus equidem a Petra dicitur, & Idem est quòd firmus? Cæphas autem caput interpretatur, uel saltem firmus, ac si aperte diceret, firmus esse debes Petre. Petrus a petra dicitur, idem est ꝙ firmus.

Quia firmitas ad Capitaneum spectat, sic enim ductor exercitus non esset in bello firmus, & in firmitate animi eius, milites conflictas reassumerent uires, fugabitur protinus ipse, & facile cadet exercitus collidente hoste. Sic profecto Abraæ nomen mutatum est, cum Firmitas ad Capitaneũ spectat.

Mutatio nominum. pater multarum gentiũ esset futurus. Cui dictum est in conualle Mambræ, non vocaberis amplius Abram sed Abraham? Gen. cap. 12. Pari passu Iacob nomen mutatum est, quando cum Dei Angelo luctabatur. Gen. 32. dictumque est ei, non vocaberis amplius Iacob id est supplantator, sed Israel, hoc est, vir fortis Dei, seu videns Deum. Consimiliter Moysis, & Aron nomina mutata fuisse autumamus, cum Dei populum ad terram promissionis dirigerẽt (vt in lib. Exo. apertissisime declaratur) Moyses nempe princeps dicebatur. Aaron uero pontifex ab omnibus vocabarur.

Moyses prĩceps dicebatur Aarõ vero pontifex.

D Y. Tam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua, ut totum, quasi farmacum bonum, quod hactenus exaraueris, dulciter ebiberim, sed paulisper conflictatur animus meus, quoniam noui exteri dicũt, par ius ligandi, & soluendi omnibus Apostolis a Christo collatũ esse, nec Petrũ auctoritatis iurisdictione cæteris Apostolis maiorẽ esse sentiũt.

Petrus fuit maior cæteris Apostolis.

P H I L. Age bone Didyme nihil est, ꝗ dubites, quippe Euangelica series Petrum cæteris Apostolis auctoritatis iurisdictione maiorẽ esse contestatur. Nempe clauigeram potestatem tali ordine Christus Apostolis tradidit, ut soli Petro illam in primis promiserit Math. c. 16 tibi dabo claues Regni cœlorum, quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cęlis. Alias eandem potestatem omnibus simul spopondidit Apostolis, dicens Math. c. 18. Quecunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis. At post Resurrectionem, clauium potestatem omnibus simul Apostolis exhibet, dicens Ioannis cap. 20. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa sint, & quorum retinueritis rerenta sint, nouissime uero eandem potestatem soli confert Petro, ter idem geminans Ioannis c. 21. Pasce oues meas, pasce agnos meos, & tunc ipsum agnorũ pastorem, & ouium instituit, hoc est innocentium, & peccatorum, incipientium, & profectorũ, seu laicorum, & Clericorum, uel actiuorum, & contemplantium. Quis. n. mi Didyme (nisi descipiat) Petrum totius militiæ Christianæ Pastorem, & principem negabit?

Post resurrectionem, clauium potestatẽ omnibus Apostolis exibuit.

D Y. Perge quæso Philotheæ, ut Euangelico satiemur nectare.

P H I L. Illud in primis notatu dignum autumabis, quòd centies Christus solum Petrum alloquitur, astantibus cæteris Apostolis, necnon ipse Petrus multotiens, nomine omnium effatur. Quod quidem Petrum præesse Apostolis auctoritatis iurisdictione palam ostendit. Ioannis primo Petrum alloquens Christus ait, tu uocaberis Cæphas. Math. capitulo 16. ipsi soli dicit, tibi dabo claues Regni cœlorum. Math. capitulo decimooctauo conuersus Iesus, in Discipulos suos, dixit

Ex his, authoritas Petri demonstratur.

Symon

Symon Petro. Ecce omnes respicit. & tamen ad Petrum sapientiæ uerba dirigit. Lucæ capitulo 22. Symon ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticum. Ioannis capitulo 13. Symon si non lauero te, non habebis partem mecum. Math. capitulo 26. Petre conuerte gladium tuum in uaginam. Marci capitulo 16. Christo a mortuis suscitato. Ait Angelus mulieribus. Ite dicite Discipulis eius, & Petro. quare uerbum singulariter Petro dirigendum præcepit cœli nuncius? Math. capitulo 17. Christus tributum soluere intendens. ad euitandum scandalum ait. Petre sumens staterem, solue pro me, & pro te. Quare pro Petro duntaxat, & non pro alijs soluit Christus censum? Math. capitulo decimonono. Solus Petrus nomine omnium effatur dicens, Domine ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quorsum profecto hæc dilectæ Didymæ? Nisi quia Petrum Reipublicæ Ecclesiasticæ caput, rectorem, & Pontificē Apostolorumque uerticem, principem Christus in terris prouide reliquit.

Christus pro Petro soluit cēsum, & non pro alijs.

Christus Petrum Pontificem reipublicæ Christianæ reliquit.

DY. Belle loqueris sapientissimæ Philotheæ sed multorum patrum clamantia ora libenter abs te audirem.

PHIL. Isthuc ipsum iam dicere cogitabam, audi quæso Didymę Dionysius ille Ariopagita Pauli Apostoli Discipulus, & auditor in li. de diuinis nominibus capitulo tertio, de dormitione Virginis matris, pie loquens, ait. Aderat autem, & Dei frater Iacobus, & Petrus Vertex, & honorabilissima Theologorum summitas. En Petrum uerticem, & summitatem omnium Theologorum appellat Dionysius, cui post Paulum credendum arbitror. Cyrillus, exponens illud Lucæ capitulo 22. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ait in persona Christi, cum te principem apostolorum deputauerim, hoc enim te decet, qui mecum robur, & Petra es Ecclesiæ.

Petrus uertex omniū Apostolorū nūcupatur.

Chrysostomus super illud Ioannis, capitulo uigesimoprimo pasce oues meas, inquit, pasce oues meas, idest loco mei præpositus esto, & caput fratrum tuorum.

Interpretatio pulchra D. Chrisostomi.

Theophilus, declarans illud Lucæ capitulo duodecimo. Domine ad nos dicis hanc parabolā, an ad omnes? Dicit Petrus, cui committenda erat. Ecclesia, quasi omnium curam gerens, interrogat, utrum ad omnes hanc parabolam protulisset. Ambrosius, intendens enodare passum illum Euangelij Matth. capitulo 17. Petre uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore inuenies staterem, illum, sumens, da pro me, & pro te ait. pensā autem didragmæ erat capitis, unde dabatur intelligi, quòd Petrus post Christum super alios Apostolos caput, & primus constituendus erat, hæc illæ.

Optima expositio D. Ambrosij.

Authoritas Petri demō stratur.

Augustinus autem in quæstionibus ueteris, & noui testamenti, quæstione 79. Dicit, ipsum enim constituit esse caput eorum, ut pastor esset Gregis Dominici. Hieronymus Epistola. 22. ad Augustinum ait, Denique tantæ auctoritatis Petrus fuit, ut Pau. in Epistola sua scribat, denique post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum dies quindecim. Rursumque in sequentibus, post annos quatuordecim ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito, ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis euangelium quod prædicatur intra gentes, ostendens non habuisse securitatem Euangelii prædicandi nisi Petri authoritate, & sententia fuisset roboratum. Hæc diuus Hieronymus. Quid fusius, quidue apertius mi Dydime.

Vnde securitas Euangeli prædicādi nisi Petri auctorit.

PHIL. Hoc idē sancta patrū confirmant dogmata 22. Distincta Sacrosancta, ubi dicitur, quod omnes apostoli licet habuerint eādem soluendi, & ligandi potestatem, non temen omnes parem habuere iurisdictionem, sed Petrus omnibus præfertur Apostolis. Hinc Ecclesia in officio Beati Petri Armoniose decantat, tu es Pastor ouium, princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus claues regni Cœlorum, & iure quidem, quoniam Oseas longe ante prædixerat capitulo primo, inquiens, congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum. cuius prophetiam firmans Christus Lucæ. cap. 10. Dicit, fiet unum ouile, & unus pastor.

## DVBIA EMERGENTIA.

An Petrus fuerit princeps apostolorum.

CVm ab ouo exordiebaris pater Philotheæ tuis uerbis mihi conquiescendum duxi, sed unum mihi in mentem uenit, quod Petrū principem, & Apostolorum uerticem non fuisse prima facie appartat, ait nempe veritas cap. 20. Scitis quia princeps gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt inter eos potestatem exercent, non ita erit inter uos. ergo Christus Apostolos ad seruitium, & non ad dominium adhortatur.

Decimus minime interdixit principatū Apostolis.

PHIL. Christus nempe principatum Apostolis minime interdixit, sed duo mala fugienda præcepit, ambitionem primo, ne. s. terrena dignitas ambiatur, quippe Apostoli tunc rudes, & carnales ambitioni studere uidebanrur. Nam orta est contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior, ait Euangelista Lucas cap. 22. idem declarans Paulus ad Hebræos, cap. quinto. inquit, nemo assumat sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron, & prima ad Thimot. capit. 3. qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, quod exponens diuus

Hie-

Hieronymus Epistol.43.opus inquit,non dignitatem, laborem, non delitias appetere debemus.

Vlterius malum dominandi modum abolendum esse docet, quasi mali utuntur principes,de quibus dicitur Oseæ capitulo octauo,ipsi regnauerunt,& non ex me principes extiterunt, & non cognoui, ut beatus Gregorius dicit quod potestas dominandi a domino Deo est, dicente Apostolo ad Rom.cap.13.non est potestas nisi a Deo, prauitas tamen regiminis ab homine est. Deo permittente multotiens propter peccata populi,Iob cap.34.Dominus fecit regnare Hipocritam propter peccata populi.

Pulchra expositio Do. Hieronimi.

Prauitas regiminis ab homine est Deo permittente.

DY. Ne tibi Philotheæ nodum in scirpo quæritare uidear,Paulus ipse meus sit defensor,qui Petrum in Antiochia reprehendit, ut notatur ad Gala.cap.secundo cum uenissem,inquit,Antiochiam restiti in faciem Cephe,quia reprehensibilis erat,igitur Petrus non erat maior Paulo ipso,quoniam minor maiorem reprehendere non debuit,quod quidem diuus Hie.ibi attingere uidetur, ubi dicit. Paul.reprehendit Petrum,quod non auderet,si se Imparem sciret.

An Paulus recte reprehenderit Petrum.

PHIL. Beato Gregorio dictante,tibi bone Dydimæ responsum præbeo tale.Paulus profecto par erat Petro,cæterisque apostolis in apostolatu,at defensione fidei ministerioque euangelii, nam Paulus de semetipso hanc deprompsit ueritatem Gal.capit.secundo, Dicens, eum uidissem,quod creditum est mihi euangelium præputii, sicut, & Petro circuncisionis,non tamen fuit par Petro in authoritatis iurisdictione,& ideo potuit iure eum reprehendere, quia peccabat contra euangelium in cuius ministerio ei par erat,ut superius dictum est, dicit nempe textus,cum uidissem.quod non recte ambularent ad ueritatem Euangelii.Quare nobis liquido ostenditur ferendam esse fraternam correctionem ex charitate. Num uero Petrus mortaliter peccarit,an uenialiter, August.& Hieron.concertantibus discutiendum relinquamus.At quoniam ex quadam pia simulatione Petrus peccauit, peccatum fuisse ueniale asserimus proculdubio, quod August. ponit in epistola ad Hieronymum.

Quo Paul. fuit æqualis, & inæqualis Petro

Petrus non peccauit mortaliter, sed uenialiter, ex sña D. August.

DY. Rem teneo ædepol.verum quod in actibus Apost notauit Lucas cap.8.adhuc me anticipitem reddit. ait enim. Cum audissent apostoli,quia recepit samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Si Petrus caput, & uertex aliorum extitisset. quo nam iure eum mittere potuissent?igitur, aut inferior, aut saltem cœteris in auctoritatis iurisdictione par est censendus ipse.

An Petrus fuerit uertex,&caput aliorum.

PHYL. Exacte dubitas Dydimæ, at diuersimode Theologi textum illum interpretati sunt:alii dicunt, quod missus est Petrus, quia

spe-

speciali miraculorum priuilegio ipse fulgebat.

Optima interpretatio.

Alij vero altius contemplati, hæc duo simul stare arbitrantur, videlicet, quòd Petrns pastor fuerit, & tamen a cętu apostolico missus: spiritus nanque sanctus missus est a patre, & filio, nec iccirco minor est vel ipso patre vel filio. Ego autem ad radicem euangelij securrim apponens dico, quòd Petrus erat tunc pontifex haud tamen erat in sede pontificia: nam ipse primus ex orientis partibus Romam euangelium detulit, vt refertur a magistro historię ecclesiasticæ lib. 2. cap. 16. & 25. tenuit igitur sedem in Anthiochia per annos septem, at liberatus a carceribus Herodis Agrippæ: Ignatio martyre Antiochianæ sedis Episcopo instituto: Romam se recepit: anno. 2. imperij Claudij: q fuit successor Caij Calligulę, & quintus Romanorum Imperator: imperauitque annos tresdecim: sedemq; Romæ tenuit Petrus annos vigintiquinq; vsque ad vltimum, Neronis annum, qui fuit sextus Romanorum Imperator: & dominatus est annos quatuordecim. cuius iussu Paulus (vt Romanus ciuis ex priuilegio) capite truncatus est, Petrus vero capite deorsum cruci est affixus, conuenienter igitur tunc mittebatur ipse Petrus, postea vero quàm pontificiam potestatem exercuit, nunquàm ab alijs missum fuisse legimus.

Petrus Euāgelium Romā detulit.

Quando Petrus petijt Romam, & sedē tenuit.

Nero fuit sextus imperator Romanorum.

## *QVOD A CHRISTO VTRIVSQVE GLADII potestas Petro fuit collata. Cap. IIII.*

DY D. An vtriusq; gladij ptās Petro colata a Christo fuerit.



CVM te potius diuinum, sapientissime Philothee, quàm humanum experiat: aperias mihi quæso, si vtriusque gladij potestas principi apostolorum Petro collata a Christo fuerit.

PHIL. Et si grandes materias ingenia parua nō sufferant: tamen, vt tibi (mi Dydimæ) morem geram & veritatis studiosus mihi ipsi videar: spem, timoremq; omnem procul pelleres: dicam sedulo. Petrus quidem Christi vicarius in tota militanti ecclesia: omnium bonorum spiritualium, temporaliumque dominium obtinuit.

q̄d Petrus in tota militāti ecclesia fuerit Vicarius.

DY. Hęi sapientissimę Philothea? tales caueto nugas: hercle nouorum dęmoniorum denunciator, vel ab ijs, qui ex tui animi candore te admodum diligunt: appellaberis, sunt enim nonnulli, qui principum aurib. prurientes, obscenas erumpent in voces, & te falsarium, atque sacrilegum sæpius vocitabunt.

PHIL. Ridere non desinam, mi Dydimæ, cum me illi oppugnare contendent, non mihi crede, verum prophetis, euangelistis, apostolis, sanctis denique patribus, per quos paracletus omnem nos docuit verita-

veritatem, aduersari eos scito, non enim ex mei animi sententia dunta xat, hanc deprompsi normam, sed utriusq; legis monimenta ad eam nos ducunt, & rapiunt.

DY. Quæ nam monimenta? dic lodes.

PHIL. Dauiticum illud primum annotabis Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo, si ei fidem adhibendam esse censemus, Deus ipse dominus est vniuer sorum, sed Petrus: Christi uerus uicarius in terris fuit (quemadmodū in præcedenti capite concludebamus,) ideo ipse Petrus iure totius ter ræ dominium obtinuit. Audi quæso Ps. 51. versiculū, in quo regnum Messię sub nomine Salomonis Dauid ipse describit dicens, & dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumina vsque ad terminos orbis terrarum, Christus itaque, & terræ iure princeps est, at Petrus Christi vicariam potestatem exercuit, ergo maris, & terræ Dominium fuit in Petro, cui euangelij illud adstipulatur: in quo Christus ore proprio se dominum cęli & terræ nominat dicens Matt. cap. vltimo, data est mi hi potestas omnis in cœlo & in terra, Petrus autem eandem obtinuit potestatem (Vicariæ tamen, seu commissariæ) quam Christus habuit principaliter, igitur tota potestas cęli, & terrę fuit in Petro, eadem fer me conclusio ex Pauli Axiomate facile deducitur. ad Hebræos enim de Christo loquens Paulus ait cap. primo, quem constituit hæredem vniuersorū per quem fecit, & secula, hoc nempe pacto intexere possu mus, Christus fuit hæres vniuersorum. Petrus fuit vicarius Christi, relinquuntur igitur, ut fuerit hæres vniuersorū Petrus, vicariæ tamen.

Petrus verus Vicari' Christi ī terris fuit.

Dñiūm maris, & terræ ī Petro fuit.

Potestas cęli, & terræ fuit ī Petro Vicariū ısi, seu commissariç, Christus vero principaliter.

DYD. Vereor: Philotheæ efrons ne tibi penitus uidear, veruntamen pro eo, quo discendi desiderio me esse animaduertis percunctanti veniam des, patrumq; testimonia (vt soles) cumulatius in medium proferras velim.

PHIL. Non equidē efrontem sed potius bifrontem te dicā, suauissime Dydime, vsque eo ingenio polles, ut duos habere intellectus videare. En itaq; concrepantibus buccis: clamantes patres cape. in pri mis Dionysij Ariopagite dictū, ait in lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 6. quòd imperium militantis Ecclesię est monarchichū, sicut imperium ecclesiæ triunphantis. At qui in ecclesia triunphante vnus est princeps, rex regum, Deus ipse, quoniam non est bonum pluralitas principantium, sed vnus tātum debet esse princeps, iuxta philosophi sententiam. 12. metaphi. ad calcem, quod quidem ab Homero assertum esse fatemur, si igitur vnus duntaxat in tota ecclesiastica republi ca super alios præsidere debet, dic quæso Dydimæ quem esse illum ar bitraberis nisi pontificem Romanum? nō enim talis erit Imperator,

Pontifex est caput supremum.

quia

quia si duo adhuc essent Imperatores, staret utique imperium militatis ecclesiæ. Minime rex erit ille, nempe plures sunt Christianorum reges, & tamen stat Christi respublica, est igitur pontifex caput supremum, cum ecclesia duos minime patiatur pontifices.

Pontifex est caput supremum cũ ecclesia duos minime patiatur pontifices.

Hanc veritatem accuratius depromens Cyrillus Alexandrinus, in lib. Thesaurorum, Petrum omnium bonorũ spiritualium, & temporalium in ecclesiastica republica vociiat. Gregorius super illud Iob. cap. 38 nunquid nosti ordinem cœli? Ait: ordo cœli in terra ponitur, q̃a sicut unũ caput est in Ecclesia triũphante ita in ecclesia militante.

Vnũ est caput in ecclesia triũphãte, ita in ecclesia militante.

Bernardus libro tertio, considerationum ad Eugenium inquit. sicut. n. Seraphim Cherubim & cæteri ordines sunt sub uno capite Deo, ita & hic Patriarchę, archiepiscopi, & reliqui sub uno pontifice summo, ideo, puide in ecclesiastico officio diui Petri quàm pijssime cantatur, tu es pastor ouium princeps apostolorũ, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, cui sacra patrum contio adstipulata, episcopos temporalia iure possidere decernit. 12. q. 1. cap. episcopi.

Q̃uo episcopi iuris possident temporalia.

D Y. Dij boni quid audio, si isthęc, quę mihi narras, uera sunt, pontifexque iuste possidet temporalia, cur ergo tot rabiusculę scripturæ? cur tot in pontificiam potestatem hominum morsus atque latratus? Istud ocij mecum consumere velis, sapientissimæ Philotheæ.

P H I L. Qui sacras pagellas diu euoluerunt, earumq; uerba, & sensus, sępius perpenderunt, façile lucem in lumine perspexere, itaque arrige aures, mi Dydimæ, & cum euangelistæ Matthei rite verba librae ueris, perspicuam profectò cernes veritatem. Ait nempe cap. 26. Christo in horto existenti, dixisse Petrũ, domine ecce duo gladij hic. Duo illi gladij duas ostendunt potestates, spiritualem uidelicet & temporalem, vt notant Canones. 56. distin. cap. tibi Domino, & 15 q. 6. cap. alius, & cap. nos sanctorum.

Duo gladij Petri qd significent.

D Y. Audiui etiam Hieronymum, & Augustinum huic consentire interpretationi, q̃ scilicet illi duo gladij duas præseferebant potestates, sed quid tum, perdoctę Philotheæ?

P H I L. Dum Petrus euaginato gladio auriculam serui pontificis, qui dicebatur Malchus, amputasset, Christus ei vigorẽ legis nũcians dixit, conuerte gladium tuum in vaginam, in quibus uerbis duo magni ponderis misteria pensitabis, primo q̃ gladium illũ Petri esse declarauit Christus, & non alterius, dicens, conuerte gladium tuum in vaginam. Potestas itaq; temporalis Petri est, secundo q̃ illũ non abijciendum, sed in uaginam recondendum esse mandauit dominus, loco, & tempore euaginandum quod quidem Petrus ipse, magistro dictante, seruauit.

Potestas temporalis Petri est.

Ad hęc accedit, quoniam Augustinus exponens illud Psal. 44. Dilectauerunt te filiæ regum in honore tuo, apostolos omnes reges appellat, Augustino diuus adstipulatur Gregorius, qui uolentem bona ecclesiæ pie legata prauo uoluntatis studio retinere, sacrilegium committere. 6. Epistolarum lib. Epistola sexta ad sabinum, adstruit, & libro nono, Epistola 14. ad scolasticum, ecclesiam omnium bonorum episcopi esse iubet, inde sponsa, uice sponsi ait Petro, Symon Petrę antequam de terra uocarem te. principem te constitui, quapropter sancitum est. quæst. prima cap. exemplum, & cap. habeat, quòd ecclesia licite posidet facultates temporales, quæcunque sint.

Apostolos oēs reges appellat D. August.

Ecclesia licite possidet facultates temporales.

*DVBIA EMERGENTIA.*

TEmpestate nostra te theologorum theologum ingenue dicam Philotheæ, sed multa mihi in mentem ueniunt, quæ mirum in modum meum obnubilant intellectum, nisi tu pespicuam adhibeas solutionem.

DYD. An pōtifex possit tēporalia possidere.

PHIL. Incipe mi Dydimæ, nam dubitare de singulis fortasis non erit inutile.

DY. Ait ueritas. Lucę cap. 14. nisi quis renunciauerit omnibus quę posidet, non potest esse meus discipulus, ergo non est uerus Christi vicarius, qui bona posidet temporalia.

Rursus Lucæ cap. 10. inquit, nolite posidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris. pontifex non debet itaque temporalia posidere.

PHIL. Ex sentētia Augustini libro de quæstionib. Euangelij. non prohibetur effectus sed inordinatus affectus, non enim pręcipit Christus, ut omnes eius discipuli nudi uias gentium fugiāt, sed ne nimium rebus mundi afficiātur, quoniam propter inordinatum affectum bonorum temporalium multotiēs homo spernit spiritualia, exardescenteque amore terrenorum, contemnit cęlestia, nempe apostoli in Christi comitatu deferebant pecunias, ait enim Ioannes cap. 4. discipuli autem eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent, & cap. 12. asserit Iudam proditorem loculos tunc detulisse, quibus pecuniam Christo pię erogatam ad vsum seruabat.

Non. n. præcipit Christus vt oēs eius discipuli nudi uias gentium fugiant.

Quō Apostoli in cōmitatu deferebāt pecunias.

DI. Sed quid respondebimus Mattheo Euangelistæ, auctoritate Christi præcipienti, cap. 6. & dicenti, nolite cogitare de Christiano, & ulterius, nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis?

PHIL. Augustinus hoc pacto textum illum interpretatur, cū aliquid operamini, nō principaliter propter bona tēporalia illud facite, sed

Optima interpretatio D. August.

sed propter Deum, & hac de causa diuus Thomas in tertio cōtra gentiles capit. 132. & 135. Docet stultum esse omnem sollicitudinem ad quotidianum victū Deo dimittere, illud vero nolite cogitare de crastino sic interpretatus, cum operamini nolite rerum euentus cogitare, vt si aliquis uerbum Dei populo fideli prædicet, non debet cogitare de quātitate mercedis, ne amor terrenorum nimium increbrescat, ex hoc nihilominus non excluditur, quin verbi Dei concionatores, similiter, & sacerdotes missas celebrantes, & confessionem audientes, elemosinam, vnde uiuant, capere, & petere debeant, ait nempe. Paulus prima ad Corinth. cap 9.

Concionator non debet cogitare de quantitate mercedis. Quō sacerdotes missas celebrātes, elemosinā capere, & petere debent.

Si seminamus vobis spiritualia, mirū nō est si carnalia vestra metamus, & iterum, qui altari seruit exaltari uiuere debet, similiter ad Roman cap. 15. Dicit, si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent, & in carnalibus ministrare eis, & loquitur de iudæis prædicantibus verbum Dei gentilibus, obligans ipsos gentiles ad ministrandum bona temporalia ipsis prædicatoribus subministrantibus bona spiritualia, & propter vtraque hæc sanctus Thomas vbi supra, & secunda quæstione 127. quæsito quarto, securiter talem profert veritatem.

Doctrina singularis D. Thome.

DY. Atqui, Philothee, quod in actis apostolicis annotatur, meum discrutiat animum, legitur enim cap. 4. quòd omnes credentes vendebant bona sua, & pecunias proijciebant ad pedes apostolorum, quas ipsi unicuique diuidebant prout opus erat, & nihil sibi arrogabant, beneficia usque adeo nunc dirapiuntur ut canes pane abundent filij uero fāmæ pereant.

An nos teneamur ad oīa apostolorū opera implenda.

PHIL. Age bone Dydimæ illud uide, ne dubitando, magis dubitare cogaris, nam nos non tenemur ad omnia apostolorum opera implenda, nempe, si hoc esset, cum, Petrus fuerit crucifixus, quilibet pontifex crucifigi deberet, & omnes Episcopi capite truncari, sicut Paulus, seu uiui decoriari, sicut Bartholomæus cogerentur, quod quidem quilibet sanæ mentis ridiculum arbitrabitur, sed ad illa omnia implenda tenemur, quæ apostoli & euangelistę auctoritate Christi in sacris monimentis seruanda præcipiunt. Verum nullibi legimus Christum extremam hanc paupertatem sacerdotibus demandasse: quin potius ad uitæ perfectionem omnibus illis paterne consuluit. Matthæus capitulo decimonono. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ possides, & da pauperibus, & tunc ueniens sequere me. Iccirco paupertas euangelica non est contemnenda, quin potius uigilantius hæreticus est censendus, qui uoluntariam paupertatem improbans, Christi consilium spernebat, ut declarat sanctus Thomas

Paupertas Euāgelica non est cōtemnenda, ex doctrina D. Thomę.

tertio

tertio libro contra Gentiles.capitulo 131.& sacri notant canones 24. q.3.Capitulo quidam autem hęretici.Nec propterea inficiaris mi Didymæ, & mortalium auribus me prurire credas, ne utiquam asserui, nec vnquam asserendum autumarem, pauperes sacerdotes, legisque Doctores, pinguedinem panis Christi delibare non debere.

temnenda. ex doctrina D.Thomæ.

Episcopi sunt pauperum dispensatores.

At qui sacrorum canonum acrimoniam Ecclesiæ capitibus ebibendam præciperem, sancitum est, enim 12.quæstione prima capit. expedit, quòd Episcopi Ecclesiæ, sint pauperum dispensatores, & cap, nulli.§. si ergo, inhibetur, quòd nullus de rebus Ecclesiæ audeat dicere, hoc meum est.

Rursus cap.Nolo contrauenientibus. Canonica prima taxatur talis, ut de tabula clericali ignominiose deleatur. Isthæc sunt ne tibi cordi mellitissimę Didymę? In Ecclesiastica Rep.a Petro omnes Imperatores, & Reges diuino iure dependent.

A petro omnes Imperatores, & Regis diuino iure dependent.

## CAPITVLVM V.



A DEO ad cordis mei radices veritatis securim apposuisti, ut fallere nemo facile me possit, nisi tu Theologorum primas, alius quidem nemo facultatem habet decipiendi me, tibi vni credo, & crediturus sum, quare declares mihi uelim si in Ecclesiastica Republica omnes Imperatores, & Reges (diuino iure) a Petro dependeant?

DYD.

Declaratio quo in Ecclesiastica republica omnes Imperatores & Reges diui no iure a Petro depēdēt

PHIL. Tanta est mea ergate beneuolentia, atque pietas. Suauissimę Didymę ut in quouis officio pro te, cæteris satisfaciā omnibus mihi ipsi nunquam satisfaciam, itaque, ut a mea in te fide omnis absit deceptio, ueteris, ac noui Testamēti historias percurramus. Legimus in primo libro Regum capit.10. quod Samuel sacerdos Dei altissimi vnxit in Regem Israel primum Saulem filium Cis de tribu Beniamin. Rursus cap.16.idem Samuel unxit in secundum Israel Regem Dauid filium Isai Bethleamitę, & sic deinde factum est, ut ostenderetur credentibus terrenam potestatem a spirituali dependere. Dauid Psalm. 109.in spiritu appellat Messiam sacerdotem secundum ordinem Melchisedech (inquiens) tu es sacerdos, in æternum secundum ordinem Melchisedech. quod declarans Apostolus ad Hebræos capit.7. Dicit, Christum fuisse sacerdotem ignotum, velut ipsius Melchisedech, Geneologia in lege ignoratur. Eodem spiritu Zacharias appellat eundem Messiam Regē, quod notauit Matthæus cap.21. Ecce Rex tuus, venit tibi mansuetus, sed redeamus, unde uenit sermo noster, ut dicamus. Christus fuit sacerdos, & Rex. Petrus fuit Vicarius Christi, ergo, & sa-

Genealogia Melchisedech ī lege ignoratur.

& sacerdos, & Rex, quòd quidem ipsemet Petrus exprimit Epistola prima, cap. 2. Dicens. Vos estis genus electum, regale sacerd otiū, gens sancta, populus acquisitionis. Ioannis capitulo vltimo, veri tas Petro ait, pasce oues meas. Imperatores autem, & reges oues sunt Christi. Igitur eos pascere ad Petrum attinet? Quid vero, est homines pascere, nisi regendo, eos ad pascua cælestis vitæ deducere? secunda q. 7. cap. ioues & 24. q 4. cap. displicet.

Pascere imperatores, & reges ad Petrū attinet. quid sit pascere hoies nisi regēdo

D Y. Perge quæso Philothea, & quid de hoc sentiant sancti adamussim declara.

P H I L. Augustinus in primis, in sermone quodam de Apostolis. Petro & Paulo incipiente, fortis, humilis exclamans ait, o mira potentia, & ineffabilis gratia saluatoris, quis plebæum piscatorem facile crederet principem, regibus obsistere, reges sanctificare. Regibus omnibus imperare, & mundum legibus frenare? Petrus itaque (ex sententia Augustini) est sup oēs leges, & Petri lex Imperatoriæ prævalet legi. Eusebius Cæsariensis lib. 9. Ecclesiasticæ historiæ, c. 10. refertq; Cōstantinus primus religionis amantissimus. Imperatorq; Christianissimus, sacerdotalem dignitatem Imperiali diademati lōge præferebat.

Petrus quō sit sup oēs leges. Cōstātinus Imperator Christianissimus sacerdotale indignitatē imperiali diademati longe præferebat.

In libro vero, 10. idem Eusebius, c. 2. ponit, quod in concilio Niceno, residens ipse Constantinus Imperator. Epōs alloquens hanc protulit sniam, Deus uos cōstituit sacerdotes, & potestatem dedit uobis, de nobis quoq; iudicare, ideo nos a uobis rite iudicamur, uos aūt non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter uos spectat iudicium. Ei adstipulatur Beatus Cassiodorus in historia tripar. Libro secundo cap. 2. quid enim sanctius, sancti Imperatoris, ore sanciri posset, mi Didymę? Non iniuria itaque Bernardus ad Eugenium patrem regum Papam appellat, ex his omnibus Ecclesia talem deducit conclusionem 22. Dist. cap. omnes. Barto Petro vitæ æternæ clauigero, terreni simul, & Cælestis Imperij iura commisit, similiter in Extrauagant. Bonifacij octaui. suscipiente. Vnam sanctā ait Ecclesia, in hac quidem Pontificis potestate, duos gladios, spiritualem, scilicet, & temporalem Euangelicis dictis instruimur, immo quod plus est 15 q. 6. cap. alius, habemus Pontificem Romanum posse deponere reges, eorum hoc exigentibus demeritis, ubi notatur, q̄ Zacharias Pontifex deposito Rege Francorum, qui regno penitus inutilis diiudicabatur. Pipinum Caroli Patrem loco eius suffecit, & omnes nobiles a iuramento absoluit. Stephanus quoque secundus transtulit Imperium a Græcis ad Gallos in persona Caroli magni, qui cum Romanus esset, & Agros Romanos Aistulphus Longobardorum Rex inuaderet ipsum Carolum tanquam Ecclesiæ ministrum contra eum opposuit,

Cōstātinus Imperator alloquens episcopos hāc ꝓtulit sententia. Papa est pater regum. Duo gladij quid nisi cēt, nisi potestatē spiritualem; & temporalē munus est pontificis, dꝫ ponere reges.

posuit, ut notatur extra de iudic. seu elect. cap. venerabilem. Innocentius quoque quartus Federicum imperatorem priuauit in Concilio Lugduni celebrato, anno a Virginis partu. 1249. Clemens quintus pōtificiam sedem Lugduni fixit, ibique septuaginta quatuor annis Romana curia tenta est, ubi imperium inualescebat, ut notatur in clementinarum primordio. Lugduni sedem pontificiam fixit Clemens V.

Alexander Tertius imperatorem instituit Federicum Barbarussa in ciuitate inclita Venetiarum, Anno Christi 1160. vt Cronicę tradunt historiæ, At qui tempestate nostra Clemens septimus Carolum V. imperatorio Diademate Bononiæ incredibili fere hominū applausu decorando coronat, quorsum hæc respublica pateretur Ecclesiastica, nisi Petro omnia mundi regna subiicerentur. Carolus V. Imperat. à Clemēte septimo Bononiæ fuit coronatus.

## DVBIA EMERGENTIA.

SI est Monarchichum Imperiū militantis Ecclesiæ, vt asseris, Philoteæ, & pontifex, ipse Romanns, huius Imperii Monarchiam teneat, ut imperatores, & reges ab eo ipso iure dependeant, ergo Pontifices & sacerdotes eodem iure habent precium sangninis, quod utique leges prohibent. Notat nempe Moyses Deuto. capitulo 17. Summum sacerdotem non habuisse precium sanguinis, quoniam tunc erat iudex ordinarius, Crimina hominum iuste puniens, & hac de causa summus sacerdos Caiphas, principesque & Pharisei agentes in Christum, ut notat Euangelista c. 18. Pilato præsidi dicenti. Accipite eum vos, secundum legem uestram iudicate eum, responderunt. Nobis nō licet interficere quemquam. Similitet Matth. c. 20. fertur, duob. filiis Zebedei Ioanni & Iacobo dixisse Christum, sedere autem ad dexteram, & ad sinistram meam non est meum dare uobis. sed quibus paratum est a patre meo, petebant enim ipsi orante matre, ordinarium iudicium, ut tanquam iudices sederent mundum iudicantes, & nescientes quid petebant, audierunt, non uos electi estis ad hanc potestatem exercendam, sed alii, quos, s. laycos appellamus, & hæc loquitur Christus. Imperator. & Reges dependent ab ipso pontifice.

PHIL. Non ab re Dydimus ab omnibus appellaris, exacte enim dubitas verum isthuc ipsum sæpius fuisse explosum scias, quippe totius militantis Ecclesiæ imperii Pontificem Romanum Monarcham asserimus, qui idoneos debet habere ministros. Imperatores, Reges, Respublicasque dominorum temporalium, & pontifices, & sacerdotes non habent precium sanguinis, immediate, sed mediantib. Ecclesiæ ministris, quibus ipsamet Ecclesia necesse esse duxit: Pōtifex Romanus, est Monarcha totius militantis ecclesiæ.

Dominum multorum bonorum temporalium præbere,ut habentes potestatem gladii temporalis,ab hominibus timeantur, quod declarat Paulus,ad Romanos cap. 13.dicens,si autem malum feceris time, non enim sine causa gladium.

Imperium sacerdotis.

DY. Sed ex legibus aliter sancitum esse uidetur.

PHIL. Quin potius leges idipsum dicunt,mi Dydimæ.

DY. Quæ nam leges sunt hæ effare si libet.

PHI. Illam in primis notatu dignam censeo quam tu superius addixeras Deut.cap.17. præcepit legislator dicens, qui autem superbierit nolens obedire imperio sacerdotis,qui eo tempore ministrat domino Deo tuo,ex decreto iudicis moriatur homo ille. Itaque sacerdos summus imperare secundum legem Deuteronomicam,iudex uero, tam quam eius minister Crimina punire debet.

Hoc idem Apostolus innuere uidetur ad Roma.c.13. habentes potestatem gladii,minstros Dei appellans,quibus præcipit tributa a subditis præstanda esse, ob id sacri Canones monent,ut imperator Catholicus filius appelletur Ecclesiæ,non præsul,siue dominus.96.dist.c.imperator,& 17.distin.c.Ecclesię meę.imperator aduocatus,& defensor debet esse Ecclesiæ,63.distinct.cap.tibi domino,imperator debet iurare fidelitatem Papæ,& bona Ecclesiæ defendere, & rursus imperator pendet ex Papæ iudicio,non Papa ex Imperatoris sententia.

Imperator catolicus filius nuncupatur ecclesiæ.

Imperator dēt iurare fidelitatē Papæ.

## DVBIA EMERGENTIA.

TAlis fuit auctoritas Petri,& successorum in lege Euangelica qualis fuit auctoritas Aaron,& successorum in lege scripta,sed ipsi nō arrogabant sibi potestatem gladii temporalis, immo subdebantur iudicibus & regibus,patet de Aaron subdito Moysi, & iudicibus, ut habetur Exo.cap.28.& num.2 Similiter in libris regum, pontifices subdi regibus aperte legimus,pari passu itaque pontificis Ecclesiæ imperatori,& regibus subesse deberent.

Potestas sacerdotis euāgelici.

PHIL.Sacerdos euangelicus maiorem obtinet potestatem in terris quam legalis sacerdos olim obtinebat,ille enim non soluebat quemquam nec ligabat,euangelicus autem sacerdos ligat,& soluit, nedum ligatum seu solutum iudicat,summus sacerdos Euangel. Christi ueri Dei auctoritate in terris potitur,& eiusdem Vicarius re ipsa appellatur,sacerdos uero legalis non erat Dei Vicarius, hac de causa non incongrue subdebantur sacerdotes illi regibus Verum summus Pontifex,& sacerdotes euangelici a quacunque regia eximuntur potestate, quod declaret diuus Gregorius in libro tertio, epistolarum, capitu-

Sacerdos euangelicus Dei vicari⁹ appellatur.

lo 25.lib.quarto,capitulo 75.neminem sacerdotibus calumniam inferre, sed ei omnes etiam imperatores honorem præstare debere affirmans.

Pontifex,& sacerdotes, euangelici a quacunq; tegra eximuntur potestate.

DY. Age,sint hæc dicta Phylotheæ, Christus tamen se esse regem negat, Pilato nanque percunctanti an ipse Rex foret iudæorum respondit, regnum meum non est de hoc mundo. Ioan. capitu. 18. Igitur Petrus licet fuerit Christi Vicarius nullatenus rex censeri debet, minime Romani pontifices Petri successores Regio nomine gaudere deberet.

PetrusChristi Vicarius an rex cēseri debuit.

PHIL. Belle loqueris Dydimæ, uerum Christum se regem esse nunquam neg asse putes uelim, Rex regum ante luciferum genitus est ipse, unde Esaias septingentos ante annos eum uenturum præuidens capitulo nono. principem Imperatorem, & regem ipsum nominat, dicens, factus est principatus super humerum eius, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid sedebit. Zacharias autem capitulo nono, Esaie adstipulatus dicebat. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullū filius subiugalis, quod quidem uirgini matri Angelus aperuit dicens, dabit illi dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in eternum, & regni eius non erit filius. Lucæ. 1.

DY. Proinde quid sibi uolunt uerba illa. Regnum meum non est, de hoc mundo.

PHIL. Perpende quæso Dydimæ non enim dixit Christus, regnū meum non est in hoc mundo, sed nō est de hoc mundo, quod interpretatus Chrisostomus dicit, regnum meum non est more mundano acquisitum, sed rex a patre meo ab æterno genitus sum. Aliter tamen cōmuniter interpretantur Theologi. Regnum meum non est de hoc mōdo idest non ueni ad hunc mundum regio diademate coronandus, uū mihi ministretur, sed ut aliis ministrarem, at qui tunc, ut iudex, & rext ueniam, cum uidebitis filium hominis uenientem in nubibus cœli cum potestate magna, & maiestate.

Optima interpretatio horum verborum regnum meū non est, de hoc mūdo.

DY. Eo textus Euangelii meum discrutiat animum, Mat. cap. 26. nempe ibi legimus Christum præcepisse Petro eique dixisse, conuerte gladium tuum in uaginam. iccirco gladium temporalem uidetur Petrus (Christo iubente) deposuisse.

Interpretatio cōis theologorum.

PHIL. Quin potius euangelium Petrum utriusque gladii ptāte potiri aperte ostendit utique non iussit Christus gladium reiiciendum, sed in uaginā recondendum, loco & tempore aptius euaginandū, hinc satage mi Dyd. qm̄ Petrus gladiū, suum inquam, non alterius, in uaginā reposuit, nō in terrā proiecit, vtrinq; vibrandū necessitate ingruēte.

gladiū in vaginā recōdedum qd sign ficeiau hoc demōstrat.

DY. Cur itaque in sacris decretis 96. dist. c. Cōstantinus notatur.

 Con-

Quomodo ecclesia fuerit tota a Cōstantino

Constantinum ipsum primum Imperatorem pissimum, dotasse Ecclesiam,& Beato Syluestro coronam pontificiam concessisse.

PHIL. Non nihil est quod dicis, verum duo illa accipe documēta digna solertia tua,primum quidem,q̄m textus ille in cap.Constātinus palea nuncupatur,& ferè nulla ei præstat̄ auctoritas, qua propter frustra Vallam laborasse autumamus, donationē Constantini nullius esse roboris cōprobare nitentem.Secundum ponimus documentū tale. Constantinus Nihil donauit. Ecclesiæ sed tanquam primus ipsius minister cessit ei Romam, insuper Beato Syluestro patefecit ipse, ꝙ nobiliorem,& ditiorem deferre debuisset mitram, & tali vsus est idē Constantinus cessione,quali filius,patri indigenti pie vti solet.

DY. Ne te pigeat laboris sapientissimę.Phylotheæ,hoc unū præceteris,mihi declares uelim,prima Can.cap.2.Petrus regem appellat Dominum pręcellentē,dicens.Subiecti estote omni creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præcellenti,itidem Paulus ad Rom. capit.13. Omnis anima potestatibus, sublimioribus subdita sit. Pontifex itaq; non est præcellens in Ecclesiastica monarchia.

An pōtifex sit præcellens in ecclesiastica monarchia

PHIL. Si te diligam,tute cogita Didymæ, quamobrem habeto. Imperatores,& Rēges ministros esse Ecclesiæ primos, quibus pōtifex ipse Romanus,gladij potestatem iure committit,qua de causa omnes quos laicos appellant,eorum ditioni ortodoxa subdit. Ecclesia,superioritatē tū in se retinens,qđ sacri notāt.Can.10.dist.c. constitutiones principum, contra Can.& decreta pręsulū Rom.nullius sint momētī.

Christus Tiberio Cæsari annuum soluebat didragmatis censum.cur Christus soluit tributū.

DY. Et tamen Christus ipse Tiberio Cæsari, annuum soluebat didragmatis censum. Ait enim Math.cap.17.Exactorem quenadam Petro dixisse Capharnaum. Magister uester nō soluit didragma hoc anno, tunc magister ipse Christus misit Petrum Piscatum, ut piscis primi quem caperet, aperiret os,inuentumque staterem solueret tributum.Rursus Matth.capit.22. Præcipiens Christus dicit. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo. At quot satius est,sedes ipsa apostolica Imperatori persoluit tributum, vt sacri adstruunt Canones 23.q.8. Cap. Conuenior,& capit. Tributa.

Licet Christus soluerit tributū, hoc fecit ad euitandum scandalum.

PHIL. Licet tributū exoluerit Christus, hoc ipso iure requirente non est effectum,sed ad euitandū scandalum (vt Euangelica series ibi aperit) mi Didymę.Ait nempe Euang.Mat.Christū dixisse Petro.Petre Reges gentiū a quibus accipiunt tributū, a filiis an ab alienis? Ergo liberi sunt filij, ac si aperte diceret. Ego sum filiis regis regum per naturam,cui cœlum,mare,tellus,& omnia inseruiunt,liber ergo sum, tamen ne scandalizemus eos,mite hamum, & capti piscis ore reserato,inuenies staterem solue pro me,& pro te.Capis ne mi Didyme?

DY.

DYD. Capio sapientissimę Philotheæ, sed libenter discerem abs te, cur sedes ipsa Romana Cæsari tributum exoluit, si omnia (ut asserit) iure sua sunt?

*Cur sedes ipsa Romana Cæsari tributũ exsoluit.*

PHIL. Dixi tamen audisti, quod imperator primus ecclesię minister appellatur, qui ipsam ab omni tyranica incursione tueri gladio sibi concesso tenetur, quod inscribitur. 92. dist. c. ecclesię meę, eo pacto quod (nullo iure compellente) Romana sedes ei tributum tanquam legitimo filio: primoq; ministro porrigat, ut cęteri exẽplo sui, sublimiorib. potestatibus censum, & tributa, Christo mandante soluere debeant.

DY. Quid tunc Paulo dicemus quove ipse regendus est pallio? Nempe in actis Apo. legimus c. 25. dum Paulus ipse coram phesto præfecto male tractaretur, appellauit ad Cesarem ergo Paulus Cæsarem esse monarcham uerbis, & factis fateri ostendit.

*Quõ Paulus Cæsarẽ esse monarchã ostendit.*

PHIL. Tuam demiror dubitatiunculã, dulcis Dydinię, ad quem nãq; iudicem appellare debuit Paulus, nisi ad eum, quem ipsi monarcham arbitrabatur? Cui nam iniurijs, minis, verberibus, & plagis se acersitum cõqueri debuit? Euangelica cathedra tunc nullius ualoris apud eos reputabatur, quin eã euertere totis nitebantur uiribus.

DY. Arbitror profecto te doctissimę Pilotheæ, nodum Alexandri facile exoluisse, tanta solertia polles. & doctrina effulgẽs, dic quæso, cur Christus se iudicem, & hæreditatis diuisorem abnegat Luc. c. 10. scribitur quendam dixisse Christo, magister. dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem, cui ipse respondit, O homo quis me constituit iudicem, & diuisorẽ inter uos? & nullatenus in his se uoluit immiscere, Canones uero Papam iudicem uniuersalem uocitant. 2. q. 6. capit. ideo, & quæst. 3. cap. conquęstus.

*Cur Christus se iudicem, & hæreditatis diuisorẽ ab negauit.*

PHIL. Filius hominis in primo aduentu nõ venit vt iudex, sed vt minister, ait. n. Pau. ad Ro. c. 15. Dico aũt, Christum fuisse ministrum circuncisionis propter veritatem Dei ad euacuãdas promissiones patrum, & quoniam iudex est re ipsa uiuorum, & mortuorum, dimisit vicarium, qui in terris iudicij vniuersalis munere fungeretur.

DYD. Verum enimuero Christus iterum ad montem fugit, dum populus ipsum regem appellabat, cumque regiam potestatem exercere volebat, vt ex Euang. Io. 6. cap aperte liquet.

PHI. Rex, & Dñs oĩum rerũ uisibiliũ, & inuisibiliũ erat Christus, ait utiq; Mat. c. 10. Data est mihi oĩs ptãs in cęlo, & in terra, nihilominus nõ venerat, ut regno gauderet in terris, q̃a filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare, & dare aĩam suã in redemptionẽ multorũ.

*Rex & dominus omnium erat Christus.*

DY. Vlterius nõ progrediar Philotheæ, ingens quidẽ & perspicua tuã minerua est, sed diuus Bernardus scribẽs ad Eugeniũ eũ dominã-

di potestatem non habere declarat. Dicens Apostolis interdicitur dominatus, cur eum tibi vsurpare audes, igitur Pontifex Romanus Petri successor non gaudet utriusque gladij potestate.

Apostolis interdicitur dominatus.

PHIL. Suadeas tibi velim suauissime Dydime, Romanum Pontificem in tota ecclesiastica republica iure diuino compellente, esse Monarcham, qui tamen immediate gladii tēporalis potestates potiri nō debet. conclamatum est enim superius, precium sanguinis eos non habere. Non iniuria itaque Dei amicus Bernardus Euge. omnem potestatem sibi vsurpare nitentem ex charitatis feruore castigat, ac si diceret, Beatissimæ pater. habeas quæso idoneos ecclesiæ ministros, per quos uniuerso præsideas orbi, habes ne bone Dydimæ.

DY. Habeo perdocte Philotheæ, at qui libenter audirem abste Doctorum scolasticorum armonia.

D.Thomas & Scotus in tota Christiana Republica, monarchā summū appellant pontificem.

PHIL. Audi itaque, dulcissime Dydime, & inscriptorum concordia rei neritatem metire. Sanctus Doctor secunda secundæ q. 100. articu. primo in tota Christiana republica Monarcham summum appellat Pontificem, huic adstipulatur doctor Scotus, ut refert illuminatus Frā ciscus de Maironis in li. quoli. quæstione undecima, in qua petit more scolastico, utrum principatus Regni Siciliæ ex hoc sit nobilior, quia sub esset ecclesiæ. Quem idem Franciscus rationabiliter insectatur. Quod quidem hac suadendum ratione cæteris omissis autumamus, quoniā imperatoris electores septem, tres complectuntur clericos, quatuor vero layeos clerici sunt Maguntinus, Treuerensis, & Coloniensis. Laici autem Comes Rheni, Dux Saxoniæ Marchio Brandiburgi, & rex Boemiæ, quibus ius eligendi Lapa Gregorius quintus natione Saxonus cō cessit anno Christi C.M.XCIIII. extra de electio. capitulo vener.

Imperatoris electores septē tres cōplectuntur clericos.

DY. Si forte duo simul in Imperio militantis ecclesiæ essent summi Pontif. quid mali Reip. Christianæ eueniret, pareret ne scisma talis dualitas Philotheæ.

An possint esse plures pontifices.

PHI. Hæc quidem facile tu scies ipse, si patrum, annalia percures.

DY. Quæ nam sunt illa, dic quæso.

PHIL. Hi decurrentibus annis ante hac antipapæ fuerunt, arrige aures Dedime, tempore Cornelii Beatissimi, antipapa Nouatianus extitit primus.

Patrum annalia.

Tempore Gregorii Quinti: antipapa Ioannes Decimusseptimus.

Regente ecclesiam Dei, Stephano Nono antipapa, Benedictus Decimus.

Tempore Alexan. Secundi antipapa Gadolus Longobardus.

Regente ecclesiam Cregorio Septimo antipapa Gilbertus.

Tempore Innocentii Secundi, Antipapa Petrus Romanus dictus Ana-

Anacletus, Imperante Federico Barbarussa.

Et regente Ecclesiam Dei Alexandro tertio, tres Antipapa successi ue fuerunt, uidelicet Paschalis, Callistus, & Innocentius,

Anno a Virginis partu, 1378. Duo Papę Diuersimode a Cardinali bus electi, in cathedra, non mediocri scisinate residebat, uidelicet. Vr banus Sextus, & Clemẽs, cui Septimo indita est appellatio. Verum Vr bano Romæ residenti, Italia, Alemania, & Pannonia obedientiam prę stabant, Clementi autem, Gallia Hispania Cathelonia Britania adhæ rebant, qui Auinioni sedem fixit, & pæstiferum hoc scisma per trigin ta, & nouen Innoleuit annos, usque ad Canonicam, & concordem ele ctionem Beatissimi patris Alexãdri qui antea Petrus de Cãdia dictus, insigni Doctoratus Aureola insignitus, frater minor fuerat.

Duo Papæ diuersimode a Cardinalibus electi.

Pestiferum scisma p tri ginta & no uem annos in noleuit.

Alexander V. dictus Petrus de Cãdia ordinis minorum.

DY. Eia Philothea, & si longa tempestate Cathedra Euangelica duos passa est Pontifices, ex hoc profecto non est dirruta, minimeque collapsa.

PHIL. Insanirem hercle, ni animi tui candorem re ipsa expertus essem. Euangelica Cathedra cadere ex toto nequibat, ait.n. veritas Lu. c.22. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua, & Matth. cap. ultimo. Ecce vobiscum sum usque ad consumationem seculi, at qui pe stiferum increbrescebat scisma, & Petri nauicula marinis fluctibus agi tata, tota Christiana respublica labefactari cernebatur. Hæc fuit ma nus domini antipapam grauiter percutiens vsque dum vna Christi Ec clesia uno gauderet pastore, atque rectore.

Petri nauicula Marinis fluctib. agitata.

## PONTIFEX ROMANVS PETRI successor, & Christi Vicarius diuino iure appellatur. Cap. VI.



MNIA me tua delectant doctissimæ Philotheæ, sed maxime cum maxima fide amicitia, consilium, grauitas Constantia, humanitas, doctrineque lepos, quapropter rediens nunc ad familiare colloquium problema hoc di scutias precor, an pontifex Romanus Petri successor, & Christi Vicarius sit censendus.

An pōtifex Roman. Petri successor & Christi Vicarius sit censendus.

PHIL. Hoc tibi iure semper cognoui, mi Dydime, omnem tuam rei adhibere industriam, ut quam familiarissimus mihi fores, proinde quoq; mei pectoris arcana tibi committere iam decreueram, qua pro pter Episcopum Romanum Christi Vicarium, & Petri successorem cen endum assero.

DYD. Ex tui animi sententia hæc effaris ne, an ex sacris col-

legeris scripturis, quam libentissime ex te audirem.

Ecclesia est ipsa synagoga præstantior.

PHIL. Communi concordia omnes dicunt ecclesiam longe præstantiorem esse ipsa Synagoga, Synagoga namque vmbra, ecclesia uero lux a Paulo appellatur, Synagogam sub peccati iugo, ecclesiam sub gratiæ lenitate, idem Paulus adscribit Synagoga a Deo mediante homine: ecclesia ab ipso Deo immediate, originem traxit. At qui Synagoga summum pontificem, & decurrentibus annis eius successorem, Deo mandante, sortita est. Igitur Ecclesia summum pontificem, & successores obtinuisse debuit.

DYD. Vbinam lex Moysis summum pontificem, & successores describit.

sacerdos summus generis leuitici & sacerdotes synagoge.

PHILOT. Exodi ac. capitulo decimooctauo, & Leuiti. capitulo octauo, præcepit, Dominus Moysi vt Aaron germanum suum de Tribu Leui. mundus lotum aquis, in summum sacerdotem uestiret, cui filii Leui in ministerio sacerdotali deseruirent, iccirco infert textus. iste est sermo quem iussit dominus fieri. Statimque obtulit Aaron & filios eius, cumque lauisset eos statim vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum Balteo, & induens eum tunica iacintina, cidari quoque texit caput, & super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei dominus, filiosque eius consecratos obtulit uestiuitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras sicut præceperat dominus. En habes leuitici generis sacerdotem summum, habesq; sacerdotes Synagogæ.

DYD. Enim uero summi sacerdotis successores non uideo, adaperias quæso.

Summi sacerdotes successores.

PHIL. Lege Num cap. 20. ibique reperies, dum esset in planitie montis Hor. populus Israel ad fines Idumeæ, graui infirmitate summus sacerdos Aaron præmebatur, tunc dominus aduocato Moisi dixit, tolle Aaron & filium eius cum eo, & duc eos in montem Hor. cumque nudaueris patrem ueste sua, indues Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi, quod factum est ut statim Moises Deo obediens Eleazarum in summum Pontificem, Aaron patre uiuente populo fideli adorandum præstiterit. Eleazaro Phinees altissimi sacerdos successit, post quem Pontificia potitur dignitate Abisua, quem sequitur Booz: cui sufficitur Ozus summus pontifex. hunc non mediocriter laudandum ritum obseruasse hebræos. Iosephus asserit, usque ad illustrem Valerium Romanum, qui anno primo Imperii Tiberii Cæsaris procuratorio nomine magistratum adeptus: pontificatum uenalem annuatim exhibuit, quod quidem Euangelista ita innuere uidetur,

tur, cum dicit capitulo duodecimo, Hoc autem Caiphas a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit successionem in pontificib. intellextin. Dydimæ.

DY. Intellexi per doctæ Philotheæ, ast pontificiam successionem in cathedra Euangelica, ex Euangelio libenter audirem.

PHIL. En liquido ex Euangelio successionem hanc pontificiam si uoles, cernes, Marci, capit. decimotertio. Ait ueritas, quod uni dico itidem Matth. capit. ultimo, cęterum policitus discipulorum fautorem inquit, ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem seculi. Nostrum perstringamus sermonem hoc pacto, quod uni pastori dixit, omnibus dixisse fatetur Christus, sed Petro dixit pasce oues meas. Io. capit. vltimo, igitur omnibus Ecclesiæ pastoribus oues pascendas commisit, consimiliter se nobiscum permansurum ad fines seculorum spopondit, non quidem corporali specie ab omnibus cernendum, ergo authoritate sua pontifici collata, omnes itaque in cathedra euangelica sedentes eadem potiuntur ptāte, qua Petrus ipse potitus est, hicicirco beatus Clemens qui fuit Pauli auditor, una cum beato lino in urbe, vt Eusebius asserit lib. 3. Ecclesi. historiæ capit. 23. Et Clemens in epistola octaua, ad Iacobum Hierosolimitanę Ecclesiæ Episcopum scribit, quod Petrus terminum suæ uitæ imminere præuidens Romæ, omnes Ecclesiæ sacerdotes congregauit, & Clementem pontificem sibi successorem instituit, cui in cathedra pontificia residenti, omnes obedientiam, & reuerentiam præstare, Christo iubente, mandauit. Clemens uero incredibili fere timore correptus, & non medioeri perfusus uerecundia. pontificiam abnuit potestatem, ut ipse de semetipso ibidem testimonium peribet, at Petro mortuo se indignum pontificem arbitratus infulam pontificiam humiliter abnuit, unde eius loco Linus suffectus est, qui dicitur anacletus secundum Eusebium. Lino successit Cletus post quem rursus Clemens ipse pontificiam adeptus dignitatem. Clementi successit Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphorus, Thelesphoro Iginus, Igino Pius, Pio Annicetus. Anniceto Soter, & hanc successionis normam, spiritu sancto dictante, Catholica seruauit Ecclesia usque ad Paulum Tertium, pontificem maximum, qui tempestate nostra Ecclesiasticæ Reipublicæ, diuino munere præest.

Successio pontificia.

Petro, & oībus pastoribus, oues pascendas

Christi cōmi it.

Eadē potestate qua Petris potitu est, in cathedra euangelica sedentes potiunt.

DY. Suauissima mihi sunt tua uerba, doctissimæ Pphilotheæ, quare perge quæso, effare ne sileas precor.

PHIL. Quid multis moror, non ne Pau. ad Ephe. cap. 4. Hanc ipsam ueritatem palam depromit. Diuersa officia ingremio Ecclesię hominibus, a Christo collata exprimens dicit, & ipse dedit quosdam

qui-

quidem apostolos, quosdam vero prophetas, alios autem Euangelistas, alios pastores & doctores ad cõsumationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Dei filij in virum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi ex quibus verbis tria notatu digna deligere possumus, primum Augustinus ad Paulinum exposuit dicens, apostolus pastores appellat doctores, quoniam fideles ipsi edocere tenentur, secundum. Notatu dignum erit, quia Paulus assignat finem talis institutionis, in eo quod dicit, ad consumationem sanctorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi (hoc est dictum) instituit Deus ipse apostolos, prophetas, euangelistas, pastoresque & doctores, ut numerus electorum compleretur, & misticum corpus Christi, quod est ecclesia ædificaretur. Deinde in quo satagendum admodum putamus est illud, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ac si aperte diceret talis institutio ad fines seculorum perdurabit, in quibus oẽs nos vniti in fide, & visione Iesu Christi filij Dei a mortuis resurgemus reassumptis corporibus in forma perfecta, iuxta mensuram annorum, quos Christus in hac uita expleuit. Igitur apostolus ipse pontificum successionẽ ad fines seculorum duraturam liquido declarat, nec aliter sentiendũ cuiquàm fideli suaderem. Nam veritas dicit Luc. c. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua. Vnus itaq;, qui Petri fidem, & sedem teneat in ecclesiastica republica, iure extrahit vsque ad diem nouissimum.

*Tria notatu digna. Primum. Secũdum. Tertium. Quid firmi sticum corpus Christi.*

DYD. Patres, qui sacras delibarunt scripturas, Euangelicum hoc dogma in dubium reuocauerunt, an illud pro certo in suis dictis affirmarunt?

*Cõmunis opinio.*

PHIL. Nonnullas doctorum (quos sacros appellamus) scripturas perlegi, quos omnes concordi spiramine huic attestari veritati satis compertum habeo.

DYD. Qui nam? Dic sodes Philothea.

PHIL. Aug. ait super Ioannem tract. 124. dum Petrus claues accepit sanctam Ecclesiam significauit; quia non tantum pro se, sed pro omnibus successoribus vsq; ad finem seculi accepit. Hiero. ad Damasum dicit, cum successore piscatoris loquor. En Damasum pontificem Petri successorem vocitat. diuus Hier. Qui ibidem Papam alloquens ait, hæc est fides beatissime Papa, quam semper in catholica Ecclesia didicimus & tenuimus in qua si aliquid parum caute aut minus perite dictum est, emendari a te cupimus, qui Petri fidem, & sedem tenes. Origenes exponens illud Matt. cap. 16. Quodcunque ligaueris super

*Pontifex est successor Petri.*

terram:

terram: episcopum Romanum Christi vicar. esse asserit, & locum eius in terris tenere ponit. Hilarius li. 7. De trinitate, de Romana loquens Ecclesia inquit, hoc quippe ecclesię propriũ est, dum opponitur crescit, dum contemnitur proficit, dum arguitur intelligit, tunc denique stat, cum superari uidetur. Chrisostomus illam particulam Euãgelij Matth. cap. 18. (Dic ecclesiæ) interpretari intendens ait, qui præest ecclesiæ totam continet ecclesiam in potestate, ob id vero qui summo pontifici aliquod denuntiat crimen, ecclesiæ toti illud patefacit. Ignatius mar. Io. Euangelistæ discipulus, & Constantinopolitanus patriarcha, in epistola ad Adrianũ, quæ lecta & recepta fuit in octaua sinodo ponens illas beatas uoces, quas Christus in Petrum fudit, Matt. c. 16. Tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam inquit tales enim beatus uoces, non solum apostolorum principi Petro circunscripsit & diffiniuit sed per eum, & ad omnes, qui post illum efficiendi erant summi pastores, & diuinissimi sacri pontifices & seniores Romæ transmittit, Bernardus ad Eugenium, auctoritatem pontificiam a principe Romano non sibi vsurpatam, sed a Christo ei collatam adstruit. Eusebius Cęsariensis. lib. 5. ecclesiasticæ historiæ. cap. 6. Nonnullorum pontificum nomina recensens, successionem pontificalis dignitatis perspicue patefecit: In concilio Constantiensi. Ioan. Hus conuictus, & damnatus fuit, qui a pontifice Romano vicariam auferebat potestatem, nec non in ei Palinodiam Aeneas ille Sylnius qui fuit Pius secundus libellum de hæresi Boemica per belle edidit. In monimentis concilij Calcedouensis hęc adnotantur, siquis episcopus prędicatur infamis liberam habeat potestatem appellandi ad beatissimũ episcopũ antiquę Romæ, quē habemus Petrum petrã refugij, secundum claues a Domino sibi datas. In Synodo Constantinopolitana patres dixere. Veneramur secundum scripturas, & canonum definitiones sanctissimum antiquę Romæ episcopum primum, & maximum episcoporum. Id ipsum sacri notãt Canones. 3. q. 5. c. dudum, & dist. 22. cap. sacrosancta addentes ecclesiam Romanam reginam esse omnium ecclesiarum. In extrauag. Io. 22. Marsilius de Padua iure damnatur, qui orthodoxę ecclesiæ Romanæ rebellis, pontificiam potestatem nullam esse in suis scripturis temere asseruit, totamque fere legem conspurcauit.

Expositio ex origenes horum verborum, qdcunq; ligaueris.

Expositio sup illa verba, dic ecclesię.

Auctoritas põtificia est a Christo collata.

Põtifex est primus, & maximus episcoporũ.

Marsilius a Padua rebellas ecclesiæ.

## DVBIA EMERGENTIA.

D Y D. Moriar potius Philothea, quàm tua unquam prætercam vestigia, verum nonnulli veritatem mihi obnubilant Petrum nullatenus Romæ fuisse asserentes.

PHIL.

PHIL. Perpende mi Dydimę,& quę scripta sunt rimare, Petrum Romæ degisse amplius non dubites.

DY. Faxit Deus, ut eos gannientes,& mendaces assidue vocitem.

PHIL. Non me fugit profecto quendam Sophistarum præceptorem Gulielmum cognomine Ocham dormientes in hoc excitasse; sed vide quæso Dydimæ.

Guilielmus Ocham sophistarum præceptor.

Petrus ipse prima Cano. capit. 5. ad calcem ait, salutat vos ecclesia quæ est in Babylone, Petrum autem in Babylone nunquàm fuisse nemo ex qui ambigat. Nomine itaque Babylonis. Romam notauit, nec ex animi mei sententia id dictum putes velim, quoniam cum uenerabili Beda illud Petri dictum sic interpretanti diuus Hieronymus de viris illustribus,& Eusebius Cęsariensis in li. Ecclesiasticæ historiæ capit. 15. Consentire uidetur a quibus minime dissentit Amb. in Epistola contra Auxentium de Basilicis tradēdis, asserens Petrum in Cathe. Euang. Romæ diu resedisse.

Petrus. diu resedit Romæ.

DY. Quoto nāq; anno ministerij cursum Romæ Petrus expleuit?

PHIL. Diuus Hiero. in lib. de uiris illustribus & Euse. Cęsariensis. li. 2. ecclesiasticæ historiæ. cap. 14. aiunt Petrum Romam ex antiochia ad expugnandum Simonem magunse recepisse anno. 2. Imperij Cladij quinti Romani Imperatoris, ibique cathedram pontificiam. 25. annis tenuisse, vsque ad vltimum Neronis annum. 14. Cuius iussu capite deorsum Cruci est affixus (ut in dilucidatione. 3. capit. conclusum est) indignum arbitratus seruū ad instar domini crucis subire tormentum, isthuc ipsum sacra notant decreta. 24. quæstio. prima, cap. rogamus ex sententia beati Marcelli.

D. Hieronymus & Eusebius Petrū 25. ann. cathedram pōtificiā tenuisse dnt.

DY D. Hem Philotheæ, audi quid mihi denuo in mentem uenit, Aaron Dei altissimi sacerdos summus signo sensibili sacerdotalē adeptus est dignitatem (virga. s. eius frondente) li. Num cap. 17. pari passu Petrus ouiū & agnorū pastor sensibili uoce Christi instituitus Math. cap. 16. & Io. cap. vltimo, at pontifex Romanus a dominis Cardinalibus pro uoto eligitur. igitur talis electio non est censenda canonica, neque episcopus Romanus Petri successor recte iudicandus.

PHIL. Vtroque iure sancitum est, mi Dydimæ. Episcopi Romani electionem ab hominib. fiendam, diuino scilicet & Canonico: Pau. enim ad Hebr. cap 5. ait, omnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominib. constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona,& sacrificia pro peccatis, quem sancta patrum sanctio immitata est ęctaua, quæst. 1. cap. apostolica, & 79. dist. cap. electionem, nec iniuria, ędepol id factum esse puto, quoniam, licet Aaron signo sensibili sit electus in summum sacerdotem, cæteri tamen nullo stante signo

A quo electio pontificis Romani, fit facunda.

gno successere, similiter Petrus Christi sensibili voce electus est. successores aũt ab hominib. diuina prouidentia nominantur, & instituunt.

DY. In sacris notatur decretũ. 8. q 1. c. si Petrus, & accuratius in Epist. 8. beati Clementis ad Iacobum fratrem domini episcopum Hierosolimitanum. ꝙ Petrus adhuc uiuens Clemẽtem episcopum Christo iubente, sibi successorem deligit, igitur quilibet põtifex (ut Petrus fecit) successorem adhuc ipse viuens eligere deberet.

PHIL. Et si Petrus successorem sibi elegit Clemẽtẽ, talis electio annuente Romana ecclesia facta est. Nam Petrus ipse totam aduocauit ecclesiam, quæ Romę tunc degebat, pręterea necessarium esse, successorem deligere sibi Christus Petro declarauit, tũ quia dies eius imminebat extremus, tum quoniam tyranica in ecclesia increscebat persecutio, quamobrem ecclesia prouide statuit, ut nullus deinde pontifex successorem sibi deligere quæat. 8. q. 1. cap. apostolica. non tamen aut Christo aut Petro repugnat. Nullus pontifex põt deligere successorem.

## QVOD DIGNITAS CARDINIS IN *Ecclesiastica Republica sit de iure diuino. Cap. VII.*

QVANTVM memoria tenere possum, nemo est mihi te amicus antiquior, & licet Philotheæ vetustas quid cõe cum multis habeat, amor tamen non habet, cum itaq; quo die me cognoueris semper a te diligi aperte ipse norim. Reor mea ęloquia tibi ex animi tui candore nullam molestiam allatura. Idcirco aperias mihi velim an Cardinea dignitas diuino iure in ecclesiastica politia primum sibi uendicet locum vel gradum?

PHI. Tam dulcis est amicitiæ nódus, tanq; suauia eius vincula mi Dydime, ut oĩa q̃ sibi aliquis velit cordis serenitate amico petenti (si honesta sunt) nõ deneget, ob id mellitissimis percunctationib. tuis alacri corde, hilariq; fonte tibi respõdeo, dignitatẽ Cardineam in Euangelica politia primum post summum obtinere gradum. Dignitas cardinea post summum pontificem primum optinet gradũ.

DY. Ex te ipso hanc coniectas veritatem Philotheæ, an sacris ex legibus ipsam depromis?

PHIL. In euangelica institutione velut hesperus inter stellas, hęc eadem elucescit ueritas.

DYD. Arbitror quidem ligone te indigere ferreo, ut Cardinalis nomen, ex Euangelio suffodias. Eya itaque unde talem uenatus es dignitatem, pandas quæso.

PHIL. Perpendas uolo mi Dydimæ, apostolorum genera fuisse duo, quidam. n. assidue Christum committabantur, eiq; opera patris operanti fere semper assistebãt, & hi numero duodeno perstringunt, Nomẽ cardinalis hic ostenditur.

quod

quod quidẽ nõ abre adnotarunt. Mat.c.26. Mar.14.& Lu.22 & Io.13. de quib.dr̃.Lu.22.vos estis qui permansistis mecũ intentationib. Alij vero Euang.sortientes Symbolũ,designati sunt in oẽm ciuitatẽ,& locũ quo Christus esset venturus,bini verbũ Dei euangelizantes,& hi septuaginta duo connumerant in Euangelio.Lu.c.10. Designauit dñs, & alios septuaginta duos,& misit illos binos ante faciẽ suã in oẽm ciuitatẽ,& locũ quo ipse erat venturus,quib.ipse dicebat.Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos,quos oẽs ministros Christi,& dispensatores ministeriorũ Dei prima ad Cor.c.4.Pa.appellat dicens, sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, nolo tñ ob id credas me dixisse duodecim Apostolos assessores duntaxat fuisse & Regnũ Dei nõ euãgelizasse.Nam utrunq;(Christo iubente)exercuere officiũ.Pau.nãq; de ipsis loquens apostolis ad Ro.c.10.Dauidis proph.Ps.18.ĩterpretatus,ait in oẽm terrã exiuit sonus eorũ,& fines orbis terræ verba eorũ.Petrus ãt ĩ actis apo.c.6.clara voce dicebat,nõ ẽ æquũ nos derelĩquere uerbũ Dei,& ministrare mẽsis.

Episcopi septuaginta duobus succedũt discipulis & cardinales duodecim Apostolis.

DY. In hoc ędepol minime ambigebã, cum ex pdeclaratis te illaturum putarẽ, q epi septuaginta duob.succedant discipulis,cardinales vero duodecim apostolis,& eorum officio,& loco potiuntur,quã quidem sententiam neutiquàm te dignam iudicarem, quoniam.21.dist.c.in nouo,& 35.dist. cap. ecclesiæ,notatur,qualiter episcopi succedunt duodecim Apostolis sacerdotes vero simplices vices septuaginta duorum obtinent apostolorum.

PHIL. Belle loqueris mi Dydimę,verũ me scias scire,diuũ Hier. in exposi.Ps.54.ad versiculũ illum(pro patrib.tuis nati sunt tibi filij) episcopos succedere apostolis (qđ iamiam dicebas) amplę asseruisse.

D Y. Cur igitur Cardinalib.dignitatem diuino iure ecclesiasticis esse collatam melito ore adstruis Philotheæ?

PHIL. Quid ni bone Dydimæ? nonne Cardinales ipsi episcopi sunt, uel saltem præsbyteri aut Diaconi quosquidem gradus in gremio ecclesiæ diuina iura asignant.

D Y. En perdoctę Philothęę,rimare meam dubitationem,vt scopum rei(quemadmodum soles)tangas.

PHIL. Age,dic sodes,expromas dubium.

Syluester beatissim⁹ cardinales Papę collaterales appellauit.

D Y. Prima q.2.c.præsul,sacra patrũ decreta ponunt, q Syluester beatissimus trigesimusquartus Romanę ecclesiæ pontifex collaterales ministros dñi Papæ primus Cardinales appellauit. Nonnulli vero arbitrantur, q beatus Pontianus vir Romanus,omniq; uirtute decorus decimusnonus vrbis pontifex, isthuc ipsum prius effecerit, igitur dignitas hæc Cardinalis positiuo duntaxat iure,nobis tradita est.

PHIL.

PHI. Cardinis dignitatẽ bifariam intelligere quimus bone Dydime, vel quantũ ad nomen & sic nullatenus de iure diuino talis dignitas est censenda, nẽpe superius dictũ est, ꝙ qui prius Dñi Papæ assessores seu collaterales dicebant, a beato Pontiano seu Syluestro Cardines nõcupati fuere, alio modo quantũ ad rẽ ipsam & sic dignitas hæc Cardinis est de iure diuino, uelut sacerdotiũ ipsum. Nam uterq; summus sacerdos legalis, & euangelicus tales collaterales (quos Cardinales uocamus) lege ipsa decernente, in primeuo sacerdotij ortu habebat, Aaron aũt sacerdotes leuitici generis, necnõ eleazarum Ithamer & filios assessores, & ministros obtinuit. Leuiti. c. 8. & c. 10 Petrus uero linum, clerum, clementem, quib. seipsum, & ecclesiam credebat in Christo ut in epistola octaua clementis palam depromitur.

Cardinis dignitas duobus modis intelligit.

Dignitas hæc cardinalis, est de iure diuino.

DY. En uafra uerba, inaudita audio quidẽ, arbitror. n. nulum unq̃ hominũ isthęc tam expolita tamq; uera aut descripsisse, aut uoce protulisse, sed quæso, cur Cardinales eos appellant, & unde hoc nomen venata est ecclesia?

PHI. Nominum metaphorã, seu translationẽ Philo. 6. Topicorũ nos facere edocet dicens oẽs transferentes ꝯm aliquam similitudiem transferunt, & qm̃ sicut hostium uoluitur in cardine (prouerbiorum. c. 26.) ita ecclesia Christi Quę est hostiũ ęternę uitæ. Io. c. 10. eorũ consilio a beatissimo regit̃ Papa, iccirco Cardinales. i. principales in euãgelica cathedra ipsos appellamus. Et nomen ex moralib. extractũ esse opinor. Phi. n 5. 2. 6. ethicorũ quator uirtutes, quæ in humana subiectant, uolũtate, iustitiã. s. Fortitudinẽ, temperantiã, atq; prudentiam; cardinales uirtutes rite nominat, q̃a hæ principales uirtutes suapte natura dirigunt hominis apetitũ seu uoluntatẽ ad ea oĩa, quæ appetident in ordine ad se, & ad alterum (quod est dictũ) reddunt hominem rectum erga seipsum, & proximum Tu aũt, bone Dydime si mea uerba rite librraueris, correctione digna ea non deprehendes, perpende q̃ so qm̃ Philo. in solo, & nudo lumine naturæ de ueritate diseruit, at nos super illustrante lumine effamur. Quare, Deo maximo maxime debemus, iccirco in lumine ipso naturę Philippũ laude dignũ arbitramur, simpliciter uero, & absolutę ipse meritur, ait. n. Pau prima ad Timo. c. j. finis pcepti est charitas de corde puro cõsciã bona, & fide nõ ficta, ad Ro. c. 13. finis legis est dilectio, itidẽ ad Hebr. c. 11. sine fide impossibile est placere Deo, & rursus ad Ro. c. 8. spe. n. salui facti sumus.

Cur cardinales appellantur.

quatuor virtutes q̃ in humana subiectantur uoluntate.

DY. In præcedenti capite te enodasse memini Petrũ. 15 annis Romę euangelicam cathedram rexisse, teste Hieron. de uiris illustribus, atqui libenter abs te discerem, qui modo cardinales dicuntur, tempestate illa quo uocabantur nomine?

Q̃o uocabantur cardinales.

PHIL.

PHIL. Presbyteri vrbis, qui temporib. nostris plebani vocantur, increbrescēte vero clericorū numero titulares, iudices, assessores vrbis seniores, collaterales papæ & demum cardines eos uocauimus.

DY. Ex qua nam officina isthęc nomina sic elaborata eduxisti?

PHIL. Ex cathalogo sanctorū mi Dydimę, unde decerpimus Petrū, linum, & cletum instituisse presbyteros, qui et Clementē instituit epm cui omnimodā cōmisit ecclesiā, Linus uero. 18. presbyteros, ac Christi sacrauit epos, Cletus aūt. 25. titulos īstituisse fert. At clemēs sanciuit, ut nunq̄ eps sine Diacono celebraret, qđ notant sacra patrū decreta. 93. dist. c. Diaconi. Euaristus itidē primus titulos ꝑsbyteris, unde ipsi uictus alimoniā, & uestis tegimen sortiant, pie contulit. Est nāq; titulus beneficiū ecclesiæ, sub quo presbyter ordinat, & cui quo ad uixerit seruire tenet. 70. dist. c. sanctorū, ob id Ber. ad Euge. de cardinib. loquens ait. hi qui tibi assistunt continuo seniores populi, & orbis iudices sunt, Gre. autem, ut notatur. 2. q. 6. cap. decreto. papæ collaterales eos appellar, Bonifatius octauus in cap. fundamenta. extra de electi, principales summi pontifices assessores consiliarios, atq; cooperatores eosdem nominat.

Cardinales vocabātur seniores populi, & orbis iudices.

## DVBIA EMERGENTIA.

D Y D.

NOn me pręterit Philothcę nullo eos defatigari labore quos Christi nectit amor, nōnulla itaq; mihi abstrusa, & ignota a te dilucidari cupiens, nec ullo te quidē defatigandū iri labore puto. prima facie meo intellectui illud se offert, q̄ dignitas cardinis nū sit ꝑeminens gradus in Euangelica politia, sed epatus ipse talē sibi vēdicet locum.

PHI. Qua duceris ratione mi Dydimę dic quęso, nec me unquam in tuis obsequijs defatigandum uerearis.

DY. Hæc in primis meā mouēt mentē, qm̄ sacra patrū decreta. 21. dist c. cleros nouē ordinū gradus ecclesię militantis dinumerant, quorū oīum supremū epatum esse dicunt, nullā de cardinib. mentionē facientia, hoc nanq; pacto ordinū gradus hi sunt, Psalmista, hostiarius, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, ꝑsbyter, & eps. Rursus epalis dignitas quadripartit, sunt. n. patriarchę Metropolitani, archiepiscopi, & epi, & 22. dist. c. renouantes, quatuor describuntur patriarchę, uideli. Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolimitanus, & antiochenus, quos primū post papam sortiri locū ibidem adstruitur, hac de causa quia a beato Petro ipsi sunt instituti, loco eorū qui protoflamines apud gentiles dicebantur. 80. dist. cap. vrbes.

Ordinū gradus.

Episcopalis dignitas quadripartitur.

PHI. Non inutilia tāgis bonę Dydimę uerū in his duo discutienda putamus, primū quidē an epatus inter ordines sit connumerādus? Deinde

An epitus inter or

Deinde an sit præcæteris ordinib. præeminens gradus appellandus. dines sit cō numerādus

DY. Tui ingenii solertiā nec non argutiā valde demiror Philotheę cur nā epatum supmū oīum graduū in ecclesia militāte esse ambigis.

PHI. In hoc satis bellantur sapientes melitissime Dyd. hinc Dñi Canonistę asserentes epatum esse ordinē, inde uero sacri Theologi, quos scolasticos uocant, episcopatum ab ordinibus ecclesiæ eximentes. Optimo canonistarū. Opin. theologorum.

DY. Qui nā sunt hi Theologi, sacra patrū dogmata abnegantes?

PHIL. Doctores sunt non paruę auctoritatis mi Dy. diuus Thomas, s. Bonauentura, dominus Ricardus Magister sententiarum quib. doctor subtilis Scotus adstipulatur in distin. 24.

DY. Tu autem per doctę Philotheæ, quibus potius fauendum, & quorum sectanda uestigia arbitraris.

PHI. Vtranque laudo contionem canonistarum. s. & Theologorū.

DY. Quo nam pacto effare.

PHIL. Domini Canonistę ordinem sic diffiniunt Ordo est gradus clerici in ecclesia militante. Hoc .n. modo Dionysius Ariopagita. 5. Ecclesiasticæ Hierarchię epatū esse ordinem asserit, cui Isidorus. 7. Ethimologiarum cap. 12. conformatur, qm̄ perspicuum est episcopum esse clericum graduatum, cuius officium est populo fideli benedictionē impartiri, ordines sacros conferre, & Crismate paruulos in fide confirmare. Theo. uero calcatius rerū quiditates describentes, dicunt, quod ordo est gradus clerici disponens ad perfectissimum actum Ecclesiæ. perfectissimus .n. actus Ecclesiæ est confectio eucharistiæ, seu corporis dñi Iesu cōsecratio. ille igitur gradus clericalis q̄ ad cōsecrationē quoquo modo deseruit ordo ab eis dr̄, iccirco septem duntaxat ordines ipsi nobis tradiderūt, uidelicet Hostiarium, lectorē, exorcistam, acolitū, subdiaconum diaconū, & presbiterum, & luce clarius innotescit Theologorum & canonistarum discrimen, quod uerbo tenus duntaxat nos ponimus, frustra aliquos in re efinxisse. habes nemi Dydimæ. Quid sit ordo secundū canonistas. Quid sit ordo secundū Theologos

DY. Quo quidem modo Episcopatus in cathedra euangelica sit cēsendus ordo seu non, hoc tenus habeo, uerum mihi declarare sposponderas, quo nam pacto dignitas cardinea primum in Euangelica politia sibi vendicet locum, cum sacri can. episcopatum super cæteros gradus præficiant.

PHIL. Facile capies si faciles præstabis aures: dignitas episcopalis est gradus supremus super omnes gradus, quantum ad ordines eo longe pręstat omnibus ordinibus q̄ includit sacerdotium, & cæteros ordines: Cardinis tamen dignitas non est ordo, neque est in linea ordinum ob id domini canonistæ asserentes Episcopatum cunctas excellere dignitates clericales, loqui intendebant de ordinibus, & nullatenus de cardine, quem inter ordines haud numerandum censemus, & hanc Episcopalis dignitas ē gradus supremus.

veritatem bonæ Dyd. ex uerbis Aug. statim elicies, quippe, fert Augu. ipsum dixisse, quanq̃ Eps maior sit presbytero. Augu. tñ minor est Hiero. in epist. ad Hier. reddebat se minorem Hier. quia ipse erat eps, Hier. uero psbyter urbis, seu pōtifi cis collateralis, quē modo Card. vocita. DY. At qui. 93. dist. c. legimus diuus Hier. nititur cōprobare nullam esse penitus driam inter epum, & simplicem sacerdotem, igitur, si Hie. credimus, dignitas episcopalis non erit in gradu eminentiori.

Augurst. reddebat semi norem Hierony.

PHI. Animaduertas quæso mellitissimę Dyd. nam diuus Hiero. ibi ne episcopis, & sacerdotibus effat, quantū ad corporis Chri cōsecratio nem, eadem. n. conficiendi eucharistiam potestate potitur simplex sacerdos, qua episcopus, quantum uero ad præsidentiam, & iurisdictionem, quam epsicopi in euangelica cathedra obtinent, simplicib. sacerdotibus longe præstant, nec aliter dogmatizandum puto, quia Augustinus de heresibus asserit perfidos Arianos suas hæreses ad hoc etiā extendisse, asserentes Episcopū in nonnullo a simplici differre sacerdote.

An sit driā inter epum & simplicē sacerdotē. Qūo differat eps a sacerdote.

## SOLVS PONTIFEX ROMANVS generale concilium aduocandi facultatem obtinet. Cap VIII.

DYD.



ARBITROR neminem tam duri cordis grauisque supercilii, qui tui amore penitus non molescat Phil. est. n. in te summa morum probitas, doctrinę lenitas, verborū que comitas, ut tui animi candorem, sermonis leporem vultus maiestatē, & imaginis venustatem omitam, tu Catonē grauitate, Demosthenē eloquentia, Cicer. ubertate, publicanum euāgelicū humilitate, & samaritanum pietate agis, deniq; vt oīa uno uerbo absoluam, uirtute prӕditus es non uulgari, sed heroica, ob id enimuero inter deicolas, & heroas iure annumerandus es.

De cōcilio gñali loqt author.

PHIL. Laudari a laudato uiro nullatenns graue ferendum puto mi Dyd. ego. n. qualis sim, tuus sum, nec prote unquam, quocunque defatigabor labore, dic ergo quæso quid tibi denuo in mentem uenit.

DY. In solo Pontifice Romano concilium generale aduocandi facultatem, reperiri usq; adeo credidi, ut istuc ipsum inexpugnabile uerum, semper ipse putarim, tu antem recte me sentire ais, an non.

PHIL. A scopo haud aberras Didimæ, propterea quod ex sacris eloquiis sic instruimur.

DY. Quænam sunt hæc sacra eloquia edissere, si libet Philothea.

PHIL. Non te fugit generalia concilia, ideo aduocari, ut reipub. Cristianæ statui prouide consulatur, quod quidem diuus Gregorius libro tertio. Epistolarum capitulo 33. Ad Theodolingam Reginam

Longobardorũ palã depromit], ille itaq; vniuersalia cõcilia aduocãdi facultatẽ obtinere debet, cui dictũ est a Dño Pasce oues meas, sed soli Petro his uerbis gregẽ suũ ad irrigua Euãgelij pascua depascẽda Christus ipse cõmisit. Io. c. vltimo. igitur solus Petrus congregãdi hmói cõcilia onus defert. Pa. ad Eph. c. 5. Ait, Christus caput est Ecclesiæ, & Saluator corporis eius, igitur ei incũbit generale cõciliũ aduocare, cui totũ Ecclesiæ corpus saluandũ a Chro cõmissum est, at soli Petro ipsã Ecclesiã saluandã demãdauit Christus (Vicarie tñ) ergo Petro duntaxat talis facultas conceditur. Proinde Cirillus in lib. Thesau. nõ medio cri uerborũ facilitate hanc exposuit veritatẽ dicẽs. Apostoli in Euãgelijs, & Epistolis affirmarunt in oĩ doctrina, Petrũ esse loco Dñi in eius Ecclesia, dãtes eidẽ locum in oĩ capitulo, & congregatione, in oĩq; electione, & confirmatione. Hier. ad Euãdrũ presbiterũ decernit, ꝙ ideo solus Petrus Ecclesiæ regimẽ a Christo sortitus est, ne unusquisq; ꝓlibito ipsam discerperet Ecclesiã, in gestis Synodi Nicenæ, q̃ fuit prima Synodorũ, iubente Syluestro beatissimo sub Constantino primo sancitum est, ut generale nullomodo aduocetur concilium, sine summi Pontificis speciali licentia. perinde Synodus Alexandrina cui beatus interfuit Athanasius, scribens beato Felici ait, scimus in Nicena magna Synodo tercentum decemque, & octo Episcoporum ab omnibus esse concorditer roboratũ, absq; Romani Pontificis licentia concilia celebrari non debere. Beatus Marcellus Christi Martyr. in decretis suis c. 5. Dicit, ipsi Apostoli, & eorum successores Domino inspirãte, constituerunt, ut nulla fieret Synodus præter Romanæ sedis auctoritatem. Hanc eandem veritatem sacra patrum dogmata nobis edisserunt 17. Distin per totum, adstruentia concilia absque Romani Pontificis auctoritate, conciliabula potius appellanda quam concilia.

DY. Docte pieque loqueris Philothea, uerum recolo me legisse Apostolos aliquotiens aduocasse concilia quæ omnia recta serie contexere nequeo, dic ergo quotiens? Si tibi est cordi.

PHIL. Si tp̃m decursus rite metiemur, quater fidelem cætum sub Chri noĩe coadunasse apostolos cõperiemus. Nẽpe in actis apostolorum, c. 1. legimus, post Christi ad Cælum Assensionem nutu spiritus-sancti apostolos fidelesque omnes Hierosolimis ad quoddam conuenisse cęnaculum. tunc Petrus cui commissa erat Ecclesia, exurgens in medio eorum dixit. Viri fratres oportet impleri scripturam quã prædixit spiritus sanctus, per os Dauid de Iuda, qui fuit Dux eorum q̃ cõ præhenderunt Iesum, & hic q̃dem possedit agrũ de mercede iniquitatis & suspẽsus crepuit medius, Et sic prouisum est Ecclesie ꝑ ea, ꝓstatutis duobus (ut unus eorũ locũ Iudæ sortiret, uidelicet Ioseph, q̃ uocat Barsabas, cognomine aũt Iust', & Mathia Bethlemita cecidit sors

Quo Christus commisit soli Petro pascua depascẽda.

Concilio absque auctoritate summi pontificis uocãtur cõciliabula

super Matthiam,& annumeratus est cum 11. Apostolis,ut duo denarius apostolorum,numerus compleretur.

DY. Demitor equidem cur duodecim tantum,& non plures nec pauciores sibi Christus elegit apostolos?

PHIL. Vt legis, & naturæ præludia adimplerentur.

DYD. Quænam, dic sodes Philotheæ.

Cur duodecim tãtum Christus elegerit Apostolis.

PHIL. Duodecim Patriarchæ, primi extiterunt vnius patris Iacob filij,uidelicet Ruben Symeon,Leui,Iuda,Isachar,Zabulõ,Asser, Gath,Dan,Neptalin,Ioseph,Beniamin,Gen c.49.In quibus luce lucidius,duodenus apostolorum elucescit numerus Duodecim primi, primæ scripturæ scriptores designantur Moysis Esdra,Asaph,Duo filij Chore David,Salamon,Esaias,Hieremias, Baruch, eius notarius, Ezechiel,atq; Daniel. Duodecim ꝓphetarũ accedit numerus Oseas, Amos,Micheas,Abdiã,Zacharias,Ionas,Naum, Abachuch,Ioeles, Sophonias,Aegeus,& Malachias. Rursus in naturæ præludio duo denario oblectamur numero,duodecim nempe diei naturalis extant horæ,duodecim itidem horis tota voluitur noctis ingluuies, duodecim aquarum fontes,patres per deserta vagantes adinuenerunt.Exo.c.15. Et nu.1.c.33.Duodecim stellarum corona coronatam mulierẽ,& sub pedibus suis lunã tenentem (quæ est.Ecclesia Io.Apoc.c.12.uidit,nec nõ duodecim paradisi portas esse,idem eodem attestatur spiritu. En prima apostolorum Synodus qua duodenus perficitur cætus.

Numerus duo denarius quid.

DY. Quo magis de diuinis Philosophamur eo increbrescit dubitatio. Aperias mihi q̃so Philotheæ. Cur Christus ipse (quẽ Pa. prima ad Cor.primo.Dei virtutẽ,& Dei sapientiã appellat.) Hos duodecim apostolos illiteratos rudes, & penitus ignaros ad tantã prouinciã sibi elegit? non aũt potius Dominos mundi principes sacerdotum,& pharisæos non delegerit? Nec illam te dignam arbitror responsionem, ut dicas quia apostoli elegerunt eum,principes,& Pharisæi,non quoniã Io.15.Ait veritas,non uos me elegistis,sed ego elegi uos.

Cur Christus illeteratos, & rudes Apostolos elegerit

PHIL. Ad risum me rapis bonæ Didymæ, desipies ne cum impio Prophirio? ut dicas Christum hos rudes,& Idiotas decepisse apostolos,principes autem,& Pharisæos decipere non potuisse?

DY. Tm̃ abest, ut a ueritate recedam Euangelica quantum ut mei penitus obliuiscar,Non me fugit profecto,uonnullos mundi Dominos,principes,Pharisæos, & legisperitos Christi monitis obtẽperasse, eiusq; uestigia, usq; ad proprij sanguinis effusionem ẽt secutos fuisse, Gamaliel,& Nicodemus tales fuere,Lazarus,Symõq; leprosus,Cuza Hærodis antipe thesaurarius,nec non Iairus Archisynagogus,cuius filiam tabitam,a mortuis suscitauit,Martha, Magdalena, & Veronica de secta Pharisæarũ mulierum,& (vt cæteros silentio inuolã) Christũ

secuta

secuta est Domina profusa, uxor Pilati, quam Apostoli post Christi resurrectionem,& oĩbusque inuisione de Christo habuerat,adimpletis (vt Egesipus tradit baptizarunt,uerumtñ illud miror cur 12. rudes præ cæteris) vt mundum ad fidem traheret,à Christo electi sunt. Cur fuerunt electi 12 rudes præ cæteris.

PHIL. Tuæ percunctationi satisfacit Paulus mi Didymæ,ait.n. prima ad Cor.cap.j. quæ stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes,infirma mundi eligit Deus ut cõfundat fortia,ignobilia mũdi,& contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret,& nõ glorieť oĩs caro in conspectu eius,stulti enim,iudicabanť apostoli, infirmi penitus,& debiles,ignobiles,& cõtẽptibiles,ac si nõ essent reputabatur,& tñ sapientes,potentes, & mundi dignitatibus præcellentes uerbis, & operibus ad fidem traxere, nec aliter pati debuit diuina prouidentia,qm̃ si mundi Dñi Rectores,scribe,& sapiẽtes talem (Christo mandante) assumpsissent prouinciam, gloriam nõ Deo,sed carni ascripsissent,dicentes nos propria uirtute id effecimus.

DY. Sat superque satis habeo,sed redeamus unde uenit sermo,primã apostolorum Synodum adamussim. Abs te percepi, alias tres Synodos mihi te cudere precor.

PHIL. Secunda apostolorũ Synodus,in acti. Apost.c 6. Describiť hoc pacto,in diebus illis crescente numero Apostolorũ factus est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo q despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorum.conuocantes autem 12. multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum nos derelinquere uerbum Dei,& ministrare mensis, & tunc concilium fidelium septẽ Ecclesiæ Diacones elegit, qui mensis pauperum ad fidem confluentium ministraret, ne uerbũ,& oratio cessarent,quorum noĩa recensentes,eos fuisse dicũt. Philippum procorum, Nicanorem,thimonem,parmenam,Nicolaũ Antiochenum,a quo secta Nicolitarum originem traxit (vt Eusebius in secundo Ecclesiasticæ historiæ tradit) & Stephanum prothomartirem Hierosolimitanum. Tertiam discipulorum Synodum actuũ apostolorum liber c 11. Enucleat. Nanq; in Anthiochia residente Petro venerunt multi Cirenei annunciantes Christum,quo etiam Barnabas se recepit,qui Paulum Tharsis inuentum Antiochiam perduxit. Vbi per annum ferè degentes maximã ad fidem virorum, & multitudinẽ traxere,ibiq; uno oĩum cõsensu (paracleto dictante) A Christo fideli bus nomen imposuere,ut qui antea dicebantur discipuli, inde appellaretur Christiani,qđ quidẽ factũ Iosephus historicus 18.li. Antiquitatũ adnotauit dicens. Christianorũ q a Chr̃o dicti sunt adhuc pseuerat,& nomẽ,& gens,scripsit aũt hic Iosephus gẽtis Machariæ,inter Iudæos sacerdos,historicus,& Philosophus ualde insignis, sub Vespesiano Flauio maximo Rom. Imperatore, post Hierosolime euersionem,

Consiliũ fideliũ septẽ ecclesię diaconos elegit.

Secta Nicolitorũ aquo originẽ traxit.

Vnde dicantur Christiani.

anno a Christi resurrectione 14. Quarta Apostolorũ Synodus in actibus c.15. Inscribitur talis, orto scilmate de circuncisionis nouitate, cõgregati sunt discipuli Hierosolimis in, quorum cætu Petrus tanquam cæphas exorsus est dicens, quare, & vos tentatis imponere iugũ, quod neque nos, neque patres nostri, vnquam portare potuimus, & ex tunc Paulus sapientiæ tuba fidelium aures intonare cœpit dicens, ad Gal. cap.5. si circuncidimini nihil vobis prodest Christus, capis Didymæ?

DY. Quã belle concinaq; serie q̃ prius rudis, ego fere incõprehẽsibilia arbitrabar, ex tuo mellito ore capio pdocta Philotheæ. Verum ab his q̃ declamatorie ad populũ sacra pẽdũt multoties audiui, Ro. Eccl. quã iure ortodoxã vocitamus pluries, cõcilia aduocasse, quæ nam hęc fuere concilia? Quorsum ne aduocabantur? Edissere mihi si libet.

Ortodoxa ecclesia nũcupatur.

PHIL. Rem facilem, dictu expostulas, quippe in sacris decretis triginta adnotantur generalia concilia quæ triginta argenteis, quibus Christus pro nobis venundari passus est, pondus, & mensuram æquarunt 6. distinct. capit. prima Synodus, & ca. prima annotatio.

DY. Non equidẽ aggredieris palinodiã si mihi aliquarũ Synodorũ seriem decantaberis, semper, n. antiquorũ patrũ cõcilia miris laudibus te extulisse recolo Philotheæ, age ergo expromꝫ ne sileas precor.

PHIL. Prima oĩum Synodorum Synodus Nicena dr̃, qm̃ in Nicea Gręcię ciuitate sub beatissimo Syluestro Romanæ Vrbis Epatũ gerente, & religiosissimo Cõstãtino orbi Imperãte celebrata est, ubi deuictus, & dãnatus fuit Arius Alexãdrinus presbiter, qui Deũ filiũ patre minorẽ esse affirmabat, in qua q̃dẽ Synodo Eusebius Phil. celeberrimus (q̃ postea Cæsariẽsis Eps̃ suffectus est) Diuino tactus spũ arrij pfida dogmata cũ cæteris patribus, tercẽtũ deceq;. & octo dãnauit, cũ prius tñ ei cõsensisset, ibiq; ex sanctorũ patrũ decreto, ipse idẽ Eusebius, symbolũ illũ edidit, qđ Nicennũ appellamus, qđ ue diebus festis Romana iubilando decãtat Ecclesia, cuius uersiculis (spũ sctõ dictãte) cõtra arriũ inseruit, genitũ non factũ cũsubstãtialẽ patri, p quẽ oĩa facta sunt, anno a virginis partu 300.30. Secunda Ecclesiæ Ro. Synodus Constantinopoli aduocatur. Damaso beatissimo Romanã regẽte Ecclesiã, sub Imperio Gratiani, & Theodosij, ubi Macedoniũ Cõstãtinopolitanũ Epm̃, q̃ spũm sanctũ Deũ esse impie negabat patres dãnarũt. huic cõcilio Cirillus Alexãdrinus Eps̃ Hierosolimitanus Deo disponẽte interfuit. Tertiã uero Synodũ Ephæsi Ecclesia aduocat, sub Celestino Pontifice maximo, Theodosio iuniore imperante, in qua Nestoriũ Cõstantinopolitanũ Epm̃ patres dãnarunt, q̃ loquaci facũdia Mariã virginẽ Dei matrẽ appellari nõ debere, inuerecũdo naso affirmabat, cuius blasphemias beatus ille Cirillus Doctor ualde in signis anathematizauit. At quarta Synodus in quadã Græciæ Ciuitate, ad pôticum

Prima omnium synodos, synod' lucem dicit

Eusebius, symbolũ illum edidit, quod Nicennum appellamus.

Patres damnarunt episcopum Nestorum.

cũ mare,in opposito Cõſtantinopolis ſite,quæ Calcedon dr̃ aduocaẽ, idcirco Synodus Calcedonẽſis nũcupatur, ubi Eutices Cõſtãtinopolitanus abbas, aſſerens in Chr̃o unã tñ eſſe naturã, a patribus dãnatus eſt,Leone ſancto Pontifice maximo Catholicã regẽte Eccleſiã, Qui ſapiẽtia multos (tẽpeſtate ſua) excellebat,eloquẽtia nemini cędebat,& incredili ferè morũ honeſtate,& verborũ comitate effulgebat,ſub Imperio Martiani duodecimi Imperatoris Cõſtãtinopolitani. Quinta Synodus itidẽ Cõſtãtinopoli celebratur,regente Eccleſiã Chr̃i Agapito anno a Redẽptione Generis humani.533.Et Imperãte Iuſtiniano legũ cõditore,qui cũ eſſet decimus ſeptimus Imperator Cõſtãtinopolitanus,in Euticetis hæreſim delapſus eſt,vnã tñ n aturam in Chr̃o adſtruens.At Dei Clemẽtia in quinta Synodo ad veritatis lucẽ deuenit, ibiq; Theodorus meſodrenus,& arriana contio deleti ſunt, & ſancitũ eſt,ut uirgo Maria theotochos,hoc eſt,Dei m̃r a tota nominarcẽ Eccleſia.Sexta deniq; Synodus rurſus cõuenit Cõſtãtinopoli,in cathedra Euangelica Agathone primo reſidẽte,anno ſalutis noſtræ 670.Qui tãte clemẽtiæ,& mãſuetudinis extitit,vt nemineẽ vnq̃, a ſe triſtẽ dimiſerit,ſub cuius Põtificatu Conſtãtinus 26.Cõſtãtinopolitanus Imperator.Imperij Monarchiã obtinuit,q̃ de licentia beatiſsimi Agathonis. Conſtãtinopoli cõciliũ aduocauit,ibiq; ſancitũ eſt,ut ſacerdotes Græcorũ vxores ducere valerẽt,occidẽtalis uero Eccleſiæ ſacerdotib⁹ uxores penitus interdicerent, nõ minus Macharius Antiochenus Ep̃s dãnatus eſt,q̃ vnã dũtaxat volũtatẽ Chr̃o abſcribebat. Extãt adhuc 24. cõcilia,q̃ ingruente neceſsitate, pro uario tp̃m circulo,vrbis paſtores ad Eccleſiaſticæ Reipub.ꝓfectũ,aduocanda pie & ꝓuide demãdarũt.

Cirillus Doctor inſignis.

Agathõ vir clementiæ & manſuetudinis.

DY. Dehinc dicam ſedulo,nunquam Philothęum aloquor,quin doctior efficiar,proinde libenter abs te diſcerem,quid de cõcilio Carthagine celebrato Auguſtini diebus ſentiendum arbitreris.

PHIL. Innocentius primus vir admodũ Catholicus,pietateq; inſignis excõicauit archadiũ,nonũ Conſtãtinopolitanum Imperatorẽ, q̃ B.Io.Chriſoſt.expulſioni (eudoxia Imperatrice agẽte) cõſenſerat.Innocẽtius bono ductus ſp̃u. Imperãte Honorio Theodoſij magni filio decimo Conſtãtinopolitano Imperatore, Carthagine cõcilium aduocauit,cui pr̃ adfuit Auguſt.anno a Chriſti natiuitate 413.In qua quidẽ Synodo,pelagius Monachus hæreſiarcha peſſimus dãnatns eſt,qui adeo humanum extollebat arbitrium,ut diuinę gratię munus cõtemneret,aſſerens hoĩem ſola arbitrii libertate iuſtificari,& ad cælorũ regna ſcandere poſſe,quod ſacri notãt canones 24.q c.Quidã aũt hæretici paraph.pelagiam Et ut ſcelus ſceleri adderet,infantes abſq; peccato originali naſci adſtruebat,atqui in eũ veritatis zelo inuecti Aug.& Hier.multa cõſcripſere.Aug.præcipue lib. de Baptiſmo paruulorum

Innocẽtius pietate inſignis.

Pelagius monachus dãnatus eſt.

edidit, Hiero. uero dialogum recte fidei tribus uoluminib. conscripsit.

DY. Hæc enarrata concilia in annotationibus christicolis tenenda ensesne Philotheæ.

PHI. Quatuor primas, quas retulimus Syno. ut sacra Euágelia, nos uenerari debere, Greg. li. 3. Epistolarum epistola 33. ad Theadolingã reginam Longobardorũ declarat, at sacri canon. oĩa cõcilia canonice congregata ueneranda præcipiunt. xv. dist. c. sicut sancti Euangelii

## DVBIA EMERGENTIA.

NOnnulli obganiunt Phylotheæ dicentes gñale cõcilium aduocãdi facultatẽ nõ in solo Romano Epo, sed in tota ecclesia residere quippe scriptura dicit in quatuor Apostolorũ Synodis, quas iãiã enucleabas, non Petrum tm̃ sed oẽs apostolos fidelium cętum coadunasse, quid obganientibus respondendum ignoro penitus.

Dubia.

PHI. Si pagellas, q̃b. quatuor illa prima apostolorũ cõcilia nobis declarãtur, nouiter rimabimur, facile quidem p̃spicuã solutiõnẽ excutiemus, nẽpe ibi ferẽ, q̃ ĩ qualibet illarũ Synodo, aut Petrus, vt primus loquebatur, aut cæteris p̃cipiẽs assistebat, aut saltẽ, ut pastor, in Cathedra residebat, q̃d nã hæc sibi uolũt mi Dyd. Nisi totã ecclesiã generale aduocare concilium auctoritate tamen Romani episcopi in Euangelica cathedra residentis.

In qualibet illarum Synodo aut Petrus, vt primus loquebat, aut cęteris præcipiẽs assistebat.

DY. Ambigunt adhuc profecto, quoniam nõnulli imper. in cõciliis quæ paulo ante enarrabas, fideliũ cętum conuenisse, ibiq; imperator. ense nudato. cõcilii dogmata roborasse dicũtur igitur aut Imperator maiori potitur auctor. uel saltem Pontifex Romanus ipseque Imperator, ęqua gaudet potestate in conciliis.

PHI. Perpendas velim Dyd. oẽs illos religionis & pietatis amantissimos Imperatores, quos gñalia cõcilia coadunasse cõperimus, de licẽtia summi Pontificis id effecisse, Nam cũ sint ipsi primi ecclesiæ Ministri in t̃palib. summi Pontificis uoluntati primi extitere executores, q̃ q̃dẽ Sextę Synodi decreta nobis depromunt. 16. dist. c. 6. Synodus, vbi dr̃. Synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata est. & Græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agatonis, exequẽte piissimo principe Constantinopoli.

DY. Acrius tñ ambigunt alii, q̃m in gestis 8. cõcilii sancitũ cõperiũt ut sede vocãte, seu in casu, q̃ summa Pontifex hæretica notaret praui tate gñale cõciliũ aduocari dẽat, q̃ q̃dẽ ab epo Rom. nõ aduocabitur.

PHI. Gariũt profecto mi Dyd. nẽpe iis emergentib. infortuniis, ordine quodã gñale coadunari dẽret conciliũ, ut Dñs notat Innocentius ordinis. n. primitate, & dignitate fulgore ad Roma. Card. primo spectat hęc aduocatio, Dehinc ad dominos Episcopos, & Patriarchas, po

Synodus vniuersalis.

stre-

ſtremo ad imperatores, & reges deuoluitur.epi duntaxat definitiue in cōcilio loqui debent,qui tñ ſcientiæ, & ſapientiæ ſpiritu pleni ſint. Nota e... ne.

CAPITULUM IX.



ON me præterit Philotheæ,tua auctor.& eloquentia,nō mediocriter te mihi profuturum, vereor tñ ne me garire dicas,uſq; adeo,ut uelut garula cornicula a te reiiciar, at qui cū nobis omnibus ſciendi cupiditas a natura ſit inſerta,da veniam quæſo,ſi prolixius,quā debeā,tecū eloquar. Cupitas a natura eſt inſerta.

PHI.Garit inſulſa auis mi Dyd q̄ cū mente careat,tāta vocū ingluuiæ nālem inſtinctū, ſeu porius aīalem appetitū gurgitādo inglomeret,neutiq̄ te garire dicā,niſi diſipiā,qui ingenio polles,& mineruā ca les nō uulgarē age ex̄pmas velī,q̄d noui in tui ingenij offi.elaboraſti.

DY.Dum ad Generale concilium fideles aduenerunt eſt cuique facultas loquendi ex animi ſententia an non. Nota hæc omnia.

PHIL Soli epiſcopi in generali Synodo definitiue loquentes, dogmaticas ſanctiones in medium afferre queunt.

DY. Cur non omnes iſthuc ipſum peragere poſſunt Philotheæ.

PHIL.Scripturarum ſeries omnes Chriſticolas in concilio uniuerſali definitiue loqui non patitur.

DY.Vnde hanc expiſcaris concluſionem, aperias precor.

PHI. Quatuor apoſtolorū Synodos in c.i ā iā p̄exacto retulimus, in quib.oīb. apoſtolos duntaxat definitiue ſnīam protuliſſe legimus, at epiſcopi apoſtolis ſuccedūt(ut declarat diuus Hiero.in expoſitione pſal.44.)igitur ſoli epiſcopi in Synodo determinate loqui debent. Quatuor p̄ habita cōcilia ab apoſtolis.

DY. En q̄ grauis norma pr̄ Philotheæ,an nō magis Chriſtianæ reipublicæ,expediret,ſiq; ad finē ſunt,oēs fideles diſcutiēdo peragerēt?

PHI. Minime quidē cōduceret,quin innumeras palinodias,& ingentia pareret diſſidia, prinde nec Chriſtus oēs fideles apoſtolos appellandos mandauit, nec oēs apoſtolorū uices ſortiri uoluit, ait enim Mat.c.6.uocauit Ieſus diſcipulos, & elegit duodecim ex ipſis quos, & apoſtolos nominauit,Luc.autem c.10.72.his addidiſſe declarat.

DY. Quid ſancti de hoc ſentiunt? qui quo magis pietatem ad omnia ualere cognouerunt, eo omnibus obſequioſi effecti ſunt?

PHIL.Auguſtinus in lib. de unit.Bapt.concil generale deſcribere intendens,dicit,conciliū gn̄ale eſt quod celebratur cōuocatis Epiſcopis de uniuerſo orbe,& diuus adſtipulatur Grego.li.1.Epiſtolarum epiſt. 2.ubi concilium generale,eſſe concilium epiſcoporum adſtruit. Quid ſit cōciliū gn̄ale. Concilium gn̄ale eſt cōcilium epōrum.

DY.In Synodis generalibus quas Romana adunauit eccleſia, hunc morem ſeruarunt patres an non?

PHI. Legimus in gestis Synodi Calced.q̃ quarta Synodus nũcupat, ꝙ epi vidẽtes quosdã Egiptiacos nõ epos q̃ ab Alexandria cum Dioscoro hæretico venerãt Calcedoniã.cõcilio interesse tentãtes, clamauerũt dicẽtes, cõciliũ gñale, cõciliũ Eporũ est, perinde non epi extra cõciliũ maneant, ꝙ q̃dẽ effectũ est, sic Leo Papa cõcilio Ephesino scribẽs cõciliũ gñale appellat eporũ cõciliũ, iccirco in sacris decretis: 17.c.1. Ex glosa describit gñale conciliũ hoc pacto. conciliũ uniuersale est ꝙ a Papa, uel eius legato cũ oĩb. de uniuerso orbe episcopis cõstituitur, ꝙ profecto. 12.dist.c.canones,& 17.dist.c.Synodum. roboratur.

Quid si cõciliũ ecclesię.

## DVBIA EMERGENTIA.

DYD. Belle loqueris hercle sed dubitãdũ quoquõ duco; qm̃ in prima apostolo. Synodo, q̃ in actib. Apost.c.1. annotat. oẽs fideles cõuenerũt.

PHI. Hæc duo nõ parũ sese differre arbitror mi Dyd. in cõcilio loq & in eo definitiue loq, tecũ rite assero oẽs christicolas, in gñali concilio loq posse, q ex charitate q̃ est fru&ns, spiritus audiri dẽnt, at soli Epi, definitiue loqui queunt dogmata & santiones (spiritu sancto dictante, in medium ad erentes. intellexint.

DY. Intellexi iã, verũ Isidorus in li. Ethimologiarũ ait cõciliũ gñale a Romanis tractũ esse, qui cũ cãs agebant, in unum veniebãt oẽs,& communi intentione causas illas discutiendo tractabant, quare in Synodo Ecclesiæ, in qua non est macula neque ruga laudabilis ritus, non inoleuit potius aboletus est.

Episcopus. Virtualiter totã ecclesiam sibi cõmissam continet.

PHIL. Non est aboletus bonæ Dydimę nam epus virtualiter totã Ecclesiam sibi cõmissam continet, dũ ergo oẽs episcopi in Synodo uniuersali definitiue loquuntur, oẽs fideles ibi uirtualiter effantur, nempe episcopus in concilio totam ecclesiam sibi cõmissam repręsentat.

DY. Adę quasti profecto meum intellectum, sed dicas, quæso, quid sibi hæc uolũt. Ait.n. Eusebius Cęsariensis, li. 10. Ecclesiasticę hist.c.1. Constan. Imper. Nicenę, Synodo interfuisse, ibiq; Imperatorio stegmate coronatũ loquutũ fuisse, rursus in concilio Calcedon. Martianus imperator dixit. Nos ad cõseruandã fidẽ, non ad potentiam ostẽdẽdã exẽplo gloriosissimi principis Constan. Sinodo interesse volumus, ut inuẽta ueritate, multitudo nõ ultra prauis doctrinis acta discordet. igitur imperatores concilii primates assessores,& iudices sunt censendi.

Primates cõcilis qd sit.

PHI. Ad risum me rapis dulcis Dyd. en pluries dixi imperato. primos in ptãte Gladii tpalis Orthodoxæ ecclesiæ ministros esse, ob id ipsam ecclesiam iure, ẽt nudato gladio, tutari tenentur, Const. itaque & Martianus catholici imperatores, pie ac prouide Synodis interfuere, ibiq; locuti sunt, nõ tñ definitiuas protulerunt sñias, imõ Constantinus ipse hoc sibi arrogare ex toto abnuit (Eusebio teste) dixit, ad epos

verba diriges,nobis nō licet de uobis,sed vos de nobis iudicare detis.

DY. Paulus prima ad Thi.c.3.multas epō conuenire conditiones docet,quarū duæ cæteras continere vīr,ut ꝙ eps sit irreprehensibilis vir,sitq; doctor, si multi epōrū idiotę & illiterati cernerentur,non ne Christianæ reipublicæ valde conduceret ut episcoporum uota docti sortirentur viri,qui in Synodo etiam definitiue loqui queant? effare Philotheæ,nec surda hoc pertranseas aure.

Conditiones episcopi.

PHI. Cur crispant tibi oculi bonæ Dydimæ sub rides ne?audi q̄so, sermo sciæ,& sapientiæ, inter Dei dona, q̄ grās gratis datas,doctores scolastici,et sancti appellarunt(Pau.teste prima ad Cor.c.12.)numeratur,qđ quidē donum non oīb.datū esse apostolus insinuat,si igitur in Synodo aliqua vīi, non pauci illiterati cōueniunt epi,pōt summus pontifex theologos aliquos Theologiā in publicis studijs profitētes, celebresq; verbi Dei præcones epōrū cætui addere,qđ quidē in concilio Constantiensi obseruatū fuisse in sacris decretis.63.dist.c.in Synodo,palā est,nec ab re.nanq;.Areopagita ille magnus Dionysius. li.3. de diuinis noīb.c.j. īq̄t,de diuinis solū filijs Dei(hoc ē theologis)credēdū ē qđ q̄dē a Platone prius assertū fuisse in li.Thimei cōperimus.

Sermo sciētię,& sapiētię, īter Dei dona q̄ gratias gratis datas docto res scolastici appellarunt.

## QVOT PRAEFIGVNTVR CONDITIONES, VT *concilium canonice congregatum appelletur. Cap. X.*



Onciliorum increbrescente fama,multotiens meas peruenit ad aures ea potius conciliabula q̄ concilia esse appellanda,cur nam perdoctę Philotheæ. DYD.

PHI. Non te capiat admiratio bonæ Dydimę, qm̄ q̄ cōdōnib.necessarijs carēt iure cōciliabula, & nō cōcilia vocitamus.

Quæ sunt conciliabula.

DYD. Quæ namconditiones ad concilium canonice congregatum exiguntur? Narra obsecro.

PHI. Prima oīum conditionū est, vt a papa conciliū aduocetur, qui totā ecclesiā in uirtute continet,nempe si a papa conciliū non aduocetur,conciliabulū appellabitur, qđ sacra patrū notarunt decreta. 17.dist.c.multis.secundā conditionem scribimus talem,ut concilium generale ad profectū ecclesiasticę reipublicę conueniatur.hic.n.finis ad Synodales congregationes deduxit apl̄os ( ut acta notant,apostolica.c.j.6.11.& 15.Quod quidē c.9.adamussim expositū est.Tertia extat conditio,ꝙ oēs de uniuerso orbe epi aduocētur,nam oēs in simul episcopi oēs particulares representant ecclesias, quas in uirtute supremi gradus(papa mandante) iure continent,quā quidem cōditionem diuus aduocauit Aug.concilij generalis descriptionē assignans in lib. de vnitate Bapt. cum itaque cuipiam concilio hę deficiunt conditiones,illud ab Aug. latrocinium non concilium nuncupatur.

Quæ sint cōditiones quæ requirunt ad cōcilium.

Qn̄ uocet latrociniū, & non concilium.

DY-

*DVBIA EMERGENTIA.*

D Y D. Concilium fuit coadunatū a Constantino secundo magni Cōstātini filio. Nota hæc omnia diligenter.

CONstantinus.2. magni Constantini filius, Constantinopolitano Imperio suscepto, in Laodicea ciuitate Syrię Loadicense coadunauit conciliū, regente ecclesiam Romanā Iulio primo, quod tamen papa ipso inuito ipse effecit imperator, anno humanæ salutis. 339.

PHI. Arrianæ perfidiæ fauebat Constantinus, qua pp conciliū illud, nō adnotatē inter canonicas Synodos quarū orthodoxa meminit ecclesia. 16. dist. c. Synodus, & c. prima aūt, similiter Constantinus V. xxxiiij. Constantinop. Imperator, suasu Anastasij Constantinopol. patriarchę, hæreticę prauitatis insignis, in sanctorū imagines sęuiens, cōcilium Constantinopolim aduocauit, at Stephanus II. vir Romanus, doctor, & pdicator accerrimus, Synodo Romę cōgregata, anno a uerbi incarnatione 753. in his conciliabulis gesta, pie, & prouide deleuit.

Theodoricus rex Gothorū Ioannem primū pontificem Romanū.

D Y. Verum me legisse recolo Theodoricū Gothorū regē, Italia eius subacta ditioni, Ioannē I. Pont. Rom. apud Rauenā carceri mancipasse, vbi uitā consumpsit & dies, post Christi aduentum anno 520. igitur rex ille in papam etiam potestatem sortitus est.

P H I. Non inficiaris mi Dydimæ, nanq; ex 4. li. dialo. beati Gregorij haurimus ueritatē, nempe ad Arrianā hæresim delapsus est Theodoricus, quāuis Barbarorū omniū esset mitissimus, ob id Ioanni uiro utiq; catholico, Arrianæ sectæ resistenti, impie & tiranice nocuit, quare ipse Theodoricus binas luit pęnas, quia post fęlicem Io. obitum apoplesi morbo correptus, miserabilem animam ad inferna dēmisit (vt diuus astruit Gregorius.

*CONCILIVM CANONICAE CONGREGATVM, non potest Papam (iure ipso) canonice iudicare, vno casu duntaxat excepto. Cap. XI.*

D Y D. SI thesaurum labore offodiens quipiā inuentū nō delibaret aurum, profecto non medio cri notaretur infamia, cum itaq; ex tuę sapientiæ fonte veritatis aurum suffodiendi ocium mihi præstatur, ad satietatem illud ebibere ardeo. ne te laboris pigeat quæso Philothea.

P H I L. Perge Dydimæ, ut antequām cadentia Sydera somnos nobis suadeant opus perficias quod exoptas.

D Y D. Quo iure generale concilium non habere potestatem in Romanum pontificem, esse tenendum ducis Philotheæ?

P H I L. Vtroque quidem iure, & diuino, & hūmano.

D Y D. Quo nam? Dic sodes.

P H I Mat. c. 23. ait, & sunt verba ueritatis, super cathedrā Moysis sederunt scribæ & pharisei, quæcunq; dixerint uobis seruate. & facite, sm vero opera eorū nolite facere. Age bonæ Dydimæ pespicuum

nbis

nobis est φ sicut ĩ cathedra Moysis q̃ iudiciaria extat ptãs ex li. Num. c. 11. scribę residebant, & pharisei, verũ summus pontifex oĩb. pręside bat (vt Aaron) hoc nanq; pacto in euangelica Cathedra resident epi, quib. oĩb. iure præficitur pontifex Rom. (vt Petrus) at Christus cathe drę obtemperandum iussit, nemo itaq; ipsam iudicare dẽt, φ si in ca- thedram fraudes molliri nemo audeat, a fortiori summum pontificẽ qui totam continet cathedrã, auctoritatis uigore, & pheminentia iu- risdictionis. Accedit ad hoc qm̃ Pau. ad Hebræos. c. vlt. inquit, obedi- te præpositis vestris & subiacete eis, ipsi. n. peruigilant quasi rõnem reddituri pro animab. vestris, cui clauiger adstipulatur prima Can. 2. inquiens, obedite præpositis nõ tm̃ bonis & modestis, sed etiam disco lis, quamuis ergo multis facinorib. summus pontifex notaretur (Chri sto mandante) ei obtemperare tenemur, nec ipse ab hominibus iudi- candus, sed a Deo duntaxat, ecclesiæ præponitur.

Aaron ĩ ca thedra Mo ysis oĩb. pſi debat.

Ita & in cã thedra Xpi residis epi.

DYD. Si pontifex alicuius concilij libertati traderetur, quid de eo faciendum putares perdoctæ Phylotheæ?

PHI. Audi quæso Dydimæ in concilio Romæ celebrato tpe Con stantini, Helenæq; matris, cui beatus pfuit Syluester hoc sancitũ est, nemo iudicabit primã sedem, qm̃ a prima sede oẽs desiderant iustitiã temperari, cui sanctioni 284. Episcopi, presbyteri 42. Diacones vero quinq; subscripserunt, quib. omnib. cõcordi spiramine Constantinus ipse pijssimus Imperator, eiusq; mater, virtute, fide, & dignitate præ- fulgida Helena, consenserunt. Et ne obliuioni (qđ ualde refert) deman demus, perpende mi Dydimæ quanti sit summi pontificis maiestas, nempe legimus in sacris decretis. 21. dist. c. nunc aũt, beatũ Marcelli- nũ Papam mortis timore idolis thura obtulisse: at Synodo Romæ cõ gregata, ipse idem Marcellinus pęnitẽtia ductus, se paratũ concilij de terminationi sponte offerebat, conciliũ uero in eius causą nunq̃ im- miscere uoluit, quin antidotũ prioris cõcilij præseferens aiebat, prima sedes non nisi a deo iudicari dẽt. Huic veritati duo ecclesiæ lumina de grege doctorũ quos scolasticos vocant, studere nituntur, uidelicet. S. Thomas, & S. Bonauentura in quarto sententiarum. lib. dist. 19.

Nemo iudi cabit pri- mam sedẽ.

Quanti sit summi pon tificis maie stas.

Prima se- des nõ nisi à Deo iudi- cari dẽt, ut docent, D. Bona. et D. Thomas.

## DVBIA EMERGENTIA.

DYD. Obganiunt nonnulli, quoniam Symachus põtifex fuit pontificia absolutus dignitate, dum Synodus Romæ Theodorico rege Go thorum mandante, congregaretur, quod sacri notant Canones. 17. di stinct. cap. concilia?

PHI. Non te fallat opinio mellitę Dydimæ, ut credas Symachum a cõcilio pontificia mitra priuatũ, ne utiq; sic esse censeas, quin bis ip- sum falso accusatũ, totiens immunẽ a uitijs, quib. petitus fuerat, totũ

conci-

Marsilius de Padua & Ioannes bus fuerūt dānati ab ecclesia.

conciliū eū acclamasse scias, nec te fugere perinde velim, Marsiliū de Padua & Ioannē Hus qui pseudo in pontificē garriebant, ab ecclesia damnatos fuisse. Marsilius nempe in extraua. Ioannis. 22. Ioannes vero bus, in concilio Constantiensi damnatur.

D Y. At mihi ambigendum duco, pater Philotheæ, nam ad Galathas c.2. legimus Paulum reprehendisse Petrum, & tamen Paulus auctoritatis iurisditione minor erat ipso Petro.

P H I. Satis hæc duo sese certant bonę Dydimæ uidelicet reprehendere, & iudicare, pluris.n. esse iudicare q̄ corrigere, icciro consentio tecū, inferiorē superiorē corrigere ex caritate posse, nō tñ iudicare aliquo pacto ei licere, nec ob id inficiamur. Paulū temeritati ascribētes, qm in actib. apostolicis. c. 11. comperimus, eos qui venerant de circuncisione ad Baptisma, reprehēdisse Petrum & dixisse; quare intrasti ad uiros præputium habentes? nihilominus Petrus pontifex erat quem ipsi corrigebant quia cum gentilibus uersabatur.

Inferior potest corrigere superiorē ex caritate, non tamen iudicare.

D YD. Adhuc titubare meus non desinit intellectus, ait.n. ueritas Mat. c. 18. Petræ si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solū, si te audierit lucratus eris fratrē tuū, si te nō audierit adhibe tecū unū uel duos, ut in ore duorū, vel triū testiū stet omne uerbum, qđ si eos non audierit dic ecclesię, Christus itaq; remittit Petrum ad ecclesiam, igitur maior est ecclesiæ potestas, ipsius Petri auctoritate & sic ecclesia iure ipsum potest iudicare.

P H I L. Exacte dubitas mi Dydime, sed scias uelim particulā illam euangelij (dic ecclesiæ) posse ad quēpiā Christianū & ad pontificē referri, si ad Christianū referat, intellectus uerborū talis est, dic ecclesiæ hoc est plato, cuius fulmina sunt suspensio, excōicatio, & interdictū, vt declarant Aug. & Chrisosto. si uero ad prælatū referendū putabimus, uerba illa (dic ecclesiæ) hoc sonant, dic ecclesiæ idest corrige eum coram tota ecclesia, ad quod quidem omnes ecclesiæ prælatos exhortatur Paulus ad Thi. episcopum cap. 5. dicens peccantes coram omnib. argue, ut, & cæteri timorem habeant.

Si pontifex hęretica adnotaretur prauitate, iure pontificiali mitra est absoluendus.

D Y. Si pontifex hæretica adnotaretur prauitate, audiui.n. Ciprianum dicere, q̄ iure pontificiali mitra est absoluendus, qđ quidem. 24. quæst. 1. c. dicimus, enodatur.

P H I L. Cipriano in hoc casu consentio, ait.n. ueritas Ioannis c. 3. qui non credit iam iudicatus est, & ipse Io. 2. canonica dicit, siquis uenit ad nos, & hanc doctrinam non affirmat, nolite eum recipere in domo, nec aue ei dixeritis, cui Pa. attestatur. 2. ad thessalo. c. 3. inquiens, siquis non obedierit uerbis nostris, per epistolam, hunc notate & non commisceamini cum illo, dubitans itaque in fide, ab omni cadit euangelica dignitate, habes ne mi Dydimæ?

CON-

CONCILIVM CANONICE CONGREGATVM IN *his quę ad fidem sunt errare non potest. Cap. XII.*



VM Romæ degerem ellapsis mensib. nonnullos doctores adinuicē concertantes audiui, qui demū concordi voce adstruebant generale concilium neutiq̄ errare posse, & rōnem talem in mediū afferebant, quia .s. qui ad concilium aduocantur homines sint. & facile suapte natura ad errorē pręcipites dilabantur. Nihilominus conciliū spū sancto regitur, qui nullatenus errare pōt, ob id uero nō quiescebat animus, nā eorum nullus sacræ scripturæ nominabat loca, ex quib. hanc possemus haurire ueritatem quòd scilicet generale cōcilium spiritu sancto regatur, quo fit, ut te sapientissimæ Philotheæ in quo uena intellectus reperitur, rogatum esse uelim, quatenus hanc mihi cudas ueritatem. D Y D.

Cōcilium spū sancto regitur.

PHI. Luce clarius in Euāgelio talis elucessit ueritas mellitissimæ Dydimæ, ait. Christus Mat. c. 18. ubi fuerint duo uel tres congregati in noīe meo, ibi ego sum in medio eorū, a fortiori itaq; dū tota coadunatur ecclesia, in medio eius astat Christus, ipse rursus Mat. c. vlt. fidelib. se nunq̄ defuturū pollicitus est Christus dicēs, ecce ego uobiscū sum usq; ad consumationē seculi, en habes ueritatem bonæ Dydimæ.

D Y. Rem teneo, Philotheæ, sed quid de hoc sentiant sancti libenter audirem.

PHI. Bernardus scribēs ad Innocen. ait, hæc quippe prōgatiua est huius sedis, prouidere de his q̄ ad fidē sunt. Hiero. ad Damasum dicit, pro modulo imbecillitatis meæ per me edita, S. Ro. ecclesiæ submitto corrigenda, quorsum hæc sancti dnt̄? nisi quia ecclesia in his q̄ ad fidē sunt errare nō pōt, cū Christus ei pstit æterni patris ueritas? proinde in concilio Calcedonensi, sancitū est, ꝙ ab electa Synodo nemo appellare audeat, qm̄ Synodus Canonice congregata, errare non potest.

Ecclesia in his q̄ ad fidē sunt errare nō potest synodus canonice congregata errare non potest.

*DVBIA EMERGENTIA.*

CVr igitur concilium Ariminense multorū episcoporum sententia ruboratum, damnatum fuit a Damaso papa, quod notant Canones. 15. distin. cap. sancta Romana Ecclesia. D Y D.

PHIL. Ariminēsis Sinodus anno a partu 360. celebrata est, in qua ex simplicitate, & uulgari doctrina episcoporum occidentalium, oriētales Arrianam perfidiam magnificantes adstruebant filium Dei esse minorem patre, negātes psonas diuinas omousion, unius essentiæ esse, iccirco non fuit Conciliū sed potius conuenticulū, seu cōciliabulū.

Cōcilium Ariminēse potius fuit cōuenticulū, seu conciliabulū q̄ cōcilium.

DY. Quamquā noctes habeamus Hibernas perdoctæ Philotheæ eas insomnes ducere non conducit profecto, proinde hoc unum mihi ediss-

An ecclesia posSit erra re ex doctri na sancti Thomæ.


ediſſeras uelim, cur diuus Tho. in lib. quolibet q. 8. cap. vltimo. Impingit Eccleſiæ, ipſam errare poſſe? quod quidem nonnulli ab Auguſtino habere gloriantur, in libro de vnica Baptiſmi.

PHIL. Si aliquantiſper prolixiorem traxiſſes ſermonem, dulcis mi Didymæ, ſuo lumine luna domum nos commitaretur, hoc nihilominus ſcias concilium generale etiam Canonice congregatũ in cauſis particularibus errare poſſe, quod quidem ex humana poſſet cuenire malitia, ut ſi de poſſesſionibus ageretur, & falſi ſurgererẽt teſtes, facile concilium in fauorem vnius ſententiam fere quiret, qui tamen iure poſleſsiones ſortiri non deberet. Vale.

Hæc de pedibus ſedentis ſuper ſolio maiori qua potui, diligentia, & breuitate collegi ad ſancti Patris, & Domini noſtri Pauli Tertij pedes ſubmiſſa.

Finito Libro reddantur laudes Chriſto.

FINIS.






**Regiſtrum.**

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt Quaterniones. Tabula de ſe patet.

*VENETIIS,*

*Apud Felicem Valgriſium. M D LXXXIII.*

1971